Epistolae

D-83-3

BIBLIOTECA
DE LA
UNIVERSIDAD
Y PROVINCIA
DE
ZARAGOZA.
Nº 1634
Est. 9 Tab. 7
18 8a

T. 93

16778

D-83-3

ACROAMATICA, ET APODICTICA AC- CVSATIO, IN SOCIDAM VVLGO MEDIVM LVCRVM:

& eiusdem præscriptio.

Actore, & Auctore Michaele Sebastian, Presbytero, Rectore Ecclesiæ loci de Galue, Turolen. diœcesis.

Opus perutile varijs, ac per multis, sapientissimorum, & grauissimorum virorum testimonijs maxime commendatum, &c.

Ad Illustrissimum D. D. Andream Roig, apud Catholicum Regem Philippum III. sacri Senatus supremi Consilij Coronæ Aragonum Vicecancellarium consultissimum, ac dignissimum.

Michael Archangelus Præpositus Paradiss.

Fortis in prælio, Fecit victoriam.

Anno 1614.

F. 8744

UNIVERSIDAD Y PI... BIBLIOTECA. DE ZARAGOZA.

CVM LICENTIA,

CÆSARAVGVSTÆ, Apud Ioannem de Larumbe.

APROVACION.

POR comission del Señor Doctor Iuan Yzquierdo Aznar, Vicario general de Zaragoça, y Canonigo de la Seo, he visto este libro, en el qual se disputa del contracto que vulgarmente llaman de media ganancia, entre ganaderos y pastores sea licito. En el qual no se contiene cosa alguna contra la Fe, ni buenas costumbres: antes bien es vtil y prouechoso, porque contiene la opinion mas segura, y que se deue reduzir a practica, y assi lo firmo, saluo meliori iudicio.

El Doctor Iuan
Pardos.

HANC Acroamaticam, & Apodicticam accusationem, in socidam vulgò Medium lucrum, ex delegatione, Perillustris Domini Doctoris Ioannis Izquierdo Aznar, huius Ecclesiæ Metropoliticæ Cæsaraugustanensis Canonici, vt vocant Doctoralis, ac pro Excellentissimo, ac Illustrissimo D. Don Pedro Manrique Archiepiscopo, Officialis ac Vicarij generalis, attentè perlegi, & examusim expendi, nihilque prorsus in ea offendere potui, quod catholicæ veritati aduersum, bonis moribus inimicum, aut sacris Canonibus iniurium censeri debeat. Quin vero illam dignissimam iudico: quæ ad publicam vtilitatem, & contractuum, de quibus disserit, exterminationem, prælo mandetur: & in publicum prodeat. In ea enim, quæ plerisque obscura videbantur magnis, ac multis experimentis illustrat, ac reddit clarissima, analytica in omnibus lege, ac methodo ad vnguem seruata Et hæc mea qualiscunque sententia est, Cæsar augustæ VI. Kal. Nouemb. anno M.DC.XII.

Doctor Antonius Atrian,
Canonicus Cæsaraugust.

LICENCIA.

EL Doctor Iuan Yzquierdo Aznar, Capellan de su Magestad, Canonigo Doctoral de la Santa Metropolitana Iglesia de la Seo de la Ciudad de Çaragoça, Official Eccleſiastico, y Vicario General de la Ciudad y Arçobiſpado de Çaragoça, por el Illuſtriſſimo y excellentiſſimo señor D. Pedro Manrique por la gracia de Dios, y de la santa Sede Apoſtolica Arçobiſpo de Çaragoça, del Conſejo de su Magestad, &c. Damos licencia paraque en esta Ciudad y su Arçobiſpado se pueda imprimir el preſente libro. Por quanto nos conſta no ay en el coſa que repugne, ni contradiga a nueſtra santa Fe Catholica, y buenas coſtumbres; con que al principio de cada vn cuerpo se ponga esta nueſtra licencia, y aprouacion: y antes que se comiencen a vender, nos trayган, y mueſtren vn cuerpo impreſſo, para que se compruebe, y vea, que concuerda con este su original. Dada en Çaragoça a 27. de Octubre, del año de 1612.

El Doctor Yzquierdo.

Por mandado de dicho señor Official y Regente.
Braulio Gil Notario.

YO he visto esta obra por mandado del Señor Regente de la Real Cancelleria, y me parece puede su merced dar licencia para que se imprima: porque no solo no es contraria su doctrina a las buenas costumbres, pero es utilissima a la republica. En Çaragoça, a 30. de Octubre, de 1612

El Doctor Iuan de Canales.

Imprimatur. Sesse Regens.

† 3 LI-

Licencia.

DON PHELIPE POR LA GRACIA DE Dios Rey de Castilla, de Aragon, de Leon, de las dos Sicilias, de Hierusalem, &c.

DON Iuan Fernandez de Heredia, Cauallero Mesnadero del Consejo de su Magestad, Regente el officio la general Gouernacion de Aragon, y Presidente en la Real Audiencia de dicho Reyno. Por quanto por parte de Miguel Sebastian Presbytero, Rector de la Yglesia del lugar de Galue, diocesis de Teruel, se nos ha suplicado, fuessemos seruido de darle licencia para imprimir, y vender, y hazer imprimir y vender en el presente Reyno de Aragon, vn libro que ha compuesto, Intitulado (*Additiones, & quam luculentæ declarationes ad Socidæ vulgo medium lucrum accusationem, & eiusdem quam breuissima comprehensio ab eodem auctore, & Acroamatica, & Apodictica accusatio, in societatem eam, quam fere omnes, aut pars maior, & numerus amplectentur, ex qua ponenti tantum operam capitale nullum, sed tantum lucri pars, quæ operæ pretio, & æstimationi respondet conceditur quæ est pars secunda, vel additio ad Acroamaticam, & Apodictica accusationem in medium lucrum,*

lucrum, & eiusdem præscriptionem.) Y porque auiendolo mandado ver, y reconocer primero, se ha hallado, que no tiene cosa contra nuestra santa Fe Catholica, antes bien que sera de mucho prouecho para las almas. Por tanto, por tenor de las presentes, de nuestra cierta sciencia, y por la Real autoridad de que vsamos deliberadamente y consulta damos licencia al dicho Miguel Sebastian presbytero, o a quien su poder tuuiere, paraq̃ por tiempo de diez años contaderos del dia de la data de las presentes en adelante, pueda imprimir y vẽder, y hazer imprimir y vẽder en el presente Reyno y en qualquiere parte del, el suso dicho libro, y todos los cuerpos que del quisiere. Prohibiendo y mandãdo, q̃ ninguna otra persona lo pueda imprimir, ni vender, ni hazer imprimir ni vẽder dẽtro de los dichos diez años, so pena de perdimiẽto de los libros y moldes, y de otras penas a nos arbitrarias. Cõ esto q̃ en todos los volumines y cuerpos que imprimiere, se aya de poner impressa la presente licencia: Mãdãdo assi mismo, por tenor della, a qualesquiere Iuezes, y officiales, mayores y menores, y otros qualesquiere ministros, vassallos y subditos de su Magestad en el presente Reyno de Aragon constituydos, y constituyderos, que so incurrimiento de su ira, e indignacion, y en pena de mil florines de oro de Aragon, de bienes de los contrauinientes exhigideros, y a los Reales Cofres aplicaderos, que la presente licencia, y todo lo en ella contenido le guarden, tengan, y obseruen, tener, obseruar y guardar hagan inuiolablemente, sin hazer, ni permitir ser hecho lo contrario en manera alguna, si la gracia de su Magestad les es cara, y en la dicha

pena

pena deſſean no incurrir. Dat. en Çaragoça a veynte y quatro dias del mes de Abril del año mil ſeyſcientos y catorze.

Don Iuan Fernandez de Heredia,
Gouernador de Aragon.

Vidit Godino Aſſeſſor.

Domini Regens officium generalis gubernationis mandauit mihi Ioanne Ludouico Abiego, viſa per Godino Aſſeſſorem.

In Diuerſ. R. offi. G. G. Arag. iiij. fol. xij.

IVDICIA GRAVISSIMA, ET SINGVLARIA SVFFRAGIA VIRORVM:

quorum summa est dignitas: quorum veneranda auctoritas: quorum sapientiæ tantus est splendor; vt nullas non discutiat tenebras: nulla non extinguat lumina vel clarissima.

Pater Blasius de Baylo, omnibus, & nobis in primis maxime obseruandus, Instituti Societatis IESVS lumen clarissimum, ad quem primum omnium antequam de opere mandando typis ab auctore cogitaretur causa adhuc integra delata fuit, & a sui Collegij Rectore commendata: quod, nobis pusillis optimæ spei laetum dedit præsentium; integerrimum illud totius causæ, & libri fecit.

PRÆIVDICIVM.

ACROAMATICAM hancce, & Apodicticam Accusationem libenter legi, & sæpius euolui: in quo illud certe euenisse fateor, vt quem censorem quærebat, laudatorem inuenerit, admiratorem rapuerit. Credite quicumque

hæc legetis, nullibi valentius rationis distringitur gladius, nullibi felicius pugnatur, nullibi glorioſius vincitur. Æquitatis aſſeritur principatus, ampla ei prouincia reſtituitur: quam male quorundam feriata manus nullo iure diſtraxerat. Triumphat iuſtitia, obtinetque tandem, & quanquam fluctibus ignorationis tantiſper preſſa, oppreſſa nunquam caput erexit. Id ſaltem Auctori poſteritas ſe debere fateatur; contractum vt vocant Medium-lucrum iniquiſſimum, & ſordidiſſimum, detracta tandem larua in meridiana luce ridendum doctis, exſibilandum populo, Rebus publicis fugiendum vnius diligenti opera, ſtudioque propoſitum. Cæſarauguſtæ in Colegio Societatis IESV 21. Ianuarij, Ann. 1613.

Blaſius de Baylio Societatis IESV
Theologiæ profeſſor.

PER

PERQVAM REVERENDVS

Pater Thomas Maluenda, Valentinæ gentis, Dominicani instituti, & Prædicatorum Ordinis præclara gloria: Scientiarum omnium, maxime sacræ Theologiæ Magister insignis, & maximus: linguarum, sanctæ in primis præfulgens peritia, cuius laus, in sui Ordinis cum Breuiario, tum Missali, reuocandis, ad ritum Romanum, est singularis: in libris omnibus expungendis, expurgandisque ab hæresum sordibus, & prauæ doctriuæ erroribus, acerrimum iudicium: Est enim supremo Inquisitionis Sacrosanctæ Consilio a secretis, tum assumptus Cancellarius sacratissimus: eiusque in expurgatorio indice officium diligentissimum, & matri Ecclesiæ gratissimum.

Hic, quam nec insolentissimi ausi fuissemus
sperare, suffragationem libenter
misit largissimam.

ACROAMATICAM, & apodicticam Accusationem in Socidam, vulgò Medium-lucrum, eiusdemq; præscriptionem, auctore D. Michale Sebastian Presbytero, attentè & cum cura peruoluiilaudo magnopere auctoris ingenium, acutum cumprimis ac viuidum, eruditionem insigniter eximiam, dictionem tersam & elegantem,

operis totius fabricam aptè & concinnè disposítam, argumentorum densum & validum robur, veritatis eruędæ egregium studium: vt planè auctorem ipsum dignum existimem, quem & doctrinæ & facundiæ nomine omnes admirentur.

Fr. Thomas Maluenda.

CENSVRA, Y APROVACION

del muy Reuerendo P. M. F. Lorenço Gutierrez de la Orden de Predicadores. Primer Cathedratico de Vísperas de sancto Thomas, que el señor Duque de Lerma ha fundado en la insigne Vniuersidad de Alcala de Henares.

CON mucho gusto, y singular cuydado, aunque en medio de muy grandes ocupaciones, he visto esta doctíssima acusacion, del iniquo contracto, de la media ganancia: en la qual con tanta agudeza, se descubren su injusticia, y encubiertas fraudes, y con tanta fuerça de verdaderas y efficaces razones se deshazen. Que ya este suzio trato, con solo acusarle queda condenado, y sus antiguos valedores justamente vencidos, y emenda-

dos,

dos;y lo q̃ es de mayor estima,la Republica Christiana,libre de vn muy grande,y peligroso lazo.Porque deuen darse al autor perpetuas gracias:y digo lo que siento del Collegio de santo Thomas de Alcala, y Nouiembre a 17.de 1613.

El Maestro Fr. Lorenço Gutierrez.

IVTZIO, Y SENTENCIA

del muy Reuerendo P.M.F.Pedro de la Vega, entre los Predicadores de la Orden de Predicadores,grande Predicador: y Lector clarissimo de la Magistral de la yglesia Cathedral de LERIDA.

HE leydo con cuydado,esta acusacion, que el muy Reuerendo Doctor Miguel Sebastian ha hecho, contra el trato, que comunmente llaman media ganancia, y en ella he visto que el autor se viste de dos officios, y los dos haze eminentissimamente:el de Fiscal,en la acusacion, fulminando muy bien,el processo, substanciando marauillosamente,y con claras,y euidentes razones, la causa justa, de la acusacion: y el de Iuez, sentenciando contra el dicho trato,o media ganancia,con motiuos muy claros, no solo especulatiuos, sino que con la experiencia, y practica,prueua,y desmaraña,la injusticia clara,q̃ el dicho cõtrato consigo trae:y assi me parece

rece que seruira este libro, de grandissimo freno, para los que acostumbrauan vsar este genero de trato: y y de marauilloso documento, para los por venir, que lo quieran intentar. Y por ser verdad lo firme de mi mano en santo Thomas de Madrid, a 27. de Febrero de 1613.

El Maestro Fr. Pedro de la Vega lector de la Magistral de Lerida.

IVDICIVM, ET SVFFRAGATIO

vna a perquam obseruando Patre Ioanne Hieronymo Cenedo, Ordinis Predicatorum cum Iuris perito, tum S. Theologiæ Doctore, tum in Academia Cæsaraugustana decreti sapientissimo interprete. Et a Ioanne Nauarro Iuris Canonici grauissimo Doctore, quondã ab Illerdensi Episcopo, visendæ diœcesi præfecto. Rectore etiam in Cæsaraugustana ciuitate, Parrochialis Ecclesiæ S. Philippi.

SEDVLO euolui, & accuratè perlegi librum inscriptum: Acroamatica, & apodictica accusatio, in socidam vulgo medium lucrum, & eiusdem præscriptio, auctore Michaele Sebastian Presbytero Rectore Ecclesiæ loci de Galue, in quo

quo nihil inutile, nihil improbabile, nihil bonis alienum moribus continetur, sed potius quid tutissime amplectendum, omninoque tenendum firmo gressu prosequitur, & propriæ salutis cupidis, iustitiæque deditis eloquentissimis argumentationibus, & clarissimis experimentis doctè, ac piè ostendit. Quapropter opus huiusmodi tanto ingenio, & industria elaboratum, omnibusq; numeris absolutum, Christianæ Reipublicę, prę sertim negotiatoribus aprime esse necessarium iudico. Cum in eo quid in huiuscemodi contractibus tenendum, quidue fugiendum, acerrime differatur: hoc sentio. Saluo, &c. Cæsarauguſt. pridie idibus Iunij, anno 1613.

Doctor Ioannes Nauarro.

Fr. Ioannes Hieronymus Cenedo I.P. & S.T. Doctor & decreti interpres in Vniuersitate Cæsaraugustana.

SEN-

SENTENTIA GRAVISSIMA

Integerrimum, acerrimumq; iudicium Perillustris D. Antonij Atrian V. I. Doctoris sapientißimi. Oscæ qui primum omnis scientiæ gloria perfulgens Cathedris fuit cum secundis, tum primis præfectus annos permultos. Episcopis semper affuit summa cum prudentia & opera, & consilio: munusque exhibuit, præstitit & perfoluit Officialis præclarißimi. Promerita eius tandem in rem literariam, & Oscensem Ecclesiam ita fuerunt cum præclara, tum eximia: vt Regijs auspicijs ad Metropolim Cæsaraugustanam fuerit vocatus, præclari Canonicatus insignitus honore.

QVOD de accusatione in Medium-lucrum: ipsum idē, de additionibus, & declarationibus sentio. Illud insuper addo, scriptionibus istis ab auctore adiectis, eo vsque, istius improbæ societatis, vere Leoninæ existimandæ germanum vultum, persona detracta, palam repræsentari: vt quisque, sit licet in iure nostro semidoctus, vel semipaganus, cadaueroſam eius faciem oppido cognoscere possit. Quippe

Quippe tot veriſſimis theſibus, & hypotheſibus, tot ſupputationibus & experimentis, tot medijs varijs, & argumentationibus, veritatem nobis auctor elicit, confirmat, adſtruit: vt vel ſi, qui hactenus contra nitebantur, & ſentiebant, in profundum Democriti puteũ, illã deieciſſent; hic vnus face clariſſima eã in dias luminis auras reuocare ſufficeret. Nihil ergo reliquũ: niſi vt Catholici homines vniuerſi; & præſertim D. O. Max. dicati viri: quos nedum ab improba, ſed ab omni laicis licet permiſſa negotiatione, alienos eſſe debere, & Apoſtoli, & Sacrorum Canonum cenſura nos admonet; ab hiſce iniquiſſimis conuentionibus cane peius, & angue manum abſtineant. Ipſi vero Prælati, Paſtores veri, ad quos eius rei notio, cura, cautio, coërcitio pertinet, improbos, & iniquiſſimos pecuarios færarum more viuentes, & Paſtorum inopum ſanguinem exſugentes in caulam Domini reuocent: vel malos male perdant: Synodicis decretis, edictis, cenſuris, & pœnis tales ſocietates iniri prohibeant; initas quam primum diſſolui, ac retractari faciant. Cæſarauguſt. Nonis Iunij, Anno ab orbe redempto ſexqui milleſimo centeſimo, quarto decimo.

Ex eiuſdem D. Vicarij Generalis delegatione,
D. Antonius Atrianus Canonicus
Cæſaraugustanenſis.

PER-

PER ILLVSTRIS D. MARTINI

Carrillo, V. I. Doctoris eximij, & librorum, qui maximo sunt Ecclesiæ ornamento, scriptoris luculentissimi, sub Illustrissimo gratissimæ & gloriosæ memoriæ Cæsarauguſtano Archiepiscopo D.D. Alphonso Gregorio Officialis consultissimi, a Rege Philippo III. Sardicensis vniuersæ prouinciæ Visitatoris diligentissimi, & Cæsarauguſtanæ Ecclesiæ, quæ est in Aragonia Metropolis, Canonici dignissimi, & clarissimi, cum ad ipsam accusationem, tum ad in illam additiones.

IVDICATIO INSIGNIS.

CERTISSIMÆ, & indubitatæ sunt duæ regulæ in materia societatis ouium, & pecudum: videlicet, omnis societas circa animalia, in qua ponuntur pacta; quibus alicui sociorum, expertorum arbitrio damnum irrogatur est iniqua: deuiat quippe a iustitia.

Secunda regula: quando capitale, in toto, vel in parte stat periculo accipientis, in casu fortuito: &

non

non communicant æque ſeruata porportione omnia pericula,& damna,& lucra pro rata eorum: immo ex primis fructibus, & fœtibus totum capitale reſtituitur;antequam ſocius,aliquam accipiat vtilitatem ratione laborum,ſumptuum,& expenſarum; Talis contractus reprobatur,& condemnatur : vt tenent ſummiſtae : Syluester verbo ſocietas 2. Antoninus 2. p. tit. 1.cap.7.§.39. Nauarr. in Manuali cap. 17.a num. 260.Angles 2.p.q.de contractu ſociet.art. 1. definit. 4.Ludouicus Lopez inſtructor negotian.lib. 1. cap. 57.Ludouicus Molina.de iuſtit. & iure, tomo 2. diſput.420.Petrus Nauarr.de Reſtit.lib.2.cap. 2. num. 377.vterque enim ſocius æque expoſitus eſſe debet amittendi vel operas,vel capitale. Alioquin ſocietas erit Leonina iuxta l.ſi non fuerint.§.Ariſt. l. Mutius. l.ſocietas.ff.Pro ſocio. §. De illa inſtit. de ſocietate. Petrus de Peruſio tractatu de duobus fratribus 4.p. q. 1.Panor.in cap.per veſtras num.11. de donationibus inter vir.& vxo.Alexander, & Salicetus in lib.1. cap.Pro ſocio.Couar. lib. 3. Variar.cap.2.nu. 2. & 3. Marquech.in tractatu de bonorum diuiſione libr.2. cap.3.Michael Salon de Iuſtitia, & Iure, tom. 2. de contractu ſociet.art.5.Marianus Socinus p. 2. conſil. 74.num.7.8.9.

Has omnes exemplificat, & euidentibus rationibus,& computationibus V.V. Michael Sebaſtian Rector Eccleſiæ loci de Galue in ſua Acroamatica ac-

cusatione in socidam vulgo Medium-lucrum, inque ad illam additionibus: ita vt, ouina sub pelle lupos deuorantes manifestet. Ostendit enim, qualiter Pecuarij diuites impinguantur praecordijs Pastorum pauperum. Hi enim velut imbecilles luporum lacerantur morsibus. Prædam ex illorum faucibus noster auctor intendit eripere detegendo fraudes, malitiae hominum obuiando, & cupiditati. Quapropter auctoris ingenium laudo: zelum extollo vsque ad cœlum: commendo elegantiam: doctrinam amplector: deq; viri labore, officio, studio, vehementer gratulor Christianæ Reipublicae.

Doctor Martinus Carrillo.

DIIVDICATIO.

PER ILLVSTRIS D. MARTINI Peralta V. I. egregij Doctoris: sub Illustrißimo Archiepiscopo pergratæ memoriæ D. D. Alfonso Gregorio, quandam Officialis, & Visitatoris prudentißimi simul, ac sapientißimi. Deinde, ac nunc Cæsaraugustanæ Ecclesiæ Metropolitanæ eximij Canonici.

ACcusationem hanc, in socidā vulgo medium-lucrum, seu potius integram rapinam, apposite a Michaele Sebastian institutam, atque ad illam

illam eiusdem additiones libenter perlegi; neruose prosequutam, luculenter, exactissime etiam comprobatam, & elegantius absolutam comperi: vt hinc iam, iniquissimae socidae aperta, & manifesta condemnatio cuiuslibet veritatis, & iustitiae amatoris arbitrio merito expectanda sit. Nullus enim amplius operiendi virus locus reliquitur: omnes eius, ab acto re diligentissimo, & acerrimo panduntur cum fraudes, tum simulationes: & quam voracitatis sit plena, plane, & manifeste conspicitur. Eam fugient Pastores: qui fortunas, tempus, & operas iactare noluerint: ab ea Pecuarij Timorati abstinebunt: Praelati, quos & Zelus Domini, & commissarum animarum angit salus, paenis, ac multis grauissimis etiam, clericos in primis, Presbyteros, Vicarios, & Rectores, huic incũbentes contractui, & inhiantes praedae, quod laborent supina ignorantia, veritatis huius admonebunt; & arcebunt in posterum, negligentes disciplinam, ac respire. Quidquid autẽ, ist hinc vtilitatis Christianae Reipu. aduenerit, (aduenietq; vt spero quãplurmũ) id totum actoris, auctorisque labori, studio, fortitudini, constantiae referendum, adscribendumque iudico. Nusquam enim antea ab aliquo praestitum, aggressumue, pro vna eruenda veritate, adeo praeclarum, arduumque facinus: quod sentimus ab hoc vno auctore iam omnino perfectum. Et meum quale quale id esto iudicium.

Doctor Martinus Peralta Santæ Ecclesiæ Cæsaraugustanæ, & Metropolitanæ Canonicus.

CVM PRIMIS RECENSENDA
conſpirans in vnam Iudicatio, & ſententia

PERILLVSTRIVM DD. IOANNIS de CANALES, IOANNIS etiam, PORTER V.I. Doctrinæ inſignibus ſic illuſtriũ; vt, Regia Aragonũ in Audientia, & toto in Regno & Lunam, & Solem nobis referant; quorum ſplendor tantus, vt horreat, vt fugiat noſtrarum laudum tenebras: & ſilentium inducat, incuſſoq; timore noſtram coërceat linguam.

IDIMVS, & non ſemel attente perlegimus librum hunc, cum additionibus Acroamaticæ, ſeu apodicticæ diſputationis, ſeu verius Analyticæ expoſitionis contractus ſocietatis inter Pecuarios, vel mercatores, & Paſtores initæ: quam vulgus Medium-lucrum appellat: melius dixiſſet iuſtum lucrum: ſignificans iuſtam, & æqualem damni, & lucri menſuram in huiuſmodi contractu ſeruandam. Quia ſecundum Philoſophum, iuſtum, medium eſt inter lucrum, & damnum. Et quamuis leges, & iura tam Canonica, quam Ciuilia ad hanc æqualitatem, iuſtitiæ commutatiuæ

tiuæ finẽ, cunctis ſuis præceptis, & documentis cohortẽtur: prauæ tamen conditionis homines, inſatiabili iuſte, vel iniuſte acquirendi ſiti, & fame ardentes, ſuæ obliti ſalutis animæ, ab hoc medio, ab hoc æquo, & iuſto quantum poſſunt abhorrent. Quare, æquiſſimum, rationique valde conſentaneum erat; ne amplius in huius ſocidæ veritate indaganda, perſcrutanda, & intelligenda, Doctorum etiam ingenia peregrinarentur: vt in mediam lucem, ſolemque prodiret: qui veluti ſolis radijs, tenebras huius ſimulatæ ſocietatis fugaret, & quaſi digito omnes illius flexuoſas vias, ſinuſque cõmonſtraret. Is vnus, & vnicus in hoc ſcribendi genere fuit, meritiſſimus huius operis auctor: qui religionis ergo, & communi boni potius quam honoris, vel lucri cupiditate accenſus hanc ſuſcepit prouinciam, miris certe in Cælum vſque laudibus extollendam: qua Paſtorum ſimplicitati conſulere, fauereque intendit: ne deinceps a Magiſtris nedum pecoris, ſed etiam fraudis decipiantur. Quod fiet proculdubio; ſi liber hic nunquam è manibus exciderit. In eo enim accurate, exquiſitaque diligentia, & ſtudio, nodos fere indiſſolubiles, huius Leoninæ ſocietatis diſſoluit, technas, fallaciaſque Pecuariorum aperit; caſus omnes contingibiles, ſed hactenus minime excogitatos, nec adinuentos proponit: ac denique ita materiam ſocidæ illuſtratatam, pateſactamque relinquit; vt, nihil addi poſſe, nihilque intactum reliquiſſe ingenue fatendum ſit. Cæſarauguſtæ Pridie Idus Iunij, anno a Virginis partu 1614.

Doctor Ioannes de Canales Regius Regiæ Aragonum Audientiæ Ciuilis Conſiliarius.

Doctor Ioannes Porter Regius Regiæ Aragonum Audientiæ Criminalis Conſiliarius.

IN

IN GRATIARVM ACTIONEM AB AVCTORE PRO TAM EFFVSA AB OMNIbus Aduocatis suffragatione.

MIHI CVM Aduocati, tum Inuocati: O Principi glorioſiſsimo cœleſtis exercitus Euocati, & conſcripti Inclyti milites Chriſti ecquã à me, tyronũ, & hominũ nouiſsimo potuiſtis exſpectare gratiã pro tam larga, effuſaq. adeo ſuffragatione? Agnoſco ſane, ac ſentio, & ingenue fateor, interioribus veſtris omnium auribus, Imperatoris militiæ cœleſtis Archãgeli Michaelis buccinam inſonuiſſe, verius vos alloquentis, vocem illam. Qui rempublicam Chriſtia-

Christianam saluam esse vultis: qui auctis erui e tenebris pulcherrimam veritatem: qui filiorũ Dei, qui Pecuarium diuitum ardetis salutem: qui miserabilium personarum, & Pastorum zelatis sanguinem, me sequimini consurgentem pro illis: in tempore hoc, saluabitur Pecuarius omnis: qui inuentus fuerit scriptus in libro vitæ. Hac vtique vna voce vos commoniti, & excitati, & voluntate sequentes, & alacritate, consecrati militiæ cœlesti in validissimam conuenistis exercitus manum: omnes ad laetas aquilas cucurristis: rem gessistis arduam ita strenue, ita praclare; vt in hac pro sacra veritate militia omnes æque Primopili, omnes æque Aquilæ Præfecti iudicemini, & iam promeritis vestris praclarissimis videamini promoti, quisque ad dignitatem amplissimam, & spẽ didissimam in hac Militanti Dei Ecclesia, & vocati à summo DEO ad accipiendam in Triumphante, pro sæpe de Dracone, patre mendacij reportata insigni victoria, quam vobis semper opto gratissimus, vere auream Gloriæ æternæ coronam.

IL-

MICHAEL ARCHANGELVS

PRÆPOSITVS PARADISI

FECIT VICTORIAM.

FORTIS IN PRÆLIO

OPERIS APPROBATIO.

EX commissione, & mandato, Excellentissimi Dñi dõ Didaci de Portugal, & Pimentel, Marchionis Geluium, Locumtenentis, & Capitanei generalis, in præsenti Aragonum Regno, vidi, sæpiusq; euolui librũ hunc, à Rectore Michaele Sebastian, viro religiosissimo, pariterq; doctissimo, nunc denuo, in lucem editũ, & mediũ lucrum inscriptum, nedum Reipublicæ vtilissimum, verum etiam summe necessarium. Cum in eo, societatum materia, in scholis, & foro maximopere frequẽtata, plenissime discutiatur & pertractetur: ita vt nil amplius desiderari queat: atq; etiam socidæ contractus, ad vnguem,

adamuſimq; examinetur : & quo pacto deinceps licitè iniri valeat, oſtendatur. Meritòq; meo iudicio, auctor inuehitur in illum : quem in hoc opere accuſat tãquam illicitum: vbi nomine tenus, medium lucrum reperitur: cùm hoc iuſti mediĳ lucri pallio, ſeu colore, ſuffulti Pecuariĳ, illum contrahere minime reformident. Quare, non ſolum, opus approbatione dignum iudico: tanquã bonis moribus, nequaquam aduerſum: ſed etiam laudo auctorem ipſum, ſummeq; commendandum cenſeo: q ſuis vigiliĳs, & elucubrationibus, animarum ſaluti conſulere, tantopere ſtuduerit: ne deinceps, in hoc præcipitium ruant, ac prolabantur : vt verè dici poſſit, non hic de medio, ſed de integro, & perfecto animarũ lucro tractari: ſi liber hic attente prout decet, legatur, verſetur, & (vt ita loquar) exuiſceretur, eiuſq; rationes, & fundamenta perpendantur. Datum Cæſaraguſtæ, ſexto Kalen. Martĳ. Anno à Chriſto nato, M. DC. XV.

Ioannes de Canales Regius, Regię Aragonum Audientię ciuilis Conſiliarius.

ECCL. DEI EPISCOPIS, & Pontificibus ſummæ Chriſtianæ reipublicæ.

P. E. F. Michael Sebaſtian.

QVITA ſuper verbum veritatis, & manſuetudinis iuſtitiæ: & docebit te terribilia dextera tua. Sagittę tuæ accutæ (populi ſub te cadent) in cor inimicorũ regis. Dauid, hæc, maxime, de ſolo Chriſto: protahi tamen & poſſunt, ad quemlibet: qui laboret pro Chriſti vna & iuſtitia, & veritate. Huius ſuper verbum, nos, noſtras perſe-

Pſalm. 44 verſ. 7. & 8. Secundum interpretationem verbis Hebraeis inhærentem.

quentes acroamaticas, & apodicticas accusationes, in vulgo ad medium-lucrum societates, equitasse, & fere omnibus terribilia perpetrasse; iam sentire, iam fateri videtur: qui nostrarum rationum exceptis sagittis, incuruati earum vi, nostram laudauerunt sententiam: nonne & doctrinam admirati sunt? Horū suffulti contestatione, in Cæsarauguſtana prouintiali Synodo proposita, nec non publice etiam, atque etiam instata hac causa, ausi fuimus consulto, vt vrgeremus vehementius, Episcopis tradere, (verum priuate) chirographum, in quo Christi obtesta ta fide, aureos centum annuos, omnium dierum reliquorum nobis: his neglectis, fortasse, quod pauci, nunc tandem hoc rescripto, & ducentos, singulis annis, reliquę nobis vitæ, reddendos promittimus (nonne, nostræ si facultatis esset; & sine numero aureorum milliaria promitteremus?) cuiuis: qui, in iudicium vocatis nobis, coram cuiusuis Ecclesię Episcopo, & conuictis legitime, nec non, seruata forma iuris, tandem demonstrauerit, & concluserit, quas nos accusamus societates, haud esse iniquas, iniustas, leoninas, vsurarias, contra ius Ciuile, Canonicū, Diuinū, aut Naturale: quod nos contendimus. Ideoq;, posse nō interdici: potius saltē tolerari in Dei Ecclesia ab Episcopis. Quos omnes, his nostris, cum obsecramus supplices: tum, pro solius Dei summa gloria

ria, vehementius, enixius etiam, atq; etiam obteſtamur haueant, ardeantq;, noſtris expenſis, noſtræ rei vel magno damno (nec quidē ſuper his, aut eggreſſum labiorum noſtrorum, aut ſcriptum chirographum hoc mutabimus: nedum, vnquam miſericordiam deprecabimur) ardeant inquam, quamprimum veritatem hanc examinare. Nolintq; deſperare, nos vel nouiſſimos, vel tenuiſſimos, vel puſillitatis vninerſitatem terribilia patraſſe: contigerit cum nobis; verbo veritatis, & manſuetudinis iuſtitiæ Chriſti, inſediſſe. Tandem, in horum omnium fidem, & obteſtationem, cum iam quinq; menſes, Epiſcopis noſtris nunc, & alias Turolen. hoc idem chirographū miſſerimus; omnibus etiā, qui ad prædicta, ſuas operas offerre voluerint Epiſcopis, & contra ſententiam noſtram, in iudicio perfecerint, & concluſerint, hęc damus, hęc tradimus ſcripta (quibus volumus adſtringi ad omnia ſuperiora) exarata manu propria, proprio etiā nomine ſubſcripta, in hac noſtra eccleſia. 16. Kal. Iunij. Anni à Natiuitate Domini, milleſimi ſexcenteſimi decimi ſeptimi.

Michahel Sebaſtian Presbyter Rector Eccleſiæ Caſtelli de Galue Turolen. Diœceſis.

EL

EL Maestro F. Iuan Geronymo Cenedo, digo que he tenido en mi poder este Aluaran, cerca de vn año: y que el dicho Retor ha instado mucho, en q̃ se estudiasse, y aueriguasse la verdad: y esto lo procuro tambien, en el Synodo Prouincial: que se celebrò en Çaragoça, el año de 1614. de donde consta su buen zelo, que ha tenido, en la aueriguacion deste caso: y en realidad de verdad, he sido instado, por el Señor Obispo de Teruel, para estudiarlo: y no puedo dexar de alabar la constancia, que ha tenido el dicho Retor: siendo tantas las contradiciones, que se le han hecho, para hazerle desistir de su pretension, assi lo firmo de mi nombre en Çaragoça, a 20. de Febrero 1618.

F. Iuan Geron. Cenedo.

MVY

MVY ILLVSTRE, Y REVERENDISSIMO SEÑOR.

ANTE La presencia de V. Reuerẽdissima, Señor don Thomas Cortes Obispo de Teruel, y del Consejo de su Magestad, personalmente se cõstituye Miguel Sebastiã Presbytero, Rector de la Parochial de Galue, dioceſi de Teruel: y en aquellas mejores vias, modos, y maneras que puede suplica a V. R. y dize: que V. S. sea seruido señalar, y nombrar, y nombre seys, o quatro varones, de los mas doctos de la Ciudad de Çaragoça, y cargandoles la consciencia, enco-

encomendarles; que tomandolo ex officio estudien, examinen, y excudriñen las acusaciones, que el tiene escritas, y publicadas, y las addiciones, o summas hechas, y hazederas a aquellas, en lenguas, o Latina, o materna, contra las compañias llamadas vulgarmente de la media ganancia: y finalmente declaren, segun lo allegado, y mostrado, en todos los dichos sus escritos, o segũ otros Auctores, y buena doctrina, si dichas compañias son iniquas, injustas, leoninas, y vsurarias, o alomenos muy sospechosas de vsurarias, y por tanto cõtra derecho Ciuil, Canonico, Diuino y Natural: por lo qual, no puedẽ ser toleradas, o dissimuladas en la Iglesia de Dios: lo que dicho exponiente espera tener mostrado, o poder concluyr, y mostrar: O si al contrario son tolerables. Por ser ni cõtra derecho Natural, Diuino, Canonico, o Ciuil: ni vsurarias, leoninas, injustas, è iniquas: como defienden los Auctores de la parte contraria. Y porq̃ es justo; a los varones sabios, que examinaren, y juzgaren dichas causas, y acusaciones de compañias, pagarles con algo dicho estudio, trabajo, sentencia, juyzio, y declaracion; dicho suplicante offrece, promete, y se obliga, con palabra y fe de Christiano, y Presbytero, a dar, y pagar en manos de V. R. o los Iuezes, y que dara, y pagara si la sentencia fuere la que pretende, espera, y piden sus acusaciones, cien escudos,

digo

digo dos mil ſueldos Iaqueſes: y ſi tal no pudiere ſer, pagara tres mil ſueldos. Con pacto empero, y condicion, que dicho juyzio, ſentencia, y declaracion deuan hazerla, y la hagan, por todo el mes de Setiembre, del preſente año, de mil ſeyſcientos y diez y ſiete: lo mas tarde haſta diez y ocho del mes de Octubre del miſmo año. Y para aquel dia dara dichas cantidades de dos, o tres mil ſueldos. Con reſerua empero, que de dicha ſentencia, ſi contraria fuere a la que eſpera, por qualquier cauſa, pueda dicho propo niente apellar della, para ante quien deura, y podra, haſta vltima ſentencia diffinitiua, como en qualquier cauſa, o Ciuil, o Criminal, y repetir dichos tres mil ſueldos, que aura pagado, por la ſentencia, a la que eſpera contraria: que ſi tal fuere qual eſpera, quiere tener por muy bien dados, y empleados dichos dos mil ſueldos: y ſi por la parte otra, huuiere aduogado, patron, o defenſor; ſe offrece, y obliga a cumplir cõ aquel, y pagarle, per ſingulos annos, los que viuiere, aquellos docientos, que en aluaranes, que tiene entregados, o en manos de los ſeñores Obiſpos, o perſonas otras particulares: eſto ſe entienda deſpues de ſentencia diffinitiua: y offreciendoſe publico patrõ, y defenſor, luego deſde los principios; ante dichos Iuezes, que nombrara V. Reuerendiſſima, y offreciendoſe a pagar por ſi, o por otro, y con ſeguridad,

otros docientos, en la misma forma, durante su vida, y de dicho suplicante. El qual a todo lo dicho cumplir, y pagar segun esta dicho, offrece, y obliga todos sus bienes, de qualquier manera, q̃ le pertenezcan, o puedan pertenecer en qualquier, o tiempo, o lugar; y que retardando el a cumplir, y pagar dicha obligacion, o obligaciones, pueda ser compellido con censuras Eccleſiasticas, por V. Reuerendiſſima Señoria, o su Vicario General, o succeſſor de V. Señoria, en dicho Obiſpado de Teruel: O que V. Seria se pueda entregar, en qualesquiere bienes, de dicho Rector, hasta dichas cantidades. Y lo mismo pueda el Illustriſſimo señor Arçobiſpo, de Çaragoça. Que a todo se obliga, y subjecta, con muy libre, y entera, y buena voluntad, con la presente escritura hecha, y firmada de su propria mano, y nombre, y entregada en manos de V. Reuerendiſſima en Çaragoça a 3. de Iunio del año de 1617.

Reuerendiſſimo Señor.

Miguel Sebaſtian Presbytero Rector de la parochial del lugar de Galue dioceſi de Teruel.

HE

He visto la sobredicha peticion, y por el biẽ particularmente del Obispado de Teruel, y vniuersal, y por el seruici o quea Dios nuestro Señor se haze, desengaño, y quietud de la parte suplicante, nombro para la examinacion de dichos libro, o libros en qualquiere lengua, a los Señores Padre Maestro Fray Geronymo Cenedo Dominico. Padre Fray Iuã Yribarne Diffinidor de la Religion de San Francisco. Padre Batista Bordoy de la Compañia de Iesus, y Micer Bayetola. A cuya censura de todos, o ala mayor parte, remito lo sobredicho, y en la forma que dicho Miguel Sebastian Retor de Galue, offrece, y promete, por su memorial: y lo muestre a dichos Señores: y si lo admitieren, lo firmen de su mano, para q̃ quede esto assentado, y cõcluydo, y se guarde en poder de alguno de sus mercedes, para su cũplimiento. Dat. en Caragoça en 3. de Iunio 1617.

T. Cortes Episcopus Turolen.

Yo Fray Geronymo Cenedo accepto esta comisson.

Yo Fray Iuan Yribarne accepto esta comisson.

Baptista Bordoy de la Compañia de Iesus, accepto.

El D. Mathias de Bayetola y Cauanillas.

SV-

SVplica assi mismo el dicho Rector a V. Reuerendissima, la sobrescrita comission sea alargada, para el Doctor Blasco, Canonigo en la yglesia Metropolitana de Çaragoça, y por el trabajo, y para salario del dicho, en la misma forma, que arriba promete, quinientos sueldos Iaqueses. Y por verdad da la presente escritura a 6. de Iunio de 1617

Miguel Sebastian Rector de Galue.

NO se admite la sobredicha peticion, por escusar de gastos a dicho Miguel Sebastiã: y assi queda en los quatro solos atras nõbrados, el conocimiento de la causa. Dat. en Zaragoça en 6. de Iunio 1617.

T. Episcopus Terulen.

YO Miguel Sebastian, con licencia del señor Obispo, alargo el plazo sobredicho, para hasta las Carnestoliendas, del año siguiente de mil seyscientos y diez y ocho, con la misma obligacion que arriba. En Çaragoça a 19. de Octubre de 1617.

Miguel Sebastian Rector de Galue.

VL-

VLtimamente. Por quanto, el Padre Fray Iuã Yribarne, se fue a ser Guardian, del Conuento de san Francisco de Taraçona; y para las consultas, los otros tres Iuezes comissarios, pidieron al Doctor Iuan de Canales; yo dicho Miguel Sebastian, se lo suplique, quisiesse suplir la absencia, del dicho Padre Fray Iuan Yriuarne, en las juntas, y como consulto: y le offreci quinientos sueldos, por propina, como a cada vno delos quatro Iuezes comissarios arriba nombrados, por el señor Obispo, sin excluyr, aunque de las consultas absente, al dicho Padre Fray Iuan Yribarne: al qual tambien con los libros, y memoriales, o summas breues hechas de mano, como a los presentes, aunque absente, embiandoselas a Taraçona, le he informado: y por si mismo ha venido, antes de saberla, a la misma sentencia, que los otros quatro. Y assi todos cinco de conformidad vinieron a vña, y dieron, y declararon la que desseauamos, y esperauamos. Que es la siguiente.

EL Ganadero, y el Pastor hizieron este trato de compañia. El Ganadero puso 500. borregos, estimados en 500. escudos. El Pastor puso su industria, y trabajo, y hizo todos los gastos necessarios.

ceſſarios. Que todo por cada vn año, es eſtimado comunmente en 100. eſcudos. y a razon de quatro ſueldos por cabeça.

Pretende el Ganadero, que aunque ayan muerto los 200. borregos, ſi los 300. que reſtan, valen ſolamente 500. el ſolo los ha de lleuarlos todos: ſin q̃ el Paſtor lleue alguna coſa. De ſuerte, que eneſte caſo, el Ganadero nada pierde: y el Paſtor pierde todos los 100. eſcudos, que puſo.

Dudaſe, ſi eſte trato es injuſto?

REſpondemos los infraſcritos. Que en eſta materia de compañias, es regla ordinaria, y cierta. Que ſi el trabajo, è induſtria, y las expenſas, que hizo el Paſtor, en apacentar el ganado, ygualan con el capital del Ganadero; en la particion, ha de ſacar cada qual el capital, que el puſo: y todo lo demas, que huuiere es ganancia: la qual ſe deue partir entre ellos por yguales partes. Mas ſi huuiere deſigualdad entre los capitales, como en eſte caſo; y como es ordinario; hanſe de partir la ganancia en ſu caſo, y la perdida en el ſuyo, reſpectiuamente en proporcion. De donde ſe ſigue neceſſariamente, que el trato cõſultado,

sultado, es injusto. Porque, siendo el capital de el Ganadero 500. escudos; y el del Pastor en vn año 100. estos dos juntados hazen vn capital total de 600. Por lo qual, hallandose al fin del año, y el dia de la particion, contandolo todo, contandolo digo, carne y lana, tan solamente 500. en los 300. borregos viuos: es verdad muy llana, auerse perdido 100. escudos. De los quales perdio el Ganadero las cinco partes: que son todos los 83. 6. 8. y el Pastor la sexta parte: que son solos los 16. 13. 4. Por tanto, sacando solo el Ganadero, todos los 500. haze injusticia al Pastor. Porque le lleua todos los 83. 6. 8. que le quedan buenos, y saluos en los 500. Porque si al que tenia 100. se le perdieron solos 16. 13. 4. estos sacados, quedanle saluos todos los restantes ya dichos 83. 6. 8. Y a este proposito, se deue entender y juzgar, en caso, que dure la compañia por dos, o mas años. Porque, todo quanto aura puesto el Pastor, sera capital suyo del, y lo ha de poder sacar ante parte, como el Ganadero el suyo: y segun lo q̄ valiere, y sera estimado; se ha de hazer la diuisiō dela ganancia en su caso, y del daño en el suyo: procurādo que en todo, se guarde entre ellos, ygualdad en proporcion. Y assi mismo confessamos, y dezimos, que el dicho Miguel Sebastian, en todo, entera, y muy puntualmente, ha cumplido, lo que tiene prometido,

metido, en el memorial, o suplica de arriba. Assi lo firmamos en Çaragoça, a onze de Março, de mil seyscientos y diez y ocho.

El Doctor Iuan de Canales.

El Maestro Fray Iuan Geronymo Cenedo.

Baptista Bordoy de la Compañia.

El D. Mathias de Bayetola y Cauanillas.

Fray Iuan de Yribarne, Lector jubilado, y Calificador del del Santo Officio, y Guardian de S. Francisco de Taraçona.

Carta del Señor Obispo de Teruel, al Padre Maestro Fray Iuan Geronymo Cenedo.

POR la que sera con esta, vera V. Paternidad muy Reuerenda, lo que escriuo al Retor de Galue, que se la podra remitir a buen recaudo: Que me pesa aya sido tan descuydado, señaladamente,

do: señaladamente auiendo instado el tanto, y obligado a ello, auralo de cumplir: que es razon se le satisfagan a V. Paternidad muy Reuerenda los trabajos grandes de estudio: que en el negocio del dicho ha tenido. El qual no ha podido aun desha zerse de la Retoria. y entiendo passara tiempo, antes que tenga efecto. Espero que aprouechara la que escriuo. Donde no; se procedera contra el, hasta que cumpla con lo ofrecido, y tratado. Guarde Dios a V. P. muy Reuerenda como puede, y desseo, Huesca y Octubre, 14. 1617.

A essos señores compañeros de V. Paternidad, en este negocio beso las manos muchas vezes, y que tengan esta por propria, yo sere presto en essa Ciudad. Encaminese la carta al Rector, que esso es lo que importa, y quien se la dè en sus manos; que bien substanciada va: mandandola cerrar V. P. y escriuale alguno de essos señores, y no V. Paternidad muy Reuerenda.

El Obispo de Teruel.

Carta del Señor Obiſpo, al Rector de Galue.

TENGO *Entendido, que el negocio que quedò a cargo en Çaragoça, que ſe eſtudiaſſe, y miraſſe con cuydado, ſe ha hecho aſsi, y con todas veras, y que ha paſſado el tiẽpo: en que el ſeñor Rector auia de acudir, y eſto en conformidad de lo que eſtaua tratado, y v.m. obligada ſu perſona: que a importunacion ſuya, me hizo tambien obligar la mia. Y aſsi ſera razon, que acuda a Çaragoça: y de deſcargo, de lo que ſe deue: paraque quede aſſentado, lo que con tantas veras he viſto, ha deſſeado ſiempre: y yo libre de la obligacion, en que me puſo: y no aya falta en eſto: pues ſe ha de cumplir: guarde Dios, &c. Hueſca, y Octubre, 14. 1617.*

No dexe v.m. de cumplir con gran breuedad, lo que aqui digo: porque me peſaria; que por terminos de juſticia, ſe llegaſſe a la obligacion, que tiene hecha: que ſeria mal caſo.

El Obiſpo de Teruel.

Eſtas

ESTas cartas del Señor Obiſpo dan muy graue, y cierto teſtimonio de la mucha conſtancia, inſtancia, è importunacion del Rector, y de lo mucho que los Iuezes, hã mirado eſte caſo, y lo han eſtudiado: y el maduro conſejo, con que todos conformes, lo han ſentenciado, y condenado el trato: y por la data de las meſmas, ſe vee que el Rector no auia aun faltado: pues ellas fueron eſcritas antes del termino de la ſentencia: y ſin auerla recebido vino, y lo alargò para haſta Carneſtoliẽdas, por la abſencia del Padre Fray Iuan Yribarne, y enfermedad del Padre Baptiſta Bordoy, y aunque ſe huuo de yr, a acabar de collectar la decima: que el trillar por las aguas ſe alargo, y reçago mucho: boluio empero luego, paſſados todos los Santos, y entonces le fue dada la carta de arriba, y por no auer venido luego el ſeñor Obiſpo, como ſiempre eſcriuia, y dezian los ſuyos; y auer tardado, haſta muy cerca las fieſtas de la Natiuidad del Señor, los Iuezes no guſtaron hazer algo, haſta que ſu Señoria vinieſſe; ni deſpues: haſta paſſadas las fieſtas; y por ſer muy neceſſaria la preſencia del Rector, para ſolicitar, y llamar a las juntas los Iuezes, y concertarlas, y reſponder a las dubdas, y dificultades; el ſeñor Obiſpo, que le auia tenido la mula, deſde ſiete de Nouiẽbre, y tambien la quiſo para llegar a Teruel, le dio

ſu

ſu bendicion, y licencia vocal al Rector, y prometio en llegar a Teruel, imbiarla en eſcrito; paraque aſſiſtieſſe, è inſtaſſe en el negocio haſta Carneſtolien das. Lo que dicho Rector ha hecho con ſolicitud, y trabajos grandiſsimos: y muy alegremente ha dado a los Iuezes la propina prometida a cada vno veynte y cinco, y a todos juntos cinco, ciento y veynte y cinco eſcudos, y luego immediatamente en auerla declarado: y cerca vn mes, antes de auerle dado firmada la ſentencia. Todo porque Dios, y el Archangel glorioſiſſimo ſan Miguel auian preuenido, y han deshecho todas las traças, y opugnaciones grandiſſimas, y fortiſſimas que ha pueſto el demonio, paraque no pudieſſe ſalir a luz eſta verdad. La qual a gloria, y honra de Dios, y del glorioſiſſimo Archangel San Miguel, deſta vez ſaldra, y quedara para ſiẽpre aſſentada, y eſtablezida, muy reſplãdeciente, glorioſa, y triumphante con muchas animas: que ſacadas como dela boca del infierno, y vñas del demonio, las lleuara a la eterna gloria, Amen.

Amen.

Imprimaſe.

El Licen. don Pedro de Molina
Vicar. Gener.

PAreceme que ſe puede dar licencia para imprimir, pues no ay coſa contra la ſancta Fe Catholica, ni contra las buenas y loables coſtumbres.

El D. Canales.

V. Godino Aſſeſſor.

Sup primale.

El Licen. don Pedro de Medina
Vicar. Gener.

Para vecinos que se puede dar
licencia para imprimir, pues
no ay cosa contra la santa Fe
Catholica, ni contra las buenas
y honestas costumbres.

El D. Cardenas.

V. Codino Adelor.

ILLVSTRISSIMO D.D. ANDREÆ ROIG,

APVD REGEM PHILIPPVM III. SACRI SENATVS SVPREMI

consilij Coronæ Aragonum, Vicecancellario Consultissimo, & dignissimo.

Michael Sebastian. S. E. F.

ORTVNAM fore parem operæ, studio, curæ, labori; & vrii fortunam cedere Virtuti; & munera etiam grauissima in republica, oneri non solũ, sed summo quoq; honori, & gloriæ dulci, sempiternæ, ac præstantissimæ semper esse cuiq; optimo; Vicecancellari Illustrissime, vos estis, eritisque huiusce rei exmplum perpetuum, altissimo in loco constitutum, vel a longe prospiciendum, æmulandumque magni

gni orbis theatro vniuerso, maxime, studiosæ iuuẽtuti. Vidimus siquidem vos vestra in Academia Valentina, quæ, quoddam quasi cœlum, & stellis fulgentissimis, & magnis luminaribus, corona inquam frequentissima virorum acutissimorum, sapientissimorumq, longe, lateq; collucet, humanioribus in primis, politioribus, & elegantioribus in litteris: a quibus vel artes, vel scientiæ, vel sapientiæ omnes: & sine quibus langueſcit, eneruata, inersq, & elinguis, ac in obscuro manet omnis, si vlla, destituta his præsidijs est possibilis multarum, & altissimarum rerum, vel summa cognitio. Illa nobis dedit geminos illos Ioannes, & Viues, & Nunnesios, duo, mundo vniuerso clarissima lumina. Quippe qui, in omni scientiarum genere fuerint sapientissimi non modo sibi ipsis: sed omnibus hominibus: qui, sapientiam quam perpetuo studio, & labore improbo, summam parauerunt sibi cum tradiderunt Regibus, tum nulli inuiderunt: qui Aristotelis institutum professi, Doctores egerunt vere maximos; non tantum multam scientiã, & sapientiam; sed Methodicas doctrinas, in quibus summi fuerunt, vt omnium maxime necessarias, Principibus, & Regibus dignissimas, potissimum, relinquere curauerunt, nobis magistras. Ille, de tradendis disciplinis vtilissimos; hic de Vsu Logicæ, (in qua longe omnium eruditissimus) libros vere aureos reliquit scriptos, Logicæ Aristoteleæ, ac veræ illustrandæ, ac perdiscendæ, & scientiarum omnium

studiosis

ſtudioſis ſic vtiles, ſic fere neceſſarios; vt ſol iſte cœleſtis, cum conſeruationi, tum generationi earum rerum, quæ naturaliter fiunt. Sed proh dolor & authorem, & libros amiſſimus: & authorem & libros deſideramus: & quos ſummi Reges deſiderent digniſſimos: nulli enim huius argumenti libri poterunt vnquam horum deſiderium, iam affectis extinguere, temperare, lenire: hos author reliquit ſuo cum corpore ſub modio, ſub lapide mortuos, poſitos, & obliuioni perpetuæ ſepultos: ſi vos, quorum apud Reges ſumma eſt authoritas non ad vitam, non ad lucem reuocaueritis: non ſuper candelabrum, non ſuper columnam altiſſimam poſueritis. Ab his accenſa, florentiſſimis noſtris in Academijs in Cæſarauguſtana, in Valentina, in Barchinonenſi tot, tantaq. lumina: quibus nunc Complutenſis, & Salmaticenſis humanioribus in literis maxime illuſtrantur, ab his etiam acceperunt, & habent nunc mutuata. Ab his habet ortum, & maximam (vt ingenue ipſe fatetur) ſummæ ſuæ claritatis partem, Sol ille nitidiſſimus, D.D. Galceran Albanell, albore morum ſuorum qui niueo, & ſplendidiſſimo, pulcherrimæ, ac prę clariſsimæ virtutis cādore, & ſingularis doctrinæ ſplendore fulgentiſsimo vel abſens, vel remotiſsimus, in ſe vnum conuertit, ad ſe vnum prorſus traxit, cum animo Regia pru-

¶ den-

dentiſsima lumina, ſcriptus in albo, probatiſsimus illis, & præoptandus delectu ſapientiſsimo vnus ex multis accitus, adhibitus, & præpoſitus, eo informando, illuſtrando, & accẽdendo ſoli omnium Altiſsimo: qui, e cœlo nobis eſt miſſus terreſtrium luminum & Dux, & Princeps, & Moderator. Vidimus inquam vos, in celeberrima veſtra illa Academia Valentina, apud Laurentium Palmyrenum, noſtram gloriam, eloquentiæ Romanæ Doctorem diligentiſsimum, omnibus condiſcipulis ſtudioſiſsimis pares non modo; ſed ſuperiores etiam in multis. Vidimus, & ſub Ioãne Calcillione magni nominis Philoſopho ingreſſos Philoſophiæ curriculũ, in limine ſtatim, Logicarum inſtitutionũ, ingenij acumen tantum, tam firmum, tam conſtans, ſcindenſq. omnia, & penetrans obtuliſſe; vt, nos omnes cæteros, ipſumq; Doctorem, in veſtri & admirationẽ, & amorem pertraheretis, & æmulationem: ſed neminem haberetis inſecutorem. Feraciſsimo nam ingenio, cultura nũquã deerat, & operoſa, & diligẽtiſsima. Primos hinc vos, (memoria teneo) dux noſter, & magiſter in certaminibus, in cõgreſsionibus illis omnibus annis illa in Academia bene morata, optimiſq. legibus conſtituta, in cõmuni theatro publicis, duello primo, & in Logicis catehgorijs, vos inquã obiecit, oppoſuitq. primos: qui, aut exciperetis, aut propulſaretis aduer-

riorum

fariorum tela amentata velitibus: nos spectatores tã tum: vos aduersariorum irruentium impetũ omnem sustinuistis, manũ veteranorũ confregistis, & frequẽtissimam, & fortissimã, firmissimumq. fuistis nobis, & munitissimum, cũ propugnaculum, tum præsidiũ: & corona decoris, & gloriæ benemerito de nobis magistro. Hinc (ad posterioritatẽ excitandam liceat per vos dicere) ex Logicis his, ac Dialecticis studijs, & in Logica vigilijs, cõcertationibus, & dimicationibus, ex Logicæ (quæ vna modus sciendi vere est scientijs omnibus) & Rhetoricæ multo, longoq. vsu, reliqua omnia, ipsa per se vobis conglobata aduenisse: tantos vos progessus in iurisprudentia fecisse. Sunt qui, ad ius vel Canonicũ, vel Ciuile studia sua, seq. conuertentes cum Rhetoricas, tum Logicas negligant institutiones: Philosophiæ, qua mores conformari putantur, haud velint vel nomen agnoscere. Vos autem, curriculum peregistis & secundæ, & Primæ Philosophiæ. Hinc inquam vobis, in legũ studijs, & doctrinis æmulata omnibus excellentia. Vidimus enim vos ex Academijs vix eggressos, & nouimus in Valentino foro magnos patronos, vestraq. opera vsi sumus: etiam si ad vos accessus esset non modo difficillimus; sed arduus: hominem occidisset opus erat; qui vestra opera vellet vti. Cliẽtes namq; vobis contentione magna, & iam quasi gladiatoria

dimicatione se se committebant viri omnes & magni, & nobiles, & sanguine illustrissimi, & Heroes. Sed priuatis statim erepti fuistis causis, ad publicas vocati, ad curiam, ad Regias etiam, atque etiam, & Regis vrgente præcepto, ad iudicia publica, ad iudicandas iam causas tum Criminales, tum Ciuiles. Consultor, & Assessor adhibitus fuisti cum Valentinę ciuitatis Gubernaculum tenenti, tum vniuersæ Familiæ a Montesa militum, tum Senatui grauissimo Inquisitionis sacrosanctæ. Clauero, viro integerrimo, & Consiliario Regio destinato ad inquirendum in Catalaunios, & Regios Iudices, & summæ Reipublicæ Magistratus, (subierant enim magnam inuidiam, eorumq. iudicia, & officia vocata fûerunt in infamiam) duorum, vnus socius, & adiutor consiliorum ex decreto Regio, perpetuus adhæsisti. Quando etiam a Fisco Regio ad Honoratum Figuerolam in ius educti Diputationis Valentinæ Magistratus, eorumque familiares, causam quemque suam dicere coacti, se se debuerunt purgare, & rationem reddere officij, & muneris; causas Regij Fisci omnes tu egisti diligentissime, integerrime, religiosissime. Fisco deinde Regio Ciuitatis, & Regni Valentini, & etiam supremi Iudicij Coronæ Aragonum Regio etiam Fisco es datus Actor, Quæsitor, & vindex delictorum, in quæ ex

humana

humana fragilitate, pertimeſcendum, ſummæ Reipublicæ etiam Magiſtratus poſſe olim labi, aut in ius, & infamiam, per nimiam inuidiam, gloriæ veræ, perpetuo inſidiantem vocari: breuiſsimo tempore, ſeptennio, omnibus his officijs exactis, & egregie illis perfunctus, onera grauiſsima robore tanto, & firmitate ſuſtinuiſti adeo cõſtanti; tam multas, tã graues, tam dignas perſonas publicas, tã religioſa peregiſti integritate; vt, ſolitos, communes, & legitimos ſolum reddi honores; vt magna tantum, atque egregia reddi ornamenta; perparum: promeritis in rempublicam præſtantiſsimis, & tam præclaris non integre, non cumulate ſatisfieri; ratum: extraordinarij, & nouis legibus, ſed iuſtiſsimis præſcripti, & quam ampliſsimi, ac glorioſiſsimi, vt decernerentur, vt redderentur, & deferrerentur; fuerit conſtitutum: altiſsimo, ſapientiſsimoq. Auguſtiſsimi Regis noſtri Philippi III. ſecreto Conſilio, e Publicarum cauſarum Actore Regio, e inferiori, e, tertio ſaltem loco (quod per-rarum) nec multis canis, nec toga, ſed prudentia ſenili, & iam confirmata, annos antegreſſa candidatus, ad Præturam es aſſumptus omnium digniſsimam, omnium ampliſsimam; ad multorum, maximorumq. regnorum, Aragonum Coronæ florentiſsimæ, excelſam, ac ſupremam Cancellariam. Vicecancellarius es ab ipſo

Rege consultissime renũciatus: & qui vespere reddebant tibi, ipsi a te mane cum expectabant, tum desiderabant, tum exigebant & disertissima responsa, & optima singularis sapientiæ consilia, & exactissimæ æquitatis integerrima, & sanctissima iudicia: præes iam cũ sapientissimis, tũ consultissimis: præis inquam, amplissimorum regnorum, nostræ Coronæ Aragonum ornatissimæ, Prætoribus permultis, & permagnis, iuris Ciuilis, & cõmunissimi custodibus diligentissimis. Decretus es omnibus, ac præfectus, & Vicecancellarius, & forma, & Canon iuris præstantissimi: tũ congratulationibus sunt iam omnia plena, & omnium hominum ora, & plateę, & ecclesię, & templa, & populi, & ciuitates, & Regna, tandem & montana nostra Procancellari Amplissime. Tanti consilij, decretum Regium insperatum multis, nobis multo ante, spectatis laboribus perpetuis a te exantlatis pręuisum, & certissimum, non potuit nobis tuis, non summo fuisse gaudio. Quippe cum, gloria vnius deriuetur, & cõmunis fiat cum magistro, tum omnibus condiscipulis vel ignauis, vel inertissimis. Quorum e numero nouissimi nos, cum Pastores inter versaremur, videremusque eos a Pecuarijs tractari iniquius: Pecuarios illis, magno cum detrimento propriæ salutis, in re familiari, damna inferre & magna, & grauissima, ob vnam ciuilis, &

socialis

ſocialis iuris nimiam ignorantiã, agendarum cauſarũ vel expertes, cõmunem omnium, Pecuariorũ maxime, (pro quorũ ſalute in primis laboramus) ſuſcepimus cauſam religionis officio. Inquirimus non quidem in Pecuarios: ſed hunc in contractũ vulgo Medium-lucrũ. Nihilominus tamen ſubiuimus, tantam hoc vno multorũ inuidiam, & in rerũ tantam perturbationem, & deſperationẽ deuenimus: vt nec hominem inuenire ſperaremus, Paſtores etiã ſuſcepturũ: ſed, nec iudicem. Tanta vero in deſperatione, illuxit nobis vel in montibus, tuus his dies, nobis æque ac tuis lætiſſimus, & de reſtituta iam ſpe congratulamur vehementer nobis ipſis: & Paſtoribus etiam vos natos, & datos, cum a noſtro Luca Dionyſio Gamir viro, rebus omnibus, quæ in optimo quoque poſſunt deſiderari ornatiſſimo, apud Nuntiũ Apoſtolicum, Fiſci Aragonum, patrono diligentiſſimo, omnibus gratioſiſsimis, & tibi gratiſsimo, nuntiatum nobis fuerit magnum hoc gaudium; cum innata nobis erubeſcentia, ad veſtrum contendimus, & ad veſtrum conſcendimus ſacrum, & in noſtræ gratulationis argumentũm, & teſtimonium, offerimus hos panes vel ſubcinericios: quos tantũ, nimia, rerum noſtrarũ difficultas, nobis Paſtoribus nouiſſimis deſertis in montibus, & eremis interioribus degentibus, reliquit. Suſceptos, (vt ſperare poſſumus

possumus de vestra comitate) nec propter horridam nostram humilitatem despectos, Prætor maxime, in montibus, in syluis, in fontibus, vestrarum laudum, stylo vel humili, sublimiori denegato huic nostræ infimæ, & deterioris fortunæ conditioni, nos totos habebitis perpetuos cum præcones, tũ buccinatores: nostris communibus libris salicibus, pinis, quercubus, lapidibus, petris, silicibus sculptum commendabimus, & ipsa adseruabunt perpetum nomen vestrum glorioſiſſimum.

AD OMNES SVMMÆ RERVM PRÆFECTOS, ECCLESIARVM PONTIFICES: rerum publicarum Magistratus, Vigilantissimos Pastores.

ACROAMA MAXIME AVSCVLtandum, & validissimum.

EN. EN.
Summi Pastores, vigilantissimi Episcopi, & Speculatores.
EN.

MAGNVM, nouum, inauditum, ignotum, veteranum, antiquissimũ, vestris in caulis, in ouilibus, in tabernaculis, in plateis, in Ecclesijs, & templis frequentissimum, magna (Deus fecerit ne sit) vestrarum ouium iam ædita strage: & nunquam prohibitum, repleto ventre de ouibus vestris: saturatum filijs insolẽtissimum, reliquias suas iam dimittentẽ paruulis suis: En, En ô vos omnes & secundarij, & Primarij cum speculatores, tum pastores, En, ego omnium nouissimus, Magnum, & veteranum lupum, ouina sub pelle, ouibus vestris, & vobis ipsis amicum, domesticũ, familiarissimum, diurnas, nocturnas, perpetuasque parantem vobis insidias, diu iam desæuientem (quingentos forsitan annos) & grassantem cum in oues, tum ypimenes, & inferiores vobis pastores; En, En, magnũ lupũ, defero ad vos, Pastores: & si ouina sub pelle, & me, & acroamati meo, vocique auditote: hoc vnũ à me accipite: hoc vnum a me

quæso velitis; persuasum esse vobis: etiãsi ouina sub pelle videtis illũ versari, familiarissima consuetudine, vestras inter oues, interq. vos ipsos: & vestræ gratia, vestriq. ipsorũ copiã illi multã feciſtis, illũq. in sinu vestro fouetis: quasi ouẽ mansuetissimam, & vobis amicissimã: & apud vos creuit, cum paruulis, pueruliſq. vestris: qui, illã, & nunc, quasi tenerrimã agniculam, brachijs amplexantur strictissimis, admouentq. & apprimunt cũ pectori, tum labris, & ori, & osculantur: tamen, insidiatur perpetuo, omnibus illis, vobisq. ipsis. Etiamsi, & pellẽ, & speciem ouinã obijcit, offertq. primã vestris oculis; intus abscondit lupinã: lupus lupus quidem est intus: ouis, ouis, iam video, videtur vobis: sed (sic à me habetote) ficta est ouis: seruat enim intus propriã naturam: est iã veteranus: est omniũ callidissimus: parat se, hac fictione, ad rapacitatẽ, ad rapinam, ad prædam multo maiorem: lupus lupus est intus, ouis etiamsi appareat foris. Viginti, & tres iã annos perpetuos, & totos iugiter, insteanterq. clamo, inclamoq. ad vos dominici gregis pastores: monitos vos esse cupiens tam doloſæ, tãtæq. fictionis, tanti, tamq. veterani, & versuti insidiatoris, tanti denique furũ principis, vaferrimi istius lupi, & callidissimi latronis: qui insidiatur nostris rebus, domibus, ouibus, animabusq. nostris. Viginti, & tres iam annos, magnis, personantibusque vocibus, obstrepentibus potius vociferationibus tantis clamo, inclamoq. ad vos: vestras verius omnium aures obtũdo: & vallium ima, & altissimorũ montiũ culmina concutio, contundo: tetra luporũ antra penetro, vt fauces sint mihi iam rauciſsimæ: & nunquam adhuc potui; ad vestras peruenire, vestras permeare, vestraſq. penetrare aures: nunquã sensi; me sentiri, audiri à vobis. Vocibus sum vsus, & vociferationibus, nobis pastoribus degentibus in montibus, in syluis, in nemoribus, in eremis, in desertis remotissimis, in imis vallibus, in fluminũ petris, & ripis, in cauernis, in saltibus, in speluncis, vocibus inquam communi-

bus;

bus; & frequentissimis: solitis tandem non solum: sed vociferationibus sum vsus insolentissimis, quæ, & ad vos, & ad aures vestras potuerunt peruenire. Tandem, expertus, me à vobis nunquam audiri; coarctor iam, cogor, & constringor & dominico præcepto, & comminata morte, cum, me vnum de nouissimus, speculatorem constitueritis super oues vestras, & è specula viderim; hunc, vobis ouem, meas vestrasque oues rapere, deuorare, in easque desæuire, & grassari: deprehenderimq. rapacissimum, & ingentem facientem prædam: & ad spectaculum, & testimonium alios, atq. alios adhibuerim; tarditatem, difficultatem, & obtussionem expertus vestrarum aurium, dominico præcepto grauissimo adstringor, iam insonare buccina. Ne sanguinem mearum, vestrarumque ouium, aut de mea, aut vestra manu aliquando requirat noster Archipimē, superque nos Pastor. Cogor iam, non tantum solitis inclamare vocibus, & vociferationibus: sed collectis viribus, intentisque omnibus neruis, & nouo reassumpto spiritu, cōpellor iā, nouum genus vociferandi quærere; & insolentissimum: vt, sui insolentia soni, vestras omnium aures, ad me àudiendum, auscultandumque intentissime, conuertat, porsus pertrahat: nouum iam acroama, & inauditum proferre: & eorum, qui, opressi, Magistratuū soliti sunt implorare opem, multis clamoribus, à vi, à vi vociferantes horum inquam more, nec in vrbibus insolito, sed frequentissimo rapior in medium forum, maximi Pōtifices, & summæ reipublicæ Magistratus ad vestrum sacrum, ad vestra tribunalia, & iudicia prorsus trahor: & vestrā omnium, pro ouium nostrarum salute opē imploro; cōtra truculētū hunc lupum rapacissimum, cōtra hunc cōtractum vulgo medium lucrum; mihi vero, & alijs, integrum furtum: contra hunc insidiatorē, contra hunc latronem, latronem. Sanguinem eius peto: qui ouium vestrarum largissimum effudit sangui

nem. Viginti & tres iam annos, noctes totas multas excubo: vt, ex specula, insidias eius, possim prospicere, & conspicere: multos iã annos eum obseruo: & alios, vt obseruent, intentissimos speculatores etiam adhibeo: testes oculatissimos promitto: in præda etiam, atque etiã illũ deprehendimus: ne, homines, deciperemur: explorauimus etiam sæpissime: furem in multis, & latronem experti sumus in aperto, in luce clarissima, in meridiano die: apprehendimus eum, & ouina pelle nobis relicta, sperauit & nos, & alios posse effugere: posse, nos illudere sperauit, elabiq. nostris manibus. Vt, si, nõ iã nos, alios dein tamẽ posset inuadere, & oues, alias, atque alias rapere impune. Sed, apprehẽsum semel tenuimus, tenuimus: & singulari quodam D. Opt. Max. beneficio contigisse videtur; vt furum hic princeps, in vestram Pontifices, & Magistratus, in vestram Primarij speculatores, & Pastores, in vestram potestatem veniret. Ouina iam pelle exutum, omni eius detecta fictione tradimus vobis eũ, nostris his scriptis apodicticis. Sunt quidẽ lupi: qui & intus, & foris: in hos, nos oues incidere; nostra est culpa: cum, vel à longe cognitis illis, sola fuga, salui esse possimus: ad hos fugiendos, non nobis necessariæ omnino speculatorũ, & pastorum nobis præpositorũ cohortationes, admonitiones: nec vllæ ad eos cognoscendos: otiosa iam videretur esse; nedum omnis, de illis cauendis admonitio. At, sunt lupi absconditi, & ficti, oues: qui tãtum ouinam cũ obijciunt, tũ offerunt & pellem, & speciem. Ab his incautæ oues omnes capiuntur aliquãdo, & frequentissime, & ipsi infirmi, paruuliq. Pastores, dantur in deuorationem, his lupis: hos enim, nunquam lupos cognouerunt: nunquam, illos timere; ab vllo didicerunt. Archipimenes vero, & pastoribus præfecti Pastores, & Præpositi Episcopi, ac speculatores: nec si, lupi veniant, versentur, & degant ouina sub pelle, possunt; si non totas noctes stertant; ab illis eludi: debent illos crisi adhibita prudentissima, & perspicacissimo prudẽ

tiæ

tiæ oculo ſtatim, introſpicere, dignoſcereq. vt vt viderint venientes, vel à longe: & hos non ſtatim prodere, nõ minari illis, non magnis vocibus illos terrere, baculo non arcere: incautas oues, & nouiſsimos Paſtores, de horum fictione non monere: in hos lupos, & oues omnes, & multos incidere paſtores; Archipimenon tantum, maxima culpa eſt. De manu eorũ, ſanguinem ouium, requiret Dominus. Ad hos quidem fugiendos, ad hos etiam cognoſcendos & voces, & admonitiones, & cohortationes, & colluſtrationes ſuperiorũ luminũ neceſſariæ omnino ſunt. Paſtorem igitur admonentem ſuas oues, paſtorem infirmum, Præfectorum implorantem opem, ad arcendos lupos à ſuis ouibus; implorantem inquam opem, quam magnis poteſt & vocibus, & vociferationibus: vel etiam inſonantem buccina: quis iniquo animo feret? quis reprehendendum, prohibendũ, arcendumq; putet? Cum, Paſtor ſuper omnes, buccina inſonare præcipiat? cum dominus paſtorem, mercenariorum more aut fugientem, aut buccina nõ ſonantem capitis condemnet? Quis audeat dicere; has ſecundarij infimiſsimiq. paſtoris voces magnas, & vociferationes, & buccinæ inſonationes auſcultatorias non eſſe? Primarios paſtores, poſſe impune illas negligere? illas arrectis, intentiſsimiſq. auribus non expectare? promptiſsimis non excipere? eoſq; ipſos, perceptis iam vocibus puerorum, in tabernaculis ſuis altiſsimos, non ſtatim intonare? non etiam ex eminentiſsima ſpecula, inde vocem ſuam magnam dare? ſua ſecũ non omnia inclinare? non deſcendere diligentiſsimos, opem laturos præſentiſsimam, & firmiſsimam, ſuis cum paruulis paſtoribus, tum ouibus? Quis etiam addat? hos paſtores clamantes, à præfectis increpandos, & cum contumelia repellendos? Repulſam, & repulſas, viginti iam annos, & multas & cum contumelia, ſuſtinui: ſemper inauditus. Nihilo tamen fractior, multis, multorum, cum virorum oculis, additis, & adhibitis, ac etiam teſtimonijs, tum ſcriptorum accitis

linguis, inque totus conuersus & linguas, & buccinas, quam possum sonantissimas. Vos his etiam, atque etiã appello, oro, & quantũ possum obsecro cũ viri omnes doctissimi, ac sapientissimi: ad quos, nostra hæc acroamatica, & apodictica peruenerint: tum oẽs gregi dominico præfecti Pastores, quibus precibus mihi licet à vobis hoc vnum contendo, vt permultis, intẽtissimisq. oculis, summa cura, maximo studio, vigilijs frequentissimis, ac perpetuis diurnis, nocturnis etiã excubijs, hũc obseruetis rapacissimum lupum: hunc iniquissimũ contractum, vulgo medium lucrũ. Id enim de eo vobis promitto, ac polliceor vel tertias, vel secunda, vel prima etiã vigilia, lectis inquam, aut trib. aut duobus, & lecta pagina etiam apodicticorũ nostrorũ prima, in præda, & deprædantem deprehendetis illũ: expertus loquor; illum exploraui quam multis experimentis: & lupum semper sum expertus: obsecro vos, vt hinc inde, & lupum, & magnum, & rapacissimum agnoscatis, & curam ineatis maximã de cauendo illo, & arcendo ab ouibus vestris: quarum vita, quarum salus, non minori curæ debet esse nobis, quam, cuique sua: & tandem nobiscum omnes conclametis lupum, lupum: vt, ex, omnium, multis magnis, vna permagna cõflata coalescat buccina: qua, cõspirantes, cõsonantesq. omnes, sono insolentissimo, cũ illũ perterrefactum detrudamus perpetuum in antrum suum teterrimum: tum ad præfectorum nobis Pastorum aures, tãta insolẽtia soni, possimus pertingere. Et vos tãdẽ apello, obsecro, obtestorq. summi Pastores, vt vestras omnium integerrimas, tereteſq. aures intẽtas, patientissimasq. velitis accomodare, & exhibere ad tẽpus saltẽ perbreue his acroamatis, nostrãq. velitis audire vocẽ magnã. Quid nostrã? (si, quẽ deferimus, lupus est) vocẽ verius sanguinis vestrarũ ouiũ. Quid uium? ouium simul, & pastorũ nouissimorum, Quid nouissimorum? guinis potius Archipimenos; & Principis pastorum: qui, de cælo scẽdit quærere hãc vnã ouẽ: qui, animã suã, totũq. sanguinẽ posuit,

profuditque

profuditque largissimum pro nobis suis ouibus. Acroama est, vox est eius qui dicit: Viuo ego, quia, pro eo, quod facti sunt greges mei in rapinam, & oues meæ in deuorationem omnium bestiarum agri; eo, quod, non esset Pastor. Neque enim, quæsierunt pastores mei gregē meum, ego ipse super Pastores, requiram gregem meum de manu eorum: cessare faciam eos. Pro anima res est; Summi Pastores: sanguinem petit: parum est: acroama hoc non auscultandum multum: Aristotelicum tantum vere acroama apellandum: est quidem reconditum; deq. rebus abditissimis abstrusisq. illi vacuas seruemus: agite; ne velimus; nouo hoc, nostras implere aures: acroama est Pastoris: Ezechielis est acroama: qui, non, vt, Aristoteles, philosophus: sed, Pastor fuit totus: adferet nobis nihil vrbanum, nihil cultum: sed agreste, impexumque totum. Sodes si demus: negabis Propheticum? Quæ mea sunt, fateor summi Pastores, quæ mea sunt; fateor esse omnino inculta: nec à me potestis vel exigere, vel exspectare aut cultissima, aut cultiora, vel culta. In acroamatis iis, quæ ornamento tantum possunt esse vestris Ecclesijs; in his, culturam poteritis requirere diligentissimam, vrbanosq. tantum, & politioris linguæ excipere oratores. In his vero, quæ necessaria sunt: quæue aut neglecta: aut dilata nec diu, sui absentia, perniciem afferunt vestris ouibus, Ecclesijs, vobis, omnibusque minantur & intentant pestem, exitium, mortem; in his veritatē tantū, & de ouibus, ac lupis vaxime vel à Pastoribus delatam; hanc vnam, veritatem inquam, vel adumbratam, solum spectate: & quando duo, aut tres conuenientes, viginti iam tres annos, lupum, lupū conclamant; habetote sic; hunc non longe abesse à lupo. Nec, quidem in his, quæ in malis numeranda, expectanda veritas omnino aperta, & manifestata: ne prius intercipiamur, obruamur, opprimamur, affligamurque ipsis malis: sed mali vel vm- nouissi

bra

bra perterreri,& angi,de illo cauendo,curis;prudentis eſt conſilij:& timor omnis,mali cuiuſuis,ſua eſt laude dignus: ſaltem nunquam reprehenſionẽ,à ſapientibus,poteſt ſubire;ſed eorũ ſummã potius gratiã inire.Hoc itaque pulſus,ſauciuſque veſtrum ſacrum cogor adire: & hunc lupũ ad vos deferre:& lupum eſſe,vt & vos, ipſi, per vos ipſos,veſtriſq; oculis explorare,expeririq; velitis;à vobis,etiam atq; etiam,& omni,& qua poſſum,& qua,mihi per vos licet obteſtatione,ne dimicatione dicam;contendere.Veſtro tamen omnium iudicio ſapientiſſimo,integra omnia relinquo,& committo examinanda, & excutienda ſeueriſsime. Diſperſi ſunt,in hac die nubis,& caliginis,multis in locis,dominici greges,veſtræq. oues: antequam veniat Archipimen noſter,omnium paſtor; congregaturus ipſe; quæritote, quæritote gregem domini;veſtriſq. iudcijs,& ſententijs,virga & baculo conſolamini,& ducitote oues veſtras per ſemitas iuſtitiæ rectas:& ſingularis veſtræ ſapientiæ,& prudentiæ,& doctrinæ fulgentiſsimo,vehementiſsimoq. ſplendore caliginem excutite denſiſsimam,omneſq. fugate & nubes,& ignorantiæ tenebras:faſcem fauſtiſsimam accendite his, qui, ambulant in tenebris,& in medio vmbræ mortis ſedent:quod nunquam habuerunt;qui ſibi mutuarent lumen: & vtinam declarare,& pronuntiare poſſitis: (quod deſpero) nos puſillos trepidaſſe: vbi nullus erat timor.Hoc,quidem, Maximi Pontifices,& Magiſtratus ſummæ reipublicæ,& vos Chriſti ouibus,& nobis paſtoribus nouiſsimis, cum omnium veſtrum perpetua,& noſtrum omnium integra ſalute, annos præeſſe quam multos,hæc inquam,in primis,ac potius,& vobis optamus,& nobis: quam,vt, appareat; ad vos, nos, vera detuliſſe.

ACRO-

ACROAMATICA ET APODICTICA ACCVSATIO,

In societatem vulgo Medium-lucrum.

PROOEMIVM.

QVÆ, in socidam inquirentibus, nec quæsita sese nobis obtulerunt incõmoda, eaque cum permulta, tũ grauissima, tum Christianæ Reipublicæ intollerabilia, eadem quidem nos adegerunt, & vehementius, ad inquirendũ diligentissime, seueriſſime etiam in eam, quam mercatores (væ illis, ni excusantur ignorantia) auctoribus in primis Syluestro, & Caietano societatem amplectãtur:

ex qua, ponenti tantum operam, nullum capitale cõcedunt: sed etiam quum tanti est opera, quanti pecunia, reddunt tantum Medium-lucrum: & quærendum, & præscribendum (si id nobis possibile) quod sit in societate æquissimum. Cum vero sentiremus nobis opus esse & ducem, & auctorem, & quæreremus; casu quidem, & in primo iam principio arridente nobis fortuna incidimus; quin potius Numine adflante Diuino, in Iustiniani illius sacratissimi Principis Institutiones fuimus prorsus adtracti: & Iustinianum Imperatorem iustitiæ, & æquitatis inquirendæ impense studiosissimũ (quem potius?) prælegimus ducem. Qui vnus, cæterorũ omnium, de societate, scriptorum totum desiderium potest prorsus extinguere & nobis, & cuiuis vel sapientissimo: quique vnus canon esse potest (est que sane) & securissima, & rectissima summæ, præstantissimi iuris, regula. Præuio tanto duce, deuenimus tandem ad Codicem Diggestorum, & ad eas, quæ æquissimi, & communissimi Iuris Consultissimis, pro socio, probatissimę fuerunt de societate instituenda leges. Hinc consulto, ac etiam consultissimo, & absque vlla iam hæsitatione, substernemus quasi firmissima nostrorum fundamenta: quæ ille in Institutionibus; quæ etiam Veteres, & probatissimi Iurisconsulti de contractu societatis præscripserunt.

A B C D

Iusti-

Iustinianus Institutionũ lib. III.

Titulus XXVI.

De societate.

Adnota, Id lucrum dici, quod omni damno deducto supereſt.

A

B Societatem coïre ſolemus, aut totorũ bonorum; quam Græci ſpecialiter *Koinopraxian*, appellant: aut vnius alicuius negotiationis; veluti mancipiorũ vendendorum, emendorumque, aut olei, aut vini, aut frumenti emendi, vendendique. Et, quidem, ſi nihil de partibus lucri, & damni nominatim conuenerit; æquales ſcilicet partes & in lucro, & in damno C ſpectantur. Quod ſi expreſſæ fuerint partes; hæ ſeruari debent. Nec enim vnquam dubium fuit, quin valeat conuentio, ſi duo interſe pacti ſunt, vt ad vnũ quidem duæ partes & lucri, & damni pertineant, ad alium tertia. DE ILLA ſane conuentione quæſitum eſt; ſi Titius, & Seius inter ſe pacti ſunt, vt ad Titium D lucri duæ partes pertineant, damni tertia: ad Seium duæ partes damni, lucri tertia: an rata debeat haberi conuentio? Quintus Mutius contra naturam ſocietatis talem pactionem eſſe exiſtimauit: & ob id non

esse ratam habendam. Seruius Sulpitius (cuius sententia præualuit) contra sensit: quia sæpe quorundam ita pretiosa est opera in societate; vt eos iustum sit conditione meliore in societatem admitti. Nam A
& ita coiri posse societatem non dubitatur; vt alter pecuniam conferat, alter non conferat, & tamen lucrum inter eos commune sit: quia sæpe opera alicuius pro pecunia valet. ET adeo, contra Quinti Mutij sententiam obtinuit, vt illud quoque constiterit, POSSE conuenire; vt quis lucri partem ferat, de damno non teneatur. quod & ipsum Seruius conue- B
nienter sibi fieri existimauit. QVOD tamen ita intelligi oportet, vt si in alia re lucrum, in alia damnū illatum sit, compensatione facta, solū, quod supereſt intelligatur lucro esse.

HÆC Iustinianus hausit ex vetusto Digestorum C
Codice libro 17. tit. pro socio. l. 29. Vnde est quoque necessum eam subiungere.

VIpianus Lex XXIX.

SI non fuerint partes societatis adiectæ: æquas eas D
esse constat. Si vero placuerit, vt quis duas partes, vel tres habeat, alius vnam; an valeat? Et placet valere: si modo aliquid plus contulerit societati vel pecuniæ,

pecuniæ, vel operæ, vel cuiuſcunque alterius rei. ITA COIRI ſocietatem poſſe, vt nullam partem damni alter ſentiat, lucrum vero cõmune ſit, Caſſius
A putat: quod ita demum valebit, vt & Sabinus ſcribit, SI TANTI SIT OPERA, QVANTI DAMNVM EST. Plerumque enim tanta eſt induſtria ſocij, vt plus ſocietati conferat, quam pecunia: ideſt ſi ſolus nauiget, ſolus peregrinetur, pericula ſubeat ſolus.

B ARISTO refert, Caſſium reſpondiſſe ſocietatem talem coïri non poſſe, vt alter lucrum tantum, alter damnum ſentiret: & hanc ſocietatem LEONINAM ſolitum appellare: & nos conſentimus talem ſocietatem nullam eſſe: vt alter lucrum ſentiret, alter vero nullum lucrum; ſed damnum ſentiret. Iniquiſſi-
C mum enim genus ſocietatis eſt: ex qua, quis damnũ, non etiam lucrum exſpectet.

Textus vtriuſque in vnum conſpiratio.

D PER Iſodynamiam in vnum, & idem, hi duo textus hunc in modum contrahuntur.

Vlpianus. } Si non fuerint partes ſocietatis adiectæ: æquas eas eſſe conſtat.

Iuſtinia. } Et quidem, ſi nihil de partibus lucri & da-

damni conuenerit; æquales scilicet partes & inlucro & in damno spectantur.

Vlpianus. Si vero placuerit, vt quis duas partes, vel tres habeat, alius vnam: an valeat? Et placet valere. A

2

Iustinia. Quod si expressæ fuerint: partes hæ seruari debent.

Nec enim dubium vnquam fuit, quin valeat conuentio: si duo interse pacti sunt; vt ad vnum quidem duæ partes & lucri, & damni pertineant: ad alium tertia. B

Vlpianus. Ita corî societatem posse, vt nullam partem DAMNI alter sentiat; lucrum vero commune sit, Cassius putat: SI TANTI

3

SIT OPERA, quanti DAMNVM est.

Iustinia. Et adeo contra Quinti Mutij sententiam obtinuit; vt Illud quoque constiterit; C posse conuenire; vt quis lucri partem ferat: de DAMNO non teneatur.

His aliam addit Iustinianus dicens. DE ILLA sane conuentione quæsitum est; si Titius, & Seius interse pacti sint; vt ad Titium lucri duæ partes pertineant; DAMNI, tertia: ad D Seium duæ partes DAMNI, lucri tertia.

Textuum

Textuum Technologia comprehenſione perbreui explicata.

A

DVplicem primum facit Iuſtinianus ſocietatem: Vnam totorum bonorum: Alteram vnius alicuius negotiationis. Hanc, illa prætermiſſa, ſubdiuidit in eam:in qua, Nihil de partibus lucri & damni
B nominatim conuenit: & eam: in qua expreſſæ ſunt partes.Hanc vnam,in tres aut ſpecies, aut formas, aut diffentias iterum partitur.Et primum Vlpianum imitatus,& interpretatus duas proponit regulas:deinceps,ſocietatis tres vel ſpecies, vel differentias.

PRIMA REGVLARVM Si non fuerint partes Regula-
C ſocietatis adiectæ, id eſt ſi nihil de partibus lucri,& rum.
damni conuenerit; æquas eas eſſe conſtat; æquales 1
ſcilicet partes & in lucro & indamno ſpectantur.

SECVNDA. Si vero placuerit, vt quis duas vel 2
tres partes habeat, alius vnam: an valeat? Et placet valere:hoc eſt,ſi vero adiectæ fuerint partes ſocieta-
D tis, aut lucri, & damni,fuerint expreſſæ; partes hæ ſeruari debent.

Societatis vterque tres adfert ſpecies:in duabus conueniunt: præter has, quiſque adfert vnam:quam alter

alter prætermittit. Hinc factum; vt ambo societatis, quatuor species tradiderint.

Quatuor differentiæ societatis.

Leonina societas. 1

VNVS Vlpianus, admonet de societate illa. Ex qua, alter lucrum tantum, alter damnum sentit. Et vt Glossographi interpretantur; illa ex qua alter solus, totum deglutit lucrum: & nihil sentit damni: alter solus subit totum damnum, & nullam sortitur partem lucri. Hanc LEONINAM appellauit Cassius: & Vlpianus suadet fugiendam, addita illa ratione. Iniquissimum enim genus societatis est: ex qua quis damnum, non etiam lucrum exspectet: & e contra, ex qua, quis lucrum exspectet & damnum refugiat.

2

SECVNDA, ad quam, duo interse pacti sunt; vt ad vnum duæ partes, aut tres & lucri, & damni pertinēt, ad alterum tertia, vel tantum vna. Hanc & Vlpianus, & Iustinianus adferunt. De hac inquit Iustinianus, quin valeat conuentio dubium nunquam fuit. De hac Vlpianus ait: Et placet valere adiecta conditione. Si modo inquit aliquid plus contulerit socie-

ſocietati, vel pecuniæ, vel operæ, vel cuiuſcunque alterius rei.

TERTIA ex qua pacti ſunt, vt ad vnum lucri duæ partes pertineant, DAMNI tertia; ad alterum duæ partes DAMNI, lucri tertia. 3

Hanc tradit vnus Iuſtinianus, & DE EA fatetur, quæſitum fuiſſe, & Quintum Mutium aſſeueraſſe, cõtra naturam ſocietatis talem pactionem eſſe, & ob id non eſſe ratam habendam: Seruium Sulpitium contra ſenſiſſe: & eius ſententiam præualuiſſe.

B QVARTA ſocietas ad cuius præſcriptum; vnus lucri partem poteſt referre: & damni nullam partem ſentire. 4

AMBO & Vlpianus, & Iuſtinianus præſcribunt hanc ſocietatem, & iudicant ratam habendam. Vlpianus, auctores laudat Caſſium, & Sabinum IuriſconC ſultos: Iuſtinianus, Seruium Sulpitium.

Vterque, vt hanc ſocietatem demonſtret habendam ratam, ijſdem vtitur medijs, & argumentis. Conſtituunt primum, vt verba illorum aperte perſonant, has tertiã, & quartã ſocietates eſſe inter eos: quorũ alter confert tantum pecuniam, alter tantum operã.

D Hinc, Iuſtinianus. Nam & ita coïri poſſe ſocietatem non dubitatur; vt alter pecuniam conferat, alter non conferat; & tamen lucrum inter eos cõmune ſit: quia ſæpe opera alicuius pro pecunia valet: & ſæpe

quorundam ita pretiosa est opera in societate ; vt eos iustum sit conditione meliore in societatem admitti. Idest, quia sæpe quorundam tanti pretij, tantæ æstimationis, tanti valoris est opera in societate ; vt A iustum sit eos meliori vti conditione : vt æquum sit collatorem, ita pretiosæ operæ lucri duas, partes posse expetere: damni suscipere tertiam: pecuniæ vero collatorem subire duas partes damni : lucri tertiã tantum exspectare. Nec id tantum : sed vt sit etiam æquissimum, vt, qui confert operam pretiosissimam, B lucri partem ferat, de damno non teneatur: qui confert pecuniam sentiat totum damnum: & lucri sit particeps. Ex ijsdem Vlpianus, auctoribus Cassio, & Sabino. Cum dixisset, si vero placuerit, vt quis duas partes, vel tres habeat, alius vnam; an valeat? & placet valere: si modo plus contulerit societati vel C operæ, subdit & ait : SI TANTI SIT OPERA, QVANTI DAMNVM EST. Ita potest coiri societas; vt, qui illam operam confert, damni nullam partem sentiat, lucri vero partem ferat : & reddens rationem inquit. Plerumque enim tanta est industria socij; vt plus societati conferat, quam pecunia: id est si solus nauiget, solus peregrinetur, pericula subeat D solus.

IVSTINIANVS in calce, ac tandem adhibet admonitionem illam, QVOD tamen ita intelligi oportet;

tet; vt si in alia re lucrum, in alia damnum illatum sit; compensatione facta, solum, quod supereſt, intelligatur lucro esse. Id obseruat Iustinianus, vt manifeſte, quid, vel quod in negotio lucrum sit deprehendatur: ne lucrum existimetur: quod vere non sit lucrum. Vnde, ne ad huius rei omnimodam, absolutamque explicationem quicquam desideretur: subijciemus de hac etiam legem.

Paulus Lex XXX.

Lib. 6. ad Sabinum

MVTIVS libro 14. scribit, NON posse societatem coiri, vt aliam damni, aliam lucri partem socius ferat. Seruius in notis Mutij ait non posse ita societatem contrahi. Neque enim lucrum potest intelligi, non omni damno deducto: neque damnum, nisi omni lucro deducto. Sed potest societas coïri ita, vt eius lucri, quod reliquum in societate sit omni damno deducto, pars alia feratur: & eius damni, quod similiter relinquatur, pars alia capiatur.

Cumulemus iam tandem sexta lege illa superiora, de ea etiam monebimus aliquando.

cc ſatio, in vulgo Pomponius Lex. VI.

SI ſocietatem mecũ coieris ea conditione, vt par
es ſocietatis conſtitueres: ad boni viri arbitrium A
ea res redigenda eſt. Et conueniens eſt viri boni arbitrio; vt non vtique ex æquis partibus ſocij ſimus: veluti ſi alter plus operæ, & induſtriæ, alter plus pecuniæ in ſocietatem collaturus ſit.

Harum omnium legum maiorem explicationem, & vberiorem, nec non gloſſas inſigniores iuriſconſultorum aliquando, infra ſubijciemus. Nunc primũ, B
quæ noſtri ſunt inſtituti, & propoſita maxime, in primiſque nobis exponere oportet: vt ſcopum quo omnia dirigimus, poſſis lector tenere a primo principio: & quæ afferemus, multo, facilius percipere.

C

Auctoris Inſtitutum.

PROPOSITA nobis eſt in primis acroamatica, & apodictica accuſatio, in eam vnam ſocietatem: ex qua alter confert tantum pecuniam, alter tantum operam: ita, vt qui confert pecuniam in omni euen- D
tu primus, primum, & ante omnia finito negotio deducat totam, quam poſuit: aut tantam quantam poſuit: ſi in negotio, vel ſocietate repererit tantam: ſin minus,

minus,totam,eius partem:quam repererit saluam:qui vero apponit tantum operam,etiamsi tanti sit opera,quanti pecunia ; ante lucri diuisionem nihil possit
A deducere:sed solum Medium-lucrum,possit exspectare,& referre tandem: si in societate repertum fuerit lucrum: alioquin nihil possit reportare. Lucrum vero sit,illud totum:quod, ab alio tanta, quantam posuit,pecunia deducta,factum fuerit reliquum.

De vna hac societate quærimus: in hanc vnam toti
B inuehimur acrius,& vehementius: hanc vnam accusamus,& deferimus ad omnia tribunalia cum Ecclesiastica,tum Secularia. Est enim hæc societas iniquissima, & vere Leonina vt demonstrabimus : & pestis animarum,ac ruina:& si ad rem pertinet,tinea,labes, pernicies totius rei familiaris cũ priuatæ,tũ publicæ.

C Vt hanc accusationem recte adhibeamus, & absoluamus,& muneri nostro satisfaciamus; adferemus in primis, de hac societate communes existimationes:quæque alij de hac scripserunt:Deinde illius reprehensionem analyticam,& apodicticam aggrediemur,ad euersionem machinis omnibus re adhibitis, nec cuniculis quidem.Hæc in prima parte. Tum in
D secunda Regulam proferemus instituendis societatibus rectissimam, & certissimam , & quinque genera suprema , aut capita , ad quæ possint reuocari omnes societates etiam constituemus. Porro in ter-

tia,

tia,faciemus iudicium de superioribus omnibus & textibus,& regulis,& societatibus, & earum antiquorum, legibus, nec non apponemus insigniores glossas:& nostram adhibebimus nonnunquam, & feremus,ac pronuntiabimus sententiam. Præterea in quarta a societate separabimus Pactionem: & quæ Pactionis sunt propria, & ad Pactionem non iniustã necessaria, explicabimus, & præscribemus. Tandem in quinta parte, societati,& Pactioni adijciemus Assecurationem.His quinq; libris cõtinetur nostra hęc tota disputatio. In qua propositanobis in primis. S. D. O. M.summa gloria.Michaeli Archangelo,super omnes animas suscipiendas Principi a Deo constituto,per quam humilis subministratio: animarum & cura & salus:& rerũ priuatarũ, nec non publicarũ cautio. Vnde in,hanc tantum societatẽ,accusationẽ intendimus:non in eius auctores:quorum dignitatẽ obseruamus:quorum reueremur religionem: quorũ in Deum, eiusque ecclesiam veneramur pietatem: quorum tandem sanctitatem deosculamur. Nec pertingeremus ad nomina: quæ colimus summa obseruantia,& reuerentia horremus:nec ad eorum sententiã,& verba improbanda descenderemus,si aliter veritatem eruere e tenebris, & constituere in propatulo,& in locum eius altissimum restituere daretur.

Auctores huius societatis, in quam inquirimus sunt

sunt Syluester,& Caietanus. Nam etiam si alij illis superiores eandem tenuerint:hi duo sunt qui posteriori seculo summa sua auctoritate, & splendore singularis doctrinæ illustrissimo,inuexere in totum mundum:& ita persuaserunt nostris hominibus, vt dissuadere sit iam non hominis:sit potius aut Dei, aut alicuius Angeli, a Deo missi, videatur esse vnius Archangeli Michaelis: qui solitus est bella gerere pro gloria Dei.Huic nos administri,cum viris vel sapientissimis congredi cogimur:& eorum de societate integra scripta proferre,exponere etiam , & singula verba examinare,expendereque, & iterum, atque iterum ponere in trutina:vt,quid quodque habeat veritatis manifestum fiat omnibus: & suo quisque sensu excipiat.

SLVESTER, *verb.soc.*1. *nu.*20.Vicessimo inquit quæritur quomodo societas sit diuidenda, si nihil conuentum est expresse, vel tacite: quia nulla est consuetudo de hoc? Et dicit Bald. *in dicta l. j. pro socio,*& Angel.vbi supra.Quod si alter centum, & alter operas posuit,& de lucro habent ducenta; QVI centum posuit primo extrahet sua cētum, & reliqua ducenta omnes,diuident interse: ita tamen, quod, qui plus contulerit pecuniæ:operæ,vel industriæ,arbitrio scilicet boni viri,plus habeat de lucro, *l.si non fuerint,&* l.*Qui enim.ff.pro socio.*NEC EST VERVM: quod

quod quidam dicunt, eum, qui posuit operam, prius debere extrahere alia centum pro opera sua. Cum hoc nullo iure caueatur Diuino, Canonico, vel Ciuili. QVIA OPERA hominis, nihil aliud est, quam officium diuirum, *l.j. ff. de ope. lib.* imo OPERA hominis dicitur FRVCTVS hominis esse, *l. iiij. & seq. ff. de ope. seruorum.* VNDE, qui ponit operas tantum, nihil ponit consistens in capitali, vel sorte: sed solum fructum, aut vsumfructum suæ personæ: qui correspondet fructui, aut commoditati illorum centum. Pro quo facit *dicta l. cum duobus. §. si in coëunda. ff. pro socio.* Et sic intellige illud: Quod sæpe opera alicuius pro pecunia valet. *vt Institut. de soc §. ij.* ideſt, commoditate, & vsufructu, seu interusurio pecuniæ. Adde, quod si ponens operam deberet & ipse extrahere ante lucri diuisionem alia centum, is, qui ponit pecuniam nihil lucraretur, nisi lucrum esset vltra centum, pro centenario: quod scilicet rarissime accidit: sed pœne semper perderet de sorte licet reuera aliquod lucrum adesset. Hęc Syluester. A B C

CAIETANVS in summa verb. Soc. insistens Syluest. vestigijs ait: ET QVONIAM in huiusce modi societatibus frequenter contingit diuersarum rationum conuenire socios, (dum vnus ponit pecuniam, & alius operam, & industriam) nec par est vtriusque periculum; ideo nota, & aduerte diligenter: quod D

socie-

ſocietas huiuſmodi ex ſua natura hoc habet: Quod ponens pecuniam, ſubſtet duplici periculo: ſcilicet perditionis pecuniæ, & perditionis negotiatorij vſus eiuſdem pecuniæ. Qui vero ponit induſtriam, ſeu
A operas ſuas, ſubſtet vni tantum periculo: ſcilicet perdendi vſum induſtriæ, ſeu operarum ſuarum. Quod, vt melius intelligas; conſidera triplicem euentum ſocietatis. Aut enim in fine inuenitur lucrum; aut ſine lucro capitale tantum: aut damnum capitalis in toto, vel in parte. Et, ſi, quidem inuenitur damnum ca-
B pitalis in toto, vel in parte; ſentiet quicquid damni eſt dominus pecuniæ: qui ILLAM poſuit. Si vero capitale tantum inuenitur; ſaluum erit DOMINO eius: qui ILLVD poſuit. Nam ex eo, quod poſuit pecuniam ſuam in ſocietatem; non deſinit eſſe illius dominus. Si autem lucrum inuenitur, reddetur AN-
C TE omnia CAPITALE DOMINO, & diuidetur deinde lucrum æquis portionibus SVPPOSITO quod pecunia poſita in ſocietate, & induſtria æquiualeant. Et omnium horum vna eſt ratio. Quia ſcilicet, qui poſuit pecuniam ſubſtat duplici periculo ſcilicet perdendi ſubſtantiam pecuniæ, & perdendi
D negotiationis vſum, tenendo ſcilicet vane tanto tempore ſuam pecuniam occupatam tali negotio. Ex hoc enim fit, vt iuſtitia exigente ei capitale ſaluum ſit, ſi ſaluatur in toto, vel in parte CVI deperdere-

Expoſitio ſentẽtiæ.

Confirmatio.

tur; si periret. PONENS autem industriam, vel operas, QVIA solum potest deperdere vsum industriæ, vel operæ suæ (scilicet in vanum laborando) A IDEO nihil de CAPITALI SALVO ei debetur. SVBSTANTIA namque operarum suarum non ex negotiatione, sed ex necessitate materiæ perit. QVIA scilicet est res SVCCESSIVA IN MOTV consistens. SI ENIM res PERMANTES essent, EI ESSENT SALVÆ. Hactenus Caietanus. B

LVDOVICVS Molina *tom. 2. disput. 415. concl. 1.* palam opponitur Syluestro, & Caietano, ait enim: Quando operæ, industria, vsus nauigij, aut alterius rei: quæ vnus sociorum apponit æquales sunt in valore cum capitale; quod alter apponit licitus est contractus: quod tam lucrum, quam capitale diuidenda sint æqualiter inter vtrumque socium iuxta opinionem: quam Caiet. 2. 2. *q.* 78. *art.* 2. *ad.* 5. est sequutus. IMMO vero, pactum tunc, quod solum lucrum diuidendum æqualiter sit inter socios, & capitale ad eum integrum pertineat; qui, illud apposuit; est iniquum, cum onere restituendi dimidium capitalis. Hanc eandem amplectuntur Conr. *de cõtrac. q.* 94. *corola.* 3. *Maior in* 4. *distinct.* 15. *q.* 47. *Couar. lib.* 3. *variar. resol. cap.* 2. *n.* 2. C D

LEONARDVS Lessius *de Iustit. & iure, lib.* 2. *cap.* 25. *de contract. societatis dubit.* 2. *n.* 8. inquit Molinam sequutus. Secundo, Vt is, qui operas confert, admittatur,

tur, vt verus socius, & solum sit particeps lucri secun
dum æstimationem operarum: quasi tantum pecuniæ
in societatem contulisset, quanti valent operæ: vt
A si conferas 1000. aureos, & opera socij æstimetur
100. aureis: sitque particeps lucri quasi contulisset
solum 100. aureos. Hic contractus, etsi a quibusdam
DD. probari videatur est tamen OMNINO INI-
QVVS. Ratio est; quia socius, id quod confert, certo
amittit (perit enim opera illius,) tu vero quod con-
B fers non amittis: sed manet tibi saluum: vnde est dis-
par conditio sociorum: quod repugnat contractui
societatis: nisi aliunde fiat compensatio. Deinde hoc
pacto socius, qui confert operam, nunquam aliquid
lucrabitur, sed certo semper amittet; nisi lucrum sit
vltra 1100. aureorum: quod vix vnquã cõtinget. Cũ
enim solum vndecima pars lucri ei sit assignata nisi
C hæc excedat 100. aureos, quibus opera eius æstima-
batur; nihil habebit supra id, quod contulit. Si autem
vndecima pars lucri sit infra 100. aureos; necessario
amittet vt patet. Itaq; talis societas fere est LEONI
NA: in qua alter sociorum solum habet damnum, al-
D ter solum lucrum; *de qua vide. d. l. si non fuerint. 29. §. fi. ff. pro socio.*

Idem *num. 9.* Tertio, Vt is, qui operas confert, non solum sit particeps lucri, sed etiã sortis, secundũ æstimationẽ operarũ: ita, vt negotijs peractis, ex tota

summa: quæ ex lucro, & sorte conflata erit, tantum extrehat; quantum si loco operarum pecuniam æqui A
ualentem contulisset: vt si tu conferas 1000. aureos, socius vero operam valentem 100. aureis: & lucrum sit 500. aureorum; socius extrahet vndecimam partem non solum e lucro sed etiam ex sorte, id est ex 1000. & 500. aureis. Vnde ille habebit 136. aureos, & vnam tertiam: tu vero habebis reliquas decē partes.
Hic contractus est iustus. Probatur; quia, qui confert B
operas non minus debet esse particeps tum lucri, tum sortis; quam qui ponit tantumdem pecuniæ. Nō enim ipsi soli opera perire debet; cū non minus conferat ad negotiationem, quam is, qui contulit tantundem pecuniæ: atqui is, qui in casu proposito con
tulit 100. aureos extrahit vndecimam partem non so C
lum lucri: sed etiam sortis: ergo etiam is qui contulit operam eiusdem æstimationis. Itaque in hoc contractu opera socij æstimanda est pecunia, eaque æstimatio sorti addenda, vt fiat vna sors communis. v. g. 1100. aureorum: in qua socius habeat partem vnde- D
cimam, perinde ac si tantundem pecunię contulisset. Vnde postea in diuisione competit ei vndecima pars sortis, & lucri, seu totius summæ. Si opera ipsius valebat quanti sors alterius; debetur ei dimidium totius summæ: si erat æqualis tertiæ, quartæ, quintæ, vel sextæ parti pecuniæ; debetur ei tertia, quarta, quinta, vel

ta, vel sexta pars totius summæ: quæ reperitur finitis negotijs. Iuxta hunc modum intelligo, quæ habet Couarruuias *lib. 3. var. cap. 2. & Nauar. cap. 17. nume.*
A 251. etsi non satis clare explicent, an socius operam cōferens, debeat esse solum particeps lucri, an etiam sortis. Hæc Less.

COVARRVVIAS *lib. 3. var. Resolui. cap. 2. concl.* 1. in varias fertur partes. Ait enim. Iure, & ratione so cietatis potest quis dare licite propriam pecuniam
B mercatori hac conditione, & pacto, vt pecuniam accipiens mercatoriam artem exerceat laborē, & indu striam subiturus: LVCRVM vero, ex ea adquisitum, simul & DAMNVM sequutum communia sint vtriusque: Text. optimus. *l. soc. ff. pro socio, & in §. De illa. Instit. de soc. &c.*

C Quod autem diximus de DAMNO, ita accipiendum est; vt intelligamus. CONTINGENTE in ipsis mercibus, & in ipso negotiationis exercitio: NON autem de periculo pecuniæ in societatem istam collatæ. Nam id, ad eum, qui eam contulit pertinet. Licet possit aliud in pactum, & conuentionem æquissime deduci. CONTINGIT siquidem, indu-
D striam, & diligentiam illius, qui artem negotiatoriā exercet non esse æqualem pretio: & æstimatione ipsi pecuniæ ab altero in societatem collatæ. Et ideo oportet ad æquum rem ipsam deducere: ac non tantum

tum mercatorem ipsum lucri, quod supereſt deductis damnis partem dimidiam consequi: sed & si quid de sorte, & pecunia ab altero collata perierit, pro parte dimidia, socio resarcire. Vt tandem, sicut propter eius industriam mercator dignus non erat dimidia lucri parte, in compensationis vicum eam sit habiturus, & damni dimidiam partem soluat: fortuna sortē ipsam inuasa. Quod est hac in re maxime obseruandū, ad intellectū, *gl. l. primā. C. pro socio, &c.* SED si industria alterius, sit æqualis pecuniæ ab altero in societatē collatę, proculdubio ad iustam societatē, LVCRVM deductis expensis, & rebus deperditis COMMVNE erit. DAMNVM vero contingens in PECVNIA ad eum, qui eam contulit spectet. Siquidem & itidem qui industriam diligenter adhibuit: operam tunc is, deperddierit. *Glos. insignis, in l. si nō fuerint, verb. solus. ff. pro socio.* Quam DD. probant, & sequuntur.

IMMO hoc in casu, cum industria, & opera vnius ex socijs, æquiualet pecuniæ ab altero in societatem cōstitutæ: & finita societate, NVLLVM LVCRVM superſit: nec quicquam aliud, præter pecuniæ quantitatē ab altero collatā, ILLA est vtriq; socio COMMVNIS. Ea ratione: quod operā, & industriam sorti æquiualentē alter perdidit: absq; eius culpa. Alioqui sequeretur, alterum ex duobus socijs, paria in eam societatem deducentibus, totum id, quod cōtulit in com-

commuem vtilitatem amittere, alterum vero saluum consequi. Hoc vero refragatur societatis legibus. *l si id quod. in principio, & §. item Celsus. l. cum duobus. §. quidam sagariam. ff. pro socio. l. tertia, tit. eo. par. 5.*
A & expresse adnotauit gloss. *in l. prima. C. pro socio. Bald. in l. cum patruus, &c.* Sed tamen id plurimbus displicet: & ideo, vt & hoc obiter adnotemus; sententia glos. procedit: vbi apparet pecuniæ periculum, esse vtrique socio commune. Nam alioqui, si id exspectet, ad eum, qui pecuniã contulit, vel ex pacto, vel ex iu-
B re non erit pecunia cõmunis: nec eius aliqua pars, ad alterũ, qui operam, & industriam subit, pertinebit: vt explicat Ioan. Lup. *in dicto cap. per vestr. 6. notab. §. 12. numer. 9. post Angel. in tractatu de duob. fratrib. quæst. 15.* Nihilominus glossę opinio admittenda erit vbi opera, & industria alterius esset æqualis non tantũ vsui
C ipsius pecuniæ: sed etiam ipsimet pecuniæ: sicuti tradit Petrus Petusinus *in dicta 4. par. 2. colum. & demũ quæst. 2.* Qui eleganter docet iudicis, & prudentis, ac periti hac in re arbitrio committendum iudiciũ, de pecuniæ, & operarum, atque industriæ valore, æstimatione, & compensatione. Idem tenet Socinus hãc
D quæstionem discutiens *consil. 265. lib. 2. col. 4. textus in specie in l. j. proposita ff. pro socio.*

Eadẽ, quę hi auctores scripserũt, & reliquerũt nobis, integra oratione afferimus, & pręponimus nris.

scriptis,

scriptis, cum, ne quis valeat, nos accusare calumniæ, dicereue, falsa imponere viris sapientissimis, nec eorum mentem fuisse assequutos: quando ab illis discedere opus erit. Tum, vt, nostræ, & eorum sententiæ A contentione e loco propinquiore spectata alta cum oculorum, tum mentis intentione, & facere, & ferre iudicium possit, quæ tutior, quæ verior, duarum quæ erunt aliquando oppositæ, nec in paucis, nec raro.

Illud primum miror Molinam, & Lessium, vtrumque quæsiuisse a Couarruuia suæ sententiæ patroci- B nium: cum perparum Couarruuiæ sententia, a Caietani & Syluestri doctrina distet. Prima enim concl. aperte loquitur Couarr. ac dicit pecuniam ad eum tantum pertinere qui eam contulit: & totum etiam damnum in pecunia contingens. Solum DAMNVM in mercibus ipsis, & in ipso exercitio negotiationis C contingens esse COMMVNE, & LVCRVM ex pecunia adquisitum. Hæc duo tantum expresse docet posse esse communia: & horum tantum duorum, medium ad collatorem operæ posse pertinere: idque quando tanti est opera, quanti pecunia. Deinceps enim media conclusione statim subijcit, ita posse con- D uenire: vt qui ponit tantum operam, teneatur si pecunia perierit, persoluere socio deperditæ pecuniæ dimidium: quando opera est minoris, quam pecunia.

cunia. Quoniam æquum inquit est, vt qui conferens operam non æquiualentem pecuniæ, in casibus lu-
A cri, medium refert lucrum: si pecunia perierit; dimidiam partem soluat conferenti pecuniam, & id vt cumulata compensatio fiat. Extrema conclusione, ita est, dicit, si industria æqualis fuerit pecuniæ, LVCRVM erit commune: DAMNVN vero in pecunia contingens haud erit commune: sed ad eum qui pecuniam contulit spectabit. Immo si opera æqualis in valore fuerit pecuniæ, & finita societate NVL-
B LVM LVCRM superfit, pecunia illa est vtrique socio communis. Aperta est conditio; si nullum lucrum superfit; pecunia est communis: si aliquod lucrum superfit; lucrum tantum, vt prima conclusione est commune: pecunia vero non est communis. Hæc aperte adeo Couarruuias, vt nihil salua illius mente videa-
C tur præterea ex eius verbis posse colligi. Idem quod Caietanus, Quod Sylvester Couarruuias, solũ, lucrũ, & solum Damnum quæ contingunt in ipsis mercibus, & in ipso negotiationis exercitio communiter esse communia: haud vero pecuniam, & DAMNVM in ipsa pecunia contingens. DAMNVM pecuniæ,
D esse commune ponenti operam, solum, quando opera, non æquiualet pecuniæ; pecuniam ipsam etiam esse communem, vbi tanti est opera, quanti pecunia: & solum quando finita societate nullum su-

D pereſt

pereſt lucrum, nec quicquam aliud præter pecuniæ quantitatem, ab altero collatam. Tantum hæc duo A
poſteriora Couarruuias, & ſub conditione pręterea: quę Caietanus: nec vnquam in ſequentibus mutat in meliorem ſententiam. Habes iam circa propoſitam, nobis improbandam ſocietatem, communes exiſtimationes. Iniquiſſimam affirmant eſſe & demonſtāt Leſſius, & Molina: ratam habendam contendunt Sylueſter & Caietanus: & perſuaſerunt vniuerſi orbis B
mercatoribus, & fere omnibus hominibus etiam ſapientiſſimis; vt videantur obtinuiſſe; contra omnem iuſtitiam, omnem æquitatem, omnem veritatem: iuſtitiæ tamen, æquitatis, & veritatis ſtudioſiſſimi. Hauentes quidem inducere veritatem, eamque ardendentes vehementius, errauerunt & quam longiſſime C
ab ipſius ſcopo veritatis. O genus hominum mortale, lucis vſura priuatum, dum corporis detinetur in tetro carcere. Ergaſtulis corporis coërciti occulatiſſimi fere in omnibus, hac vna in re oculis capti, nedū per repagulum, aliquā potuerunt aſſequi veritatis lucem. Sed degentes in tenebris, tranſuerſum adacti, D
hominum homines frequentiſſimam turbam pertraxerunt in caueam; in erroris foueam altiſſimam: e qua ni illuminentur duci eſt iam impoſſibile: & impietatis culpam non poterit non ſubire: qui ſortitus huius veritatis lumen, maius quam hactenus alij, &

clariſſi-

clarissimum, potentissimum excutere, & fugare omnes tenebras, & asserere degentes in tenebris, in vsuram amplissimam clarissimæ lucis, absconderet sub modio. Hominis quidem id esset, (si homo fecisset) qui exuisset omnem humanitatem. Habet iam Dei Ecclesia duas illas faces & Molinam, & Lessium maximo lumine accensas: quæ vel conniuentibus oculis intromittunt, quod satis est lumen. Habet: Videmus tamen te Etiam sapientissime, gaudere tuis tenebris: & deceptum, in medijs illis quasi in clarissima luce, & dum aura spirat dulcis, & gratissima: & nollentē volentē versari lætissimum, sedes in vmbra mortis, & sedentes multos detines, & nec vides, nec sentis. En igitur, a nobis obscurissimis, en igitur e silice, duro ferro, improbo inquam labore, & diutino, diurno & nocturno, attrito, accensum splendidissimum lumen: cuius si volueris partem, vel paruam excipere, fugabis procul a te huius ignorantiæ, qua laboras, maximas tenebras, & ipse tibimet, & tuis, animæ salutem restitues.

Elenchus vere analyticus, vere apodicticus sententiæ Caietani, & Syluestri.

A

SYLVESTER, & Caietanus primum principium suæ doctrinæ ponunt illud. 1 Operam non valere pro ipsa pecunia, sed tantum pro vsu, aut interusurio, aut vsufructu, aut negotiatorio vsu ipsius pecuniæ: quia opera non est quid vel permanens, vel consistens. Ideoque asseuerant; eum, qui tantum operam confert, nullam apponere pecuniam: nedum quicquam quod possit aut permanere, aut consistere. Huic addunt secūdum principium, quod ex superiori colligunt. 2 Alterum socium solum vere conferre pecuniam. 3 Tertiū prēterea adijciunt. Operam non esse capitale: nullam ex opera posse oriri, aut nasci pecuniam: nullum de opera posse prouenire lucrum: sed solam pecuniam posse esse capitale in negotio: & de tantum pecunia in manu mercatoris posita posse exspectari aliam pecuniam: quę lucro sit, aut lucrum. Hinc colligunt, hinc efficiunt duo illa: hinc, vt ipsi loquuntur, inferunt duas illas conclusiones, & vt arbitrantur necessarias, aut per necessariam connexionem. Pecuniam illam prępositam, quam

1 B

2 3 C

D

quam dicunt capitale, nunquam fieri, nec posse esse communem, nec ipsam, nedum damnũ, in eadem illa contingens: sed cum ipsam, tum DAMNVM in eadem ipsa, & totam, & totum pertinere: ad vnum eũ: qui illam contulit: collatorem operę, horum, nullam partem posse adtingere: sed tantum lucri hunc esse participem, & solum lucrum esse commune. Et lucrum esse, illud totum: quod pręter illam pecuniam, positam a principio, in societate, negotio finito reperitur. Hæc sunt propria, hi sunt termini, quibus Syluester, & Caietanus suam quam reprehendimus societatem circumscribunt, determinant, & definiũt, & vt videntur existimant se assecutos fuisse mentem Vlpiani, & Iustiniani, & eandẽ, quam illi supra, relatã nobis in quartam, *l. si non fuerint*, §. *Ita coïri*, & *Institu.* §. *& adeo*, prescripserunt; imitatos fuisse. & effinxisse, & reddidisse: Nihil tamen minus. Ideo Opponimus nostra, & quidem paria numero, nec non maxima contrarietate oppositа, & e diametro, vt dicunt. Opera sequidem valet pro tanta pecunia, quanta ipsa æstimatur: & qui ponit tantum operam: ponit vere etiam tantam pecuniã, quanta est illa: qua opera æstimatur; & apponit ad capitale quid permanens, & consistens. Nec alter solus, qui in primo principio contulit, ponit pecuniam. Opera, vel pretium operæ in negotio etiam est capitale: & potest parere pecuniam,

A B C D

1 2 3

cuniam, & pecuniam lucrari: aut saltem pecuniam ipsam obstetricari, vt pariat pecuniam. Hinc factum iam necessarium. Pecuniam totam, quantamcumq; A in societate negotio finito repertam, esse inter socios communem. Nec solum lucrum esse commune, sed & damnum in pecunia etiam contingens: id est quãdo quę reperitur finito negotio, nõ est tanta, quãta fuit: quæ posita a principio. Non tamẽ ita vt qui ponit operam, teneatur alteri, aliquã persoluere pe- B cuniam: sed quo modo infra explicabimus. DAMNVM quidem in ipso negotiationis exercitio, & IN MERCIBVS IPSIS contingens dedecet multum ad hæc referre, in hisùe adnumerare. Vnde Couarr. altissimam sapientiam demiror: qui in superioribus suis hæc ipsa adfert.

Et hęc vna societas, quã nos cõformamus est vera C & æquissima societas: & est eadem illa: quam Vlpianus, *l. si non fuerint. §. ita. & Iustinian. Instit. §. & adeo.* reliquerunt nobis descriptam: & est eadem cum illa: quam supra numerauimus quartam. Ex cuius præscripto, Sociorum vnus lucri partem potest referre: & DAMNI partem nullam suscipere. Hinc

Concl. proposita in hac disputatione,

SOCIETAS in qua alter pecuniam confert, al- D ter non confert: sed exhibet operam, quæ sit tanti, quanti pecunia: quã alter ponit; Ita potest, debet oriri, vt qui illam ponit operam, DAMNI con-

tin-

tingentis in pecunia alterius, nullam partem sentiat id est, quamuis pecunia aut pars, aut tota pereat, ita vt finito negotio, nulla, in societate reperiatur pe-
A cunia: nullam alteri pecuniam soluat: LVCRVM tamen COMMVNE SIT: communis etiam tota pecunia, quantacumque illa fuerit: quæ finito negotio in societate continget reperiri.

HANC vnam proponunt, describunt, & tradunt, scriptis suis: & legibus præpositis Vlpianus,
B Cassius, Sabinus, Seruius Sulpitius, & ab ipsis acceptam æquissimus, & Sacratissimus Imperator Iustinianus. Hanc nos vnā amplectimur, & suscipimus nouissime, demonstrandam æquissimam, ac iustissimam, & explicandam. Hanc etiam sibi (arbitror quidem) proposuerunt Syluester, & Caietanus. Suscepe-
C runt primam partem, constituunt, eum qui ponit operam, non teneri de damno pecuniæ alterius: nō teneri ei soluere aliquam pecuniā, vel si perierit, aut pars, aut tota: fatentur lucrum esse commune: omisserunt vero partem vltimam: totam etiā pecuniam, & pecuniæ summam in societate repertam esse cō-
D munem. Et hinc, statuerunt, priuatim pertinere ad vnum collatorem pecuniæ, totam illam quantitatē pecuniæ, quam ille posuit: & eandem quantitatem, quam contulit posse iuste ante omnia, ante lucri diuisionē deducere: & reliquū totum esse lucrū, quod

nun-

nunquam Vlpianus, nunquam Iustinianus: quod est iniquissimum, iniustissimum: & genus Leoninæ societatis crudelissimæ, plenæq; doli, fraudis, & spurcitiæ. Vsuram siquidem insolentissimam sub honestæ societatis pallio obtegit, absoluit, & perficit. Hinc quamuis patronos habeat Dynastas quamplurimos, vnus homullus hic, in hanc sententiā totus inuehitur, & omnia eius superiora fundamenta ab imis sedibus euellere profitetur, obtestatur, & protestatur: nec de sistere ab incepto, (etiamsi in terra degat æternum) nec spem ponit: quin breui perficiat, Numen si adsit Altissimum.

A

B

Operam in societate valere pro tanta pecunia, quanta ipsa æstimatur: & pecuniam etiam poni in societate, ab eo, qui tantum operam ponit; & pecuniam repertam in societate, totam esse inter socios communem, aperte Demonstratur.

C

QVONIAM permultum, hæc multa habent & difficultatis, & obscuritatis: vt nos ab his cum facilius, tum fœlicius possimus expedire, & explorare omnia: & latissime, apertissime etiam ea explicare, explanare, propalare præponenda, præmittenda nobis

D

nobis quædam, & præiacienda elementa, & principia, quasi fabricæ totius nostræ firmissima fundamenta: eaque primũ tibi lector proponimus typo, & rudi
A stilo: vt instillent, ingerantur etiam interiori menti, & citius, & facilius æquo animo & benigno sapientissime etiam, qui es alienus, vel a nobis, (oro, quęso) accipe.

PRIMVM, in mercatura, ad negotium quoduis gerendum duo cum primis sunt necessaria. Pecunia
B maxime: de qua possit negotiari, tradita in mercibus, aut numerata. Præterea ars, industria, cura, diligentia, Opera Mercatoris: qui agitatione perpetua pecuniam exerceat, nec patiatur illam vnquam otiosam. Opera vero hæc, ars, & industria sæpe pecunia æstimatur: pro pecunia venditur: pro pecunia locatur, nonnunquam pro parua; & pro magna aliquan-
C do: quod sit, (vt Iustinianus supra) pretiosissima. Vnde in omni negotio, præter illam pecuniam, vni negotiationi dicatam, & traditam, necessaria omnino est alia pecunia: ex, qua, ei, qui operas ponit & annona prouideatur, & merces cum promissa, tum debita persoluatur.

D DEINDE, potest quis, ipse per se, sua pecunia, suũ negotiũ totũ, remùe suã gerere: potest etiã & per ministrum conductũ, & per sociũ: possunt etiã & duo, & plures ad eamdem rem gerendam coîre, societatẽ.

E PE-

PETRVS hinc, (cogimur quidem descendere ad exempla: & vnũ ac idem ad finem vsque persequemur: quod cõmodius visum est) negotium aggressurus, ad quinquẽnium, ad quod gerendũ sint ei necessarij, primum, mille aurei in pecunia, ad negotiandum de illis: præterea; alij etiam mille aurei pro reddenda mercede operarijs conductis, præfinitis terminis, singulis aut diebus, aut annis. Potest quidem, (nulli dubium sit) ita conuenire, vt conductor, mercedem diurnam, singulis diebus extremis, conducto redditurus sit: etiam per quinquennium, vel aliud longius tempus: & in proposito exemplo, ad quinque annos, vndecim solidos, per singulos dies. Petrus inquam, ad hoc vnum negotium gerendum, bis mille aureos, cogitur conferre. Quibus positis, hic conductus, peractis sex mensibus iam habebit suos, centum aureos: primo extremo anno ducentos: quadringentos, axacto secundo: mille tandem, quinto extremo. Poterit præterea hic conductus, illam mercedem vel annuam, vel dimidiatam, vel quadrimensem, vel tandem diurnam 11. solidorum, vbi vbi eam a conductore acceperit, aliquo in negotio eamdem ponere, & de illa exspectare, & tandem quinto extremo, lucrum aliquod accipere, & permagnum.

HIS positis. Quinto extremo, anno, finito iam

iam negotio, mille & quingenti aurei reperiuntur.
A In hoc casu, certum est, damnum reperiri quingentorum aureorum: & singula milliaria, (cum vulgo loquamur) ducentos & quinquaginta, & singula centenaria, sui ipsorum, viginti aureos, & tantum, & totos perdidisse: & vni Petro, qui vnus totos bis mille posuit, totos quingentos perijsse. Repertis in negotio tantum bis mille; palam etiam est,
B in hoc euentu nullum reperiri lucrum: & Petrum, omnino nihil lucratum fuisse: nedum nummum. Quoniam toti bis mille, fuerunt a Petro in negotio positi: toti bis mille fuerunt capitale: toti bis mille primum fuerunt damno, ipsi Petro: &,
C quod, horum bis mille compensatione facta, & totis his bis mille primum deductis, & repetitis supereſt, (vt Iustiniani verbis, & vestigijs hæreamus) solum potest intelligi, Petro, lucro esse. Repertis tandem bis mille & quingentis; manifestum est; lucrum adesse, & lucro vero esse cum tantum, tum totos quingentos: & duorum mil-
D lia, qui fuerunt capitale, singulum milliare, ducentos & quinquaginta, & singula centenaria, tantum viginti quinque potuisse lucrari, ac tandem vnum Petrum, qui vnus posuit in negotio, totos illos bis mille aureos, illis totis ac simul, tantum quingentos alios, lucratum fuisse,

Hæc omnia sua luce relucent: & ea negare, esset negare solis in meridie clarissimum lumen.

SIT præterea constitutum, Petrum, aggresso negotio, ad illud gerendum præparasse totos hos bis A
mille aureos: & eos totos simul reposuisse in vna, eademque arca: semel mille, pro soluendo operarijs pretio operarum, per singulos dies, & per totos quinque annos, a principio destinatos. Ponamus etiam; ad hoc vnum negotium gerendum, conductum fuisse a Petro Ioannem mercatorem: qui ad totos hos quinque annos locauerit Petro, suam operam, pro merce B
de mille aureorum, reddenda vero, singulis diebus vespere, rata ad diem singulum pertinente: mercede inquam diurna vndecim solidorum, per dies singulos: quam eamdem, acceptam, singulis diebus Ioannes deponat in sua arca, ad id vnam parata, & obserata, adseruandam, ad vsque quintum annum extre- C
mum, & ipsum partitionis diem. Constituamus, Petrum iam tradidisse Ioanni, & negotiationi extractos de arca semel mille aureos negotiationi dicatos: reliquos mille, occlusisse in arca obserata, quam proponat, & promittat nunquam aperire, aduſq; etiam diem partitionis, extracturus tamen per rimulam, D
diebus singulis, vndecim solidos, mercedem diurnam: quam, vt est statutum, per totos singulos dies quinque annorum eduxerit Petrus de sua arca &

solue-

soluerit Ioanni: & Ioannes in sua arca deposuerit, vndecim solidos diebus singulis extremis. Demus tandē ad diem negotiationis, vltimū, eumque extremū
A iam peruenisse: appellemusque Petrū; Ioannem quoque appellemus. Adeste Petre, & tu quoque Ioannes adeste: arcas vobiscū vestras adsportate, arcas vestras proferte. Aperi tuam tu Petre: in qua mille aureos posueras destinatos, ad mercedē vndecim solilidorum diurnam pro opera, Ioanni soluendam, &
B persoluisti diebus singulis annorum quinque. Respondē, dicito nobis, tua in arca, quid vides? quid reperis? age, manum mitte in arcam, apprehende apprehende: de mille aureis tuis, quos illi credidisti, vel centum ad nos mitte. Ah, euanuerunt quidem: oculis nihil video: mitto manus, & quod manibus possim attrectare, & quod impleat eas nihil inuenio.
C Heu me, mille aureos reposui in hac arca, pro operibus operario, quem ad gerendū meum negotiū conduxi persoluendos, persuassus a vobis, o Syluester, o Caietane, ponentem tantū operam nihil subsistens ponere: pro quo deberetur, vel cui responderet pecunia: mille aureos posui in hac arca in pecunia nu-
D merata, & consistentes: quique apprehensi implebant manus: & ipsam nunquam aperui: nihil vnquā de ea extraxi, ni tantum, per quinque annorum singulos dies, vndecim solidos: diurnā mercedem redden-

dendam Ioanni mihi conducto : quam iam etiam reddidi : & nunc in arca nihil reperio : venite & vos Caietane, & Sylvester, & vestras manus etiam A mittite, palpate, & videte, si summa vestra sapientia forte poteritis perficere : vt quos ego non inuenio, queam reperire. Sed heu me frustra quæror : frustra iã ad vos meæ & voces, & cõpellationes fluunt; frustra cadunt lachrymæ: mille mihi exciderunt aurei & in pecunia, & permanentes, & quidem consistentes: mille aurei mihi carissimi abierunt, & recesse- B runt a me longissime, redituri nunquam, ah nunquam redituri. Ioannem aduocemus ; & interrogatum, respondentem exspectemus ; audiamusque. Accede Ioannes ad nos, & tu aperi coram, tuam arcam : quam pro reponenda diurna mercede vndecim solidorum præparasti, & cui commendasti C tuas operas ; vt eas adseruaret ; vt eas ad præstitutum, peracti negotij diem, permanentes, saluas, & integras restitueret. Quid a me petis, quod otiose petere sentire potes ? vt aperiam arcam quam posui vacuam: quam aperui nunquam: in quam præter meam diurnam operam, præter mercedem vndecim solidorum, singulis diebus, quinq; annorum a Petro acceptam missi nil. Quid vis sperem? cum ex senten D tia tum Caietani, tum Sylvestri operæ in motu consistentes fluant, transeant, abeant: aperire sine fructu

quidem

quidem erit,& otioſum. Sed quia contendis;accipe tu clauem,& aperi.Ego ni videro,ni mittens manus tetigero, eaſque adimpleuero non credam. Aperta
A eſt arca: accede mi Ioannes,accede, videbis, & affluues,& dilatabitur cor tuum: grandis tibi pecunia in arca:quam ſemper credidiſti vacuam: afferto manus,palpato,& uideto:quia res, quæ in motu conſiſtunt,quæ perpetuo fluunt,quę nec ſunt permanentes,nec conſiſtentes haud poſſunt contrectari manibus:haud poſſunt implere manus,haud habent quan
B titatem molis:vt videbis hæc habere: quæ habes in arca:extrahito extrahito,& pecuniam,quæ vere pecunia eſt,numerato.Credo iam: quia video: & quia fructu meo,& commodo expertus, aio, de tantum meis operibus, quas pro mille aureis locaui Petro,
C mille eſſe aureis plenã meam arcã: quam exiſtimabã vacuã:& expertis tantũ adhibendã fidẽ, detrahendãq; vel ſapientiſſimorum, (qui res,tantũ ſpeculantur,) cõmentis aſſeuero:affirmo etiã,& adteſtor,exceptione omni maius,eſſe prouerbiũ illud,Aurũ eſt, quod vẽditur auro: & Pecunia,q̃ pecunia ęſtimatur.
D CONFIRMATA iam per ſe hac veritate,valere inquam Operam,pro quanta pecunia,ipſa ęſtimatur. Petrus,qui,bis mille aureos vere poſuit, & tantũ mille nũc in negotio reperit:mille iã vere deperdit: Et, quos,pro ſoluendis operibus, deſtinatos reliquerat

in

in arca, hos eosdem numero perdidisse; est tã certũ; quã quod certissimũ: & hos eosdem tantum in primis, veriusque duplici substasse periculo; & periculũ subijsse: quod vbi supra negat Caietanus. Hi nimirũ mille, quos Petrus soluit Ioãni operario; quiq; fuerũt A
expensi, hi ex necessitate eiusdem negotiationis primũ consumuntur ipso vsu, & sunt damno conferenti. Ni hi expendantur, & consumantur omnino, & perierint secundũ totam suam substantiã, transierintq; in operarij, aut alterius, dominium: quasi effosa terra, B
vt consepulti iaceant, toti alij mille negotiationi dicati, & otio torpescant, rubigine corrodantur, & nihil lucrentur, est quidem necessarium. Hi igitur, qui sunt pretiũ operæ, hi inquam sunt: qui & primi, & necessario, & ex necessitate, aut vi ipsius negotiationis, secundum totam suam substantiam, & propietatem pereunt. Quoniam ipso vsu vere consumun- C
tur: & ipsi ijdem numero iam non possunt redire: & nisi alij pro ipsis, in lucro; ille, quei eo contulit, deperdit eos primus, in hac Caietani societate: eorũq; & negotiatorium vsum, & substantiam primus deperdit: & est necesse vt deperdat eos, & totos: antequam, qui posuit mille, de quibus negotiatur, de illis D
deperdat vel nummũ. Quoniam hic, auctore & patrono Caietano semper potest ante omnia deducere, & repetere totos suos mille: & si his deductis, ac

repeti-

repetitis,reliquum fuerit nil: qui posuit operas, aut
persoluit:deperdit totos suos mille: quos pro operi-
bus reddidit operarijs mercenarijs. Testis huius ve-
A ritatis suo damno expertus, est hoc inipso casu pro
posito Petrus:qui eosdem illos mille,quos p operi-
bus soluendis reliquit in arca,eductis,quos tradidit
negotiationi;illos dedit Ioanni, & illos ipse deper-
dit, & deplorat nunquam redituros:& deperdit eo-
rum non solum negotiatorium vsum:sed & substan-
B tiam, & propietatem totam perdidit:mille vero neg
otiationi traditos, hos,totidem potius saluos repe-
rit,& repetit; eorum tantum perdidit negotiatoriũ
vsum: sed nec substantiam,nec propietatem. Vnde
demonstrauimus iam, non esse veram obseruationẽ
illam Caietani. Collatorem pecuniæ magis substare
C duplici illi periculo,perditionis scilicet negotiatorij
vsus pecunię,& perditionis ipsiusmet pecuniæ. Vn-
de eodem etiam exemplo ostendimus, nec illud esse
verum.Qui tantum operam ponit,hunc,nullam rem
consistentem,nullam rem permanentem, nullam pe
cuniam ponere; ideoque vni tantum substare peri-
D culo,perdendi tantum vsum suæ operę,& industriæ,
in vanum laborando quæ affirmant & Syluester &
Caietanus.Duo igitur, vna experientia manet iam
improbata,& destructa,eorum, quæ quasi certissima
obtrudere fere omnibus hi grauissimi auctores, sum

ma sua, apud homines auctoritate. Qui non mirum si minus veri reperiantur: cum nunquam descenderint ad praxim, despexerint hæc humilia: petentes tantum, quæ alta. A

VT TANDEM omnia nobis proposita, omnibus clarissima reddãtur; effingamus, (& liceat nobis hæc coniungere) ex societate & operarum locatione, cuiusdam mixtæ societatis, contractum, & iuxta eandem superiorem regulam, exemplum idem persequamur. Petrus, ad hoc idem negotium, præparet B eosdem bis mille aureos: semel mille negotiationi dicatos: mille item reddendos pro operibus Ioanni mercatori conducto, & soluendos successiue, ac per partes: vndecim solidos per dies singulos: destinos adiecto tamen locationi illo pacto: vt, Ioannes admittatur ad societatẽ, in eodem illo negotio, collaturus C in eam, incipiens a primo die, & deinceps per dies singulos, eosdẽ illos vndecim solidos: quos ipse conductus vere a sui conductore accipiet; quos singulo die extremo, habebit iã vere lucratos, iã vere suos. Quin ita possit conuenire; non reperio: possunt quidem duo ita coire societatẽ: vt ad quintum extremũ D annum, æqualiter vterque per singulos dies cõferat tantũ vndecim solidos: nec secus ita poterit societas coiri: vt alter statim primo die, ponat simul totos suos: mille: alter vero per dictas partes, & successiue,

vnde-

vndecim solidos inquam per dies singulos, quinque annorum, suos mille. Qui tandē quinto extremo anno, & vltimo eius die, vespere, iā habebit vere in
A societate positos totos suos etiam mille: atque ita, quin hæc vera sit societas, nihil impedit. Quibus positis, & finito negotio, Repertis tantum bis mille aureis, nullum erit lucrum: quoniam deductis bis mille, qui toti fuerunt damno, & toti constituerunt: vnum totale capitale: nihil factum est reliquū: quod, possimus intelligere lucro esse. Nā Petrus mille posuit, &
B Petro dāno fuerunt mille: æque etiam mille posuit Ioannes, & Ioanni damno fuerūt mille. Præterea hi simul, hi otti bis mille, in vnum & idem negotium: in vnum aceruum, in vnum cumulum, in vnam tandem confusionem, Petri & Ioannis voluntate conuenerunt. Hinc facti sunt communes: & æquis portionibus diuidendi sunt: semel tantum mille pertinent ad
C Petrū: qui præposuit tantum mille: cæteri toti etiam mille ad vnum Ioannem spectant. Nam Ioannes mille aureos etiam in pecunia, vere apposuit. Necsecus, repertis in negotio tantum semel mille: hi toti mille etiam erunt communes. Quis enim vel non iurisperitus, quis Syluester, quis Caietanus valeat, audeat se
D parare mille: quos posuit Petrus, a mille quos adiecit Ioannes: & dicere, mille qui desiderantur, qui perierunt, fuerūt illi mille: quos Ioānes per partes posuit.

Hi vero mille,qui nunc spectantur, & reperiuntur salui: sunt illi mille,quos vnus Petrus præposuit totos simul. Ideo hi mille salui, toti ad vnum Petrum pertinent: hi nullo modo possunt esse communes? A
O Sluester, O Caietane, ecquam multum in hac re estis hallucinati.Repertis in negotio, ter mille aureis: toti ter mille ex eadem ratione erunt quoque communes:Petrus poterit deducere mille: quia mille ipse præposuit:quique ei fuerunt damno:Ioannes quoque vt deducat etiam ante lucri diuisionem, alios quoque mille;est æquissimum. Nam in pecunia B
numerata,& vere consistentes, ad mille aureos Petri,mille alios apposuit: & mille aureorum accepit damnum: & huius damni compensationem non fieri cumulatam æque ac Petro,damni quod ille accepit; esset sane iniquissimum. Quoniam,totis his bis mille deductis;reliqui adhuc spectantur mille: hi tantum C
sunt lucrum:& hi toti etiam sunt communes.Vtrũq; id,suo splẽdore ita refulget: vt nemini possit esse obcurum,prẽterquam ei vni qui,a meridiano sole nullum exhaurit lumen.Quis tanta iam solutus petulantia; vt non vereatur, criminis huius iniustitiæ,nota fœdissima inurere æque sapientissimum,ac iustissi- D
mum Iustinianum? quasi in textu superiori dixisset, & tamen,tantum lucrum inter eos cõmune sit: pecunia vero,quæ in negotio eo finito salua reperitur,

quando

quando est solum aut tanta, aut non tanta: quantam contulit; qui præposuit pecuniam: non sit cõmunis? Quibus id verbis, vbi huiusmodi, aut tale quid, Iu-
A stinianus, Vlpianus, Sabinus, Cassius, Quintus Mutius, Seruius Slpitius, aliusue in iurisprudentia illa antiquiori, & prisca Consultissimus?

VERVM enimuero, quoniam est nobis homullis contentio, dimicatio iam, & digladiatio cum gigãtibus, & suscepta colluctatio aduersus sumos Dynastas, aduersus Academiarum Rectores: aduersus
B Archiduces sectarum: aduersus Principes, & Potestates tenebrarum harum: aduersus Sacri Purpuratorum Senatus Chorifeos, & Antesignanos: aduersus Sacri Palatij magistros maximos; summæ vtriusque iuris & Ciuilis, & Pontificij regulam, & Canonẽ: ad uersus Sylueſtrum, & Caietanum: necessum nobis
C est omnibus vti bellandi artibus: nihil relinquere intentatum: armorum, telorum, tormentorum omne genus proferre: machinas vndique conquisitas ad arcem munitissimam admouere & applicare: ad arma manus, aduersarios insurgamus arreptis bipen-
D nis, & gladijs ancipitibus districtis: hastas vibremus: contorqueamus lanceas; sagittis amentatis velitibus nostris confodiamus aduersarios: turbo glandium, e tormentis nostris grandioribus emissarum conficiat, concutiat, conquassetque aduersarium

agminum

aguminū altissima capita: & ruinas in eos impleamus. Causam quidem Dei agimus: pro vnius Dei summa gloria: pro vna veritate eruēda, & asserenda in solīū altissimū: pro vna animarū æterna salute laboramus: & faciē nullius hominis: sed rationē a quocunq; accipimus. O Princeps glorioſissime Michael Archāge le custos animarū fidissime, & tu nos susci pe: memor esto nostri hic, & vbique pro nobis filiū Dei præcare; defende nos in prælio, ne in tremendo pereamus iudicio: nec, aduersariorū summę auctoritatis pōdere obruamur, in hoc cōgressu, in hoc grauissimo, & multę sanguinis animarū tibi creditarū conflictu: in hoc bello, & quidē bellissimo: quod susceptimus in tuo solū nomine: ad quod in longinqua discessimus: quod perpetuū bellamur: nec reuertemur quin illius scintillas omnes prorsus extinxerimus, & minutissimas. Qui cœptis, qui primis incursionib⁹, qui progressionib⁹ sēper affuisti; qui, victorię glorioſissimę, quā tu fortissimus in prelio, per hūc fecisti infirmissimū hominē, qui ex sapientissimorum virorū ore, primā huius, vocē liberalē protulisti: ex ore expressō infantium omnium, & lactentium perfice summā Dei laudem Princeps glgrioſissime. Mens anhela instituti, sudorem repete, ad promissam certo victoriam perge: præceps in media pericula rue: sub tanto duce, tanto Principe, tāto Imperatore; quid nō potes?

POS-

POSSVMVS quidem sapientissime illud idem efficere alia etiam & aperta, & directa via. Ponamus iam, quæ sunt facillima apud negotiatores: quæque possunt esse frequentissima. Ponamus Petrũ, & Ioannem ita coire societatem; vt ambo statim in principio, ponãt in societate totos dictos bis mille aureos, & simul, & deponãt eos in vna, & eadẽ numero arca communi, in cumulo vno, ac vna confusione: Petrus, mille aureos vni negotiationi dicatos: Ioannes alios quoque mille, destinatos pro soluenda operario, & mercatori tertio, sibi conducto, vndecim solidorum diurna mercede per singulos, & totos quinque annorum dies. His constitutis. Repertis, quinto anno extremo, & partitionis die, tantum bis mille aureis; nullum vere reperitur lucrum: sed tantum capitale totale amborum sociorum: quoniam ambo simul, bis mille aureos posuerunt: & bis mille fuerunt damno socijs ambobus simul, & societati: & bis mille deductis; & facta compensatione, illius bis mille aureorum damni, nihil spectatur reliquum. Deinde, hi bis mille toti sunt communes, & æquis portionibus inter socios: inter Ioannem, & Petrum. Ratio est: quia si Petrus posuit in pecunia & consistentes mille aureos: mille etiam aureos in pecunia, & consistentes posuit Ioannes. Quoniã mille aureos in pecunia & consistentes posuit in

eadem

eadem in arca; in qua Petrus suos mille posuit. Hinc, horum bis mille aureorum: quorum pars nulla sunt lucrum: tantum semel mille pertinent ad Petrum: qui tantum mille contulit: reliqui etiam mille toti A pertinent ad vnum Ioannē: qui mille etiam in arcā contulit. Repertis in negotio aureis ter mille: Tantū semel mille sunt lucro ambobus socijs, aut societati. Nam deductis bis mille, qui fuerunt damno: tantum semel mille reliqui reperiuntur. Hoc lucrum commune est inter Petrum, & Ioannem: Iustinianus ita præscribit, & omnes optēperant Imperatoris aucto B rati. His semel mille deductis, reliqui bis mille toti fuerunt damnum, aut damno: toti bis mille fuerunt capitale. Ratio est, *ex l. 30. Mutius petita.* Nam vt docet Seruius, nec lucrum potest intelligi non omni damno deducto: neque damnum; nisi omni lucro deducto. Hinc ex contrariorū relatorum regula. Si il- C lud solum, & illud totum: quod reliquum est omni damno deducto, intelligitur lucro esse: æque etiam illud totum, quod reliquum est omni lucro deducto, damno fuisse, intelligere necessum est: & illud totum fuisse capitale, sortēque in negotio. Sed nunc de ter mille, tantum semel mille, (qui tantū sunt lu- D crum) deductis, reliqui spectantur bis mille. Hi ergo toti bis mille fuerunt in negotio, & societate & damnū, & sors, & capitale. At Petrus, qui posuit pecuniam

cuniam negotiationi necessariam, tantum semel mil
le posuit: & tantum mille aureorum fuit Petri aut
A damnum, aut fors, aut capitale partiale; & horũ bis
mille aureorum, tantum semel mille ad Petrum pos-
sunt pertinere: reliqui quoque mille, ad sociũ Ioan
nem, vt toti pertineant; iam hoc vno est factum
necessarium: nec id tantum: sed etiam hos totos
mille fuisse damno vni Ioanni: & sortẽ fuisse, & capi
B tale. Tandem, a Ioanne etiam positum fuisse capita-
le, & positam fuisse pecuniam: & hanc pecuniam bis
mille aureorum, reliquam, omni lucro mille aureorũ
deducto, esse inter socios communẽ, æque ac lucrũ:
etiãsi de pecunia Iustinianus nec præceperit, nec ex
presserit. Sentiebat enim id nemini posse esse du-
bium. At Ioannes tantum operam posuit: quia mille
C aurei; quos Ioannes deposuit in arca, toti fuerunt de
stinati pro, operæ vnius, diurna mercede soluẽda: &
huic vni soluendę deseruierunt; & hac vna in re toti
exhausti, toti consumpti sunt. Qui ergo tantũ operã
ponit, pecuniam etiam ponit: nõ ponit tantũ rem in
motu consistentem, rem nõ permanentem: sed rem
quoque permanentẽ, & consistentem addit ad sor-
D tẽ; etiamsi Syluester & Caietanus inficientur, dene
gent. Opera etiam pro tanta pecunia valet; quanta
ipsa est æstimata, & in sorte annumeranda, vt Ac-
cursius *Gloss.* 8. *ad* §. *De illa.* notauit, Seruium exisli-

 masse

masse: non solum pro commoditate, pro vsufructu,
pro interusurio pecuniæ, vt Syluester vbi supra libe
re solum, nec recte interpretatur. Tandē, ex his, &ne
cessario, Repertis in negotio tantū mille aureis; Pe- A
cunia hæc, horū mille aureorū, tota etiā est cōmunis
inter socios, inter Petrū & Ioannē: etiāsi Iustinianus
nunquā id docuerit expressis verbis. Idq; ex ratione
apodictica, & ex Iusti. Inst. petita: & exigente iu-
stitia. Nam, ad hoc vnum negotium, pecunia bis mil
le aureorum fuit necessaria: & pecuniā bis mille au- B
reorum Petrus & Ioannes socij contulerunt: & to
tam hanc pecuniam in vnum cumulum, in vnū acer-
uum, vnam in confusionem, & in vnam tantum arcā
ex compacto immisserunt deinde ex illa arca, &
confusione eduxerunt primum mille aureorum pe-
cuniam, eamq; negotiationi tradiderunt: reliquam C
etiam mille aureorū, detractis singulis diebus, solidis
vndecim, & redditis pro diurna mercede conducto
mercatori, qui cōmune negotiū gessit: tandē in hūc
vsum totam exhaustā consumpserunt: Veniat igitur
nunc quis sapientissimus, veniat quis Syluester, ve-
niat quis Caietanus, & dicat hanc pecuniam reliquā, D
nullo modo posse esse cōmunem inter socios, inter
Petrum, & Ioannem: sed totam priuatam esse, & pri-
uatim pertinere ad vnū Petrum: quia solus Petrus
posuit pecuniam, & posuit sortem, & posuit, & ha-
buit

buit in negotio capitale,& posuit hãc,& posuit hoc capitale: ideo de hoc capitali saluo nihil debetur Ioanni:qui tantum operam posuit, & substantia ope
A rarum non ex negotiatione,sed ex necessitate materiæ perit:quia scilicet est res successiua in motu consistens.Si enim res essent permanentes, ei essent saluæ.Ha,haCaietane laqueũ ipse tibi parasti,prætẽdisti:tuę ipsius rationis vincula arctissima effugies? cõtentionẽ remitte:captus es.En en pecuniã etiã po-
B suit Ioannes:& mille aureorũ quoq; pecuniã,æq; ac Petrus,&collatã in vnã confusionẽ, fecerunt mutua voluntate cõmunẽ: rem posuit Ioannes æq; permanentẽ atq; Petrus:si Petro res eius est salua, quia posuit permanentẽ.Ioanni quoq; res eius debet esse salua quia permanentẽ posuit.Cõmunẽ igitur hãc pe-
C cuniã,tantũ mille aureorũ iã fatere Caietane:quãdo nulla ratione iã, potes a cõmunione separare, Pecuniã,quã Petrus &Ioannes mutua volũtate,in vnã cõfusionem cõtulerunt: nulla reliqua est ratio,ex qua possis efficere,illos mille,qui perierũt, esse quos posuit Ioannes: hos vero saluos,quos posuit Petrus:&
D ideo hos totos ad vnum Petrum pertinere, nec si separasses, quicquam adhuc effecisses. Quoniam Ioannes mille quos nunquam relatos in arcam, persoluit conducto operario qui gessit negotium commune in communẽ vtilitatẽ eos totos contulit:

& damnum eorum, exigente id iustitia, debet etiam commune esse. Couarr. vbi supra. Vlpian. *l.* 59. §. *Si pecuniam tulissemus ad mercem emendam, & mea, &c.*

HÆC sapientissime, tantum rudi minerua: tantum typos: sed quę multum iam pręseferunt luminis. Hoc præuio, incommodis iam & Syluestrum, & Caietanum vrgeamus. A

Incommoda notantur, & explicantur: quæ contrariam sententiam necessario consequuntur. B

NE sæpius, ne sæpe, eadem repetere cogamur: quæ, ex multis experimentis collegimus incommoda: quæ necessario consequuntur Syluestri & Caietani doctrinam, breui comprehensione, perspicuitati indulgentes illa præponemus: vt hinc iam, quo tendimus, & prouidere possis, & præclare prospicere. C D

SI qui ponit pecuniam, negotiationi dicatam illam: quam posuit, semper in omni euentu, quando illam reperit saluam aut totam, aut partem potest

ante

ante omnia repetere:ita,vt,hęc nunquã fit communis:ſed qui poſuit pecuniam; tantam, quantam poſuit,poteſt primus,& primum deducere: pro, quod
A poſuit,capitale:& qui ponit tantum operam,ipſe ante lucri diuiſionem nullum capitale, nihil pro operæ pretio poteſt deducere: nedum quando tanti eſt opera,quanti pecunia; eadem, & grauiora multo incommoda conſequuntur, neceſſario hanc ſociteatem: quæ notauimus, ac etiam demonſtrauimus in
B accuſatione in ſocidam.

HINC in noſtro exemplo,ſi mille aurei,quia Petrus mille in pecunia præpoſuit, nunquam futuri ſunt communes: ſi Petrus,in omni euentu, & in omnibus caſibus, in quibus mille aurei reperiuntur; ſemper primus,& ante omnia poteſt deducere,& re
C petere totos mille aureos: & quando nec mille repe riuntur:poteſt ipſe vnus referre,atq; retinere totos, quos reperit ſaluos; ſi ſocius Ioannes: quia tantum operam poſuit:quamuis mille aureorum: quos conducto operario,& mercatori vere perſoluit,nullum ante lucri diuiſionem poteſt deducere capitale; ſi
D Ioannes ante lucti diuiſionem, mille aureos, quantos poſuit,æque ac Petrus,non poteſt ſemper dedu cere:quandocunque Petrus mille deducit:ſed Ioan nes,tantum poteſt referre medium lucrũ: aut lucri, eam partem: quæ mille aureis pretio operarum reſpon-

det: & lucrum futurum, totum illud; quod deductis
Petro mille, quantos ipse posuit, fuerit reliquū: si
Petrus tādē de mille aureorū, quos in cōmunē vtilita
tē appōsuit Ioannes, dāno non tenetur: si inquā Pe- A
trus de suis (vt loquuntur) mille, nihil potest vnquā
deperdere: quoad toti mille aurei Io. fuerint exhau-
sti, & cōsumpti; Ex his sequūtur, & necessario illa per
multa, & quam grauissima damna, omnibus Eccle-
siarum Pontificibus, & Reipublicæ Magistratibus,
maxime auscultanda, & obseruanda: vt sanguine B
Christi redemptis animabus cautum sit: & perso-
nis, ac rebus cum priuatis, tum publicis. Hæc omnia,
oratione quam breuissima, primum percurremus:
deinceps, permultis reddemus illustrissima cum ex-
perimentis, tum exemplis

Cōprehensio per breuis omniū Incommodorum. C

Auscultā
da & Ca
uenda.
1

IN omni euētu, in omnibus casibus, & semper, tam
frequens erit, tam facile, tam necessarium Petro, D
ipsum lucrari: quam Ioanni, recuperare quicquam
sui capitalis, ita difficille, ita rarum erit Petro non
lucrari; ac Ioanni, sui capitalis quicquam deper-
dere.

IN-

IN omnibus casibus permultis, qui effingi possunt, intra latitudinem illam, quam amplectuntur, determinant, definiunt, circumscribunt duo illi extremi termini, scilicet in negotio reperiri aurei aut
A tantum semel mille: aut nondum ter mille; in his omnibus casibus: qui possunt, æquales ipsis aureis, esse mille nongenti & nonaginta octo, & spectatis drachmis, aut solidis tu di numera: quique sunt, qui communiter possunt aut timeri infaustissimi, aut
B faustissimi exspectari, & eorũ medijs, qui sunt & contingentes plurimum: & frequentes, & frequẽtiores, & frequentissimi, in his inquã omnibus, & in omnibus, eorundẽ, ijsdem numero Ioannes, de suis mille, quicquam deperdit semper, & aliquando multum, totum vnum medium suum capitale, totos quingen
C tos aureos: quando scilicet in negotio tantum bis mille aurei reperiuntur: nonnunquam, ipsum pœne totum capitale, totos nongentos nonaginta nouem aureos decem solidos: nempe quando mille tantum inueniuntur, & cum ipsis aureus: Petrus contra, in omnibus ijsdem numero, semper lucratur quicquã: & aliquando permultum, repertis videlicet in negoD tio, bis mille nongentis, nonaginta nouem aureis, Petrus, recuperat primum totos mille: quantos præposuit: præterea lucratur alios nongentos nonaginta nouẽ aureos & decẽ solidos: quos eosdẽ deperdit

Ioan-

Ioannes de suis 1000. nam recuperat sui capitalis, tantum nongentos nonaginta nouē, & decē solidos.

PETRVS. in singulo horum mille nongentorum
3 nonaginta nouē casuum, & intra dictam latitudinē, A
omnium contingere possibilium, semper lucratur: quantum Ioannes recuperat sui capitalis. Mutuo quidem sese comitantur, ac consequuntur, aut pari pede, & gradu procedunt, ac procurrunt & succedunt, veniuntq; lucrum Petri, & Ioannis capitale; drachmā recuperat Ioannes: Petrus lucratur drach- B
mam. Centum, sui capitalis haud potest Ioannes recuperare: quin Petrus lucretur centum. Nec citius Ioannes recuperabit quingentos; quam Petrus quingentos lucretur. Mille Petrus sit lucratus necessum est: si contingerit, Ioannem totos suos mille recuperasse. C

4 PETRVS, de suis mille, non potest incipere quic quam deperdere, nedum nummum: quin prius Ioannes mille suos totos perdiderit.

5 IOANNES, haud potest vel nummum lucrari, quin prius Petrus mille aureos iam lucratus sit.

6 PETRVS, in omnibus casibus, qui communiter ti- D
meri possunt vel infausti, vel infaustissimi, intra dictam latitudinem, semper quicquam lucratur. Nō potest deperdere nisi in casibus qui communiter non timentur.

IOAN-

IOANNES, in nullis vel fauſtis, vel fauſtiſſimis, qui communiter poſſunt exſpectari, poteſt quicquam lucrari. Quinimmo, in ijſdem, neceſſario quicquam deperdit. Non poteſt lucrari: præterquam, in euentibus extraordinarijs: qui communiter nō exſpectantur.

A

PETRVS, in omnibus caſibus, in quibus communiter Lucrum ſperatur, ipſe ſolus retinet ſibi, deglutit, ac decoquit totum lucrum. 7

IOANNES, Lucri, quod communiter poteſt exſpectari, nullam vnquam ſortitur partem: ſed deperdit tunc, adhuc, de ſuo capitali.

B

PETRVS, Damni, quod communiter poteſt timeri: nullam ſentit partem: totum effugit, immo adhuc lucratur. 8

IOANNES, Damnum, quod communiter timetur, ipſe vnus, totum ſentit: nulla huius damni, ad Petrum pars pertingit.

C

PETRVS, & Ioannes neque lucro, neque damno fiunt vnquam æquales: nedum ſpectata rata temporis, & eiuſdem proportione. Nunquā damno: ni tantum, in rerum interemptione. Nunquam in lucro: etiamſi abeas in infinitum. 9

D

PETRVS, in omnibus caſibus, in quibus, Ioannes lucratur quippiam, ipſe lucratur & tantum, quantum Ioannes, & vltra mille alios. Si Ioannes lu- 10

cratur nummũ, drachmãue: Petrus lucratur quoque illũ nummũ, aut illã drachmam, & præterea mille aureos: si Ioannes lucratur quingentos: Petrus lucratur illos quingentos, & insuper mille alios. Lucratur si quando Ioannes semel mille; bis mille Petrus lucratur. Positũ est enim supra, Ioannem non posse incipere, vel nummũ lucrari: quin prius Petrus mille lucratus sit. A

11 IOANNES, numquam potest lucrari, quantum potest deperdere: nedum quantum potest deperdere in casibus: quia prudentibus debent timeri communiter. B

12 PETRVS, in omnibus casibus, intra prænotatam latitudinẽ contingentibus, & dũ ter mille aurei nõ reperiuntur, semper extorquet quicquã, ac desumit, furaturque de capitali, & de mille aureis Ioannis. C

13 PETRVS etiam, in omnibus casibus, in quibus in negotio mille saltem aurei, & in quibus, his plures reperiuntur, semper furatur Ioanni, vnum medium capitale totum: totos quingentos aureos: aut de solo capitali saluo: aut de capitali & lucro, ad Ioannem pertinente: aut de lucro solo: quod maxime, Pontificibus ecclesiæ auscultandum, & cauendum anxie. D

PETRVS, in omnibus casibus, qui damni possunt effingi,

effingi,ab ipsis bis mille versus nihil, id est in om
nibus casibus,in quibus nondum reperiuntur bis
A mille:in his inquam omnibus,in partitionibus ex
præfinitione Syluestri, & Caietani factis, opere
complet,& aperte vsuram.Quoniam in his omni
bus vere adest DAMNVM,& huius, id exigente
iustitia,pars pertinet ad Petrum.Verum enimue-
ro,dum mille adsunt aurei; Petrus, huius damni,
B nullam partem sentit: sed totum quod ei vere pe
rit iure gentium,& naturali,repetit saluum: & il-
lud furatur,de parte capitalis salua Ioanni. Ita e-
nim quod perit,& quod posuit Ioannes,& quod
posuit Petrus: totum perit vni Ioanni. Sal-
uum contra; & quod contulit Petrus, & quod
contulit Ioannes, & ad vnum Ioannem pertinet,
vni Petro totum est saluum.In quo manifesta spe
C ctatur vsura. Quod diligenter obseruandum E-
piscopis,& cauendum studiosissime.

HÆC omnia, his,qui a longe, his, qui res so-
lum vniuersas speculantur:his, qui sibi ipsis indul-
gent,in vna dulcissima rerum contemplatione: his,
D qui student tantum Methaphysicis(haud veris qui-
dem)his,qui ex vna sua Metaphysica volunt omnia
metiri, ac mentiri; his, qui omnia cum Physica,
tum Mathematica, tum etiam rationem essentiæ

& substantiæ, cum his, quæ solius sunt quantitatis volunt confundere: in quibus primi sunt Syluester, & Caietanus: quum de societate loquuntur: his quidem, eorumque clientibus, & alumnis, omnia in- A
quam hęc nostra, otiosa quædam commenta, nec non figmenta, nata videbuntur, ab effectata quadã, & morosa garrulitate. Descendant verumtamen no biscum, descendant inquam, in hunc humilis doctrinæ, tenuissimum puluerem: descendant, ad res singu
las, ad exempla, ad experimenta, & velint, nolint, vel B
quibus caligant oculi: vel caeci, quod nos, haud dubie sentient. O sapientissime, si alto demisso supercilio, si remissa tantisper, tua nimium tensa cum auctoritate, tum grauitate, voluisses nostram imbecillis ingenij, summam tenuitatem non despicere; si respicere hanc nostram scriptionum, altissimam humi- C
litãtem, voluisses; ec quantam, ecquam magnam in his videres inæqualitatem: quam nec ferre, nec sustinere aliqua ciuium societas; nedum Christiana Respublica potest. Age ergo exspectato, aliquantisper quæso sustineto; dum subijcimus, dum excutimus experimenta: quibus, omnia proxime superio D
ra illustramus, præclaro quoddã, ac diffuso lumine. Sed, vt semel, experimentis quoque ijsdem, horũ in commodorũ fontes possimus ostendere, (est & id quoq; necessum) oportet, illos indicemus quã primũ.

Fon-

Fontes aperiuntur, fontes indicantur, tantorum incommodorum, & vſuræ.

A

DVOS eſſe fontes, horum omnium incõmodorum, & vſurę; vt ſupra in ſocida, in hac etiam ſocietate demonſtrabimus: & eſſe duo illa. Vnum,
B Ioanni ponenti tantum operã, etiamſi mille aureos poſuerit; nullos reddi, ante lucri diuiſionem: Ioanni ante lucri diuiſionẽ reſtitui nullũ capitale: ſed totos mille aureos Ioannis, fieri lucrum; & ad lucrum referri atque ita, totos fieri cõmunes, & vnũ medium eorum totum, & totos inquã ſemel quingentos, vni
C Petro cedere: etiam quando permagnũ eſt lucrũ, in caſibus etiam fauſtiſſimis. Ex quo fit; vt Petrus Ioanni ſemper, vt 13. incõmodo diximus, furetur quidẽ, aureos QVINGENTOS. In ſucceſſibus vero improſperis, toti mille aurei Ioannis, fiunt Petri, ſunt quæ obſides Petro: pro his, qui ei pereunt: in quo
D aperta vſura: nec tantum dolus, fraus, ſumma iniquitas, & iniuſtitia. Alterum, quia Petrus, qui ponit pecuniam, de qua negotiatur ſemper, primum, & ante omnia, ante lucri diuiſionem, deducit mille aureos: quantos præpoſuit: aut tantam pecuniam, quantam a prin-

a principio contulit: quandocunque tantam reperit: & quando non tantam: quantamcunque reperit saluam, totam repetit: & quia hæc pecunia mille aureorum, vt dicunt Petri, non solum vocatur, A
sed fit etiam, & constituitur capitale, & quasi quidam stipes, consistens, stabilis, permanens, per totum tempus societatis, idem numero, & hinc, aut ita, hoc capitale fieri impartibile, incōmunicabile. In quo vno, coniunguntur etiā iniustitia, & vsura. Iniustitia: quoniam ex hoc ipso, in omnibus quodammodo impro B
speris, & infaustis casibus, qui communiter possunt contingere, vt quando bis mille nongenti nonaginta nouem aurei reperiuntur; adhuc desumit Petrus decem solidos, de eodem ipso capitali Ioannis: quando tantum bis mille & octingenti inueniuntur; desumit centum aureos: quando tantum bis mille, C
quingentos extorquet. Si Petrus ante omnia, & primum, priuatimq; deducit totos semel mille: quia mille posuit, & hi non sunt communes: & toti reliqui, vel aureus, vel aurei aut centum, aut mille, aut bis mille sunt & lucrum, & communes. VSVRA compietur opere, & perficitur. Quia, hac ea- D
dem via, qui pecuniam, de qua negotiatur præposuit, & Petrus in nostro exemplo, sibi vni cauet, ne sibi illa pecunia (vt loquitur Caietanus) quam ipse contulit, possit perire: ne dum pars illius: vel in casi-

bus

bus eorum,(qui communiter timeri possunt aduersi) omnium infaustissimis. Sed,vel si,pars aliqua pereat,damnum in illa acceptum, queat resarcire sibi,
A de capitalis salui,illa eadem parte: quæ iure naturali;ad vnum Ioannem pertinet: qui tantum operam adposuit: aut pecuniã solutam conducto operario, aut mercatori pro exhibita, & locata opera: & sibi nulla pars possit perire; nisi tantũ, & solum in casibus, insolentia magna rarissimis:qui non possunt ti
B meri communiter: sed ad casus tales infaustissimos, & insolentissimos cautum etiam est ita; vt eorũ qui sibi vni iam semel,& vere perierunt, pars saltem restituatur, de parte vere salua ei vni, qui tantũ operã posuit:vt nunc Ioanni (egome expediã)vt in propo sito nobis exẽplo.Si capitalis totalis amborũ socio-
C rũ Petri,& Ioannis,quod fuit bis mille aureorũ, tan tum aureus reliquus reperitur, & saluus:hic aureus vel vnus,reuera est cõmunis:nec totus potest pertinete ad vnum Petrum. Quoniam etiam si minima, pars tamen est, illius magni & totalis capitalis, bis mille aureorũ:quod in primo principio, & per totũ tempus negotiationis confusum& factũ cõmune:ex
D titit: vt pars eius cumuli,aut acerui,qui fuit cõmunis,etiam cõmunis sit;omnino necessum est.Hinc,in hoc vno eodẽ aureo saluo,etiãsi denegẽt Syluester, & Caietanus,Petro,decẽ tantũ solidi remanẽt salui:

nec

nec decem:vt infra explicabimus:& hi tantũ,non tamen totus aureus pertinet ad Petrũ:reliqui saltẽ de cẽ,toti sunt salui vni Ioanni:& ad vnũ Ioannem,iure A
gentiũ toti pertinent:vt infra demonstrabimus. Cũ vero Petrus,ex hac Caietani societate,desumat totũ integrũ aureum; primũ iam accipit decem solidos: qui vere sunt vnius Ioannis,& ad vnũ Ioannem pertinent:In quo iã spectatur iniustitia,ac etiã Furtũ: & quia his ijsdem acceptis,Petrus,de re ad Ioannẽ pertinente,persoluit sibi ipsi,saltẽ decẽ solidos: & omniũ nongentorum nonaginta nouẽ aureorum, & decem solidorum: quos iã semel,& vere perdidit,hos saltem decem solidos, hac via facit, redditque sibi saluos, & securos:efficitque,vt pereant vni socio,vni accipienti,vni Ioanni:qui sic negotiatus est,de his decem solidis,non cum periculo Petri: vt D.Th. 2. C
2. q.78.art.2.ad 5. præscribit:ne coëat cum vsura ex mutuo: sed cum suo ipsius periculo. In quo, circa hos decẽ solidos saltem,opere completa est vsura:& est aperta,vel si,vbi supra, deneget Couarr.Eodem modo,circa quingentos aureos:quando in negotio, tantum mille salui spectantur;Quingenti tantum,sal D
ui sunt Petro:vni Petro perierunt,semel ac vere,toti reliqui quingenti. Ioannes, tantum quingentos perdidit:cæteros quingentos;totos habet adhuc vere saluos. Petrus vnus,auctore Caietano, totos mille

refert

refert:his cauillis,& præstigijs reddit,& facit, & persoluit sibi factos saluos, & securos, totos hos quingentos aureos, iam vere semel sibi vni, in hoc casu
A deperditos:& perficit actu, opereque; vt, toti hi quingenti pereant vni Ioanni;& Ioannes, de re vere sua propia,eos sibi, Petro inquam persoluat: & ita,negotiatus sit de his quingentis, cum suo ipsius periculo,non vt præcipit. D.Th. cum periculo Petri:cuius periculo debuerunt substare:vt vsura vitaretur, & de eis Petrus, lucrum posset exspectare,&
B percipere, TAMQVAM DE RE sua:Res enim posita in societate,eius,qui confert manet,eique perit, salua manet,& lucratur. Secus si ei lucratur, ei manet salua,quando succedit seruari,& lucrari:& quando naufragium eius contingit, ac iactura perit accipienti aut tota,aut pars: a mutuo vsurario quis Co-
C uarruuias,quis Syluester, quis Caietanus, hanc pactionem separabit? Maxime cum referente Syluest. Soc.1.num.6.S.Bernardus teneat pro parte illa,quæ fit secura,esse mutuum, & totum contractum vitiatum;si capitale pro parte sit securum.Sed, hæc ea-
D dem,infra,post praxim latius,& percipientur multo cum facilius, tum clarius. DVO hæc, esse fontes duos,incommodorum omnium, & vsuræ;ex eo demonstramus: quoniam his tantum duobus positis, incoumoda etiam necessario sequuntur, & ponun-

tur: & his duobus tantum, ablatis, & remotis, remouentur incommoda: reijcitur vsura, repellitur omnis inæqualitas: & summa, & quam gratissima æqualitas restituitur. Exemplis, experimentis, eorumque anatome, & praxi, reddemur certissimi de hac re.

Experimentis iam superiora omnia maxime illustrantur, & redduntur clarissima.

Repertis in negotio aureis tantum.

1000.

HIC casus est, eorum, qui, cõmuniter timeri possunt, omnium infaustissimus. Perierunt quippe, de capitali totali, bis mille aureorum, aurei mille. Venum quidem totum medium capitale perijt. Perierunt etenim mille aurei.

Extra societatem.

DVO millia aurei, qui ad hoc vnum negotium, (quod supra præmonuimus) sunt necessarij simul

simul, positi sunt ab vno Petro, & toti coniuncti, & ad vnum negotium collati, vnum, in negotio efficiunt, & componunt mille aureorum capitale. Cuius pars, semel inquam mille, negotiationi sunt a Petro traditi: pars, reliqui etiam semel mille, sunt a Petro soluti, ipsi Ioanni, conducto operario, & mercatori, & pro opera: quam Ioannes, in hoc negotio Petri gerendo, exhibet: & toti bis mille fuerunt DAMNO vni Petro. Vnde, repertis tantum mille, finito negotio, de totali capitali, mille aurei vere perierunt. Singulum milliare deperdit & tantum, & totos quingentos: & singulum milliare seruat saluos & tantum, & totos quingentos. Hinc.

A

B

PETRVS, extra societatem, bis mille posuit: toti bis mille fuerunt vnum capitale: & de singulo milliare, deperdit quingentos: & de singulo milliare, etiam quingẽtos recuperat saluos: & deducto ac repetito toto, quod saluum reperitur, Petrus vnus, deperdit mille aureos. Petr. deperdit 1000.

C

IOANNES conductus, qui nullã pecuniã, qui tantũ operam posuit, eamque locatam, pro mercede mille aureorum secura, & determinata: pro mercede diurna vndecim solidorũ, per singulos dies quinque annorum, & hanc mercedem re- Ioã. Cõd. deperdit Nihil.

D

posuit, & adseruauit in arca: repetit in ea sibi vni saluos, & securos totos illos mille aureos: qui in illam, de arca Petri euolarunt: quosque totos perdidit vnus Petrus. Ioannes tamē, nihil deperdit, A de sibi mille aureorum promissa mercede: quam diurnam accepit singulis diebus: & si in aliquo negotio, eam, vbi vbi accepit, reposuisset, lucrum de ea etiam, & magnum, potuisset accipere, quinto anno extremo.

B

In societate.

DVORVM eorumdem milia aureorum, qui conuenerant in aceruum vnum, & cumulum vnū; in vnam confusionem, & eamdem numero arcam, in idem numero negotium commune & in com- C munem societatis, & sociorum vtilitatem, tamen vt docent Syluester, & Caietanus, eorum, vnum totum milliare solum, dicitur fuisse capitale; & totum manere saluum, & integrum: alterum milliare solum, non fuisse capitale, & hoc vnum perijsse totum. Præterea milliare, quod reperitur saluū, esse illud, quod D posuit Petrus, & quod fuit Petri capitale. Idcoq; milliare, quod reperitur saluum; totum esse vnius Petri, nullo modo esse commune: sed totum pertinere ad ad vnum Petrum. Alterum vero milliare, quod non fuit

fuit capitale: quodque perijt, esse milliare illud, quod pro operis soluendis, posuit socius Ioannes: atq; ita, hoc totũ milliare deperditum, & illius totũ
A damnum ad vnum Ioannem pertinere, & hoc mille aureorum damnum, non esse aliquo modo cõmune.

Damnum adest verum mille aureorum in hoc casu.

B SOLVS Ioannes, sentit totum hoc damnum mille aureorum. Petrus huius Damni, quod est maximum: quod in hoc, aut simili negotio communiter timeri potest, nullam partem sentit. Solus Ioannes sentit Totum damnũ.

In eodem numero casu, sociorum, qui paria contulere alter deperdit 1000. aur. alter Nihil. Petr. deperdit Nihil.

C PETRVS, qui tantum vnum milliare posuit, totum illud repetit, & recuperat saluum.

IOANNES socius contra, qui tantum operam, sed mille aureorum, & in societate posuit, & alterum milliare, huic negotio necessarium contulit, & mille aureos vere in pecunia numerata, & vere permanentes, & consistentes, æque ac mille positi a Petro, & eos persoluit, pro opera sibi locata, conducto mercatori, totam suam operam, totos mille aureos; quos contulit in communem Ioan. deperdit 1000.

D

vtili-

vtilitatem, & posuit in societate deperdit, totorum mille aureorum iacturam facit, & naufragium: eorum, nec nummum recuperat saluum: deterioris multo conditionis, quam conductus factus est. Quippe conductus, de mille, pro operarum mercede reddendis sibi, & solutis, nec nummũ perdiderit. Ioannes vero socius, de suis mille, conducto operario solutis, nedum nummum recuperare potuit. A

OMNIA hæc, sua ipsorum perturbatione, confusione, inæqualitate, deformitate, suam produnt cũ vsuram, tum iniquitatem: quam auctores, societatis huius, curant implicare, & recondere. Eam vero nos, (spero quidẽ) euoluemus iã, ex proxime superiorib., & facile, & lõge, lateq; explicabimus, nec tritis, nec vulgaribus, sed necessarijs, & apodicticis argumẽtis. B

EXTRA societatem quidem, vt propijs oculis licet videre, & manibus quoq; palpare propijs, & vna experientia edoceri, illius vnius totalis capitalis, bis mille aureorũ: quos, vnus Petrus, in negotio posuit totos, vnumquodq;, & singulum milliare, sui ipsius, vnũ medium totũ, totos quingentos aureos perdidit; tantũ alterũ mediũ, tantũ quingentos reliquos, seruauit saluos. Nec secus, vtrũq; milliare, totũ vnũ sui medium, totos quingentos seruauit: & perdidit tantum quingentos. OMNIA hæc eodem modo se habere C D

habere in societate; ex superioribus, iam factum omnino necessarium. Neque enim societas, in vno, eodemq; numero casu, vllo modo, hæc potuit mutare.
A Quippe, pecunijs, nec addere vim possit, nec detrahere: nec vitæ, nec mortis habeat potestatē: nec, vt, mortua reuiuiscant: nec, vt, quæ haud perierunt non viuant, facere queat. Quoniam ergo Petrus, vt ipse fatetur, in societate, non duo, sed tantum vnum posuit milliare: & huius, vnum medium totum, totos scilicet vnos quingentos, vere semel iam perdidit:
B tantum alterum medium, tantum alteros quingentos, nec plures, nedum mille, potest nunc habere saltem. Petrus, plures quingentis igitur, nullo modo potest accipere: etiamsi mille, etiamsi bis mille, in negotio reperiantur. Quia, ad eum, nulla ex causa, ex iu-
C re nullo, possunt plures quingentis pertinere. Acciperet nam, quippiam non suum. Quinimo, etiamsi repetitis a Petro totis quingentis, sibi vere salutis, reliqui inueniantur alij quingenti; hi dicendi, excidisse alicui, nec volenti, nec intelligenti; ideoque seruandi, quo ad adfuerit: cui exciderunt. Ita potius, quam concedendi Petro: cuius nullo me-
D do sunt. At nunc, dominus verus eorum, prope est. Adest enim Ioannes socius. Qui, quamuis tantum operam posuit; operam tamen, mille aureorum exhibuit: & alterum milliare, ad negotium

tiũ necessariũ:quod Petrus haud contulit, vere ipse Ioãnes apposuit:& totũ hoc milliare,vere persoluit cõducto operario,pro opera,tantũ mille aureorum; quam totam exhibuit:&huius milliaris,quoniam tan A
tum vnum medium, tantum quingentos deperdit; alterum totum medium,totos reliquos etiam quingentos, eum habere saluos; est necessum:hos inquã totos quingentos:qui,nullo modo,(vt est nobis factum necessarium) possunt ad Petrum pertinere. Hinc itaque,hi quingenti aurei, quos Petrus nullo B
iure potest accipere, & est æquissimum eum ab illis manum abstinere,toti sunt vnius Ioannis: & id iusti stitia exigente,toti ad vnum Ioannẽ pertinent.Nec, his,vni Ioãni decretis:damus Ioanni,quicquam q̃ sit Petri:aut quippiam: quod iure gentiũ,Ioannis non sit. Quoniam vero Petrus, indulgentibus sibi & C
Caietano,& Syluestro, nobis multo sapientioribus, nostro, alteriusue confessarij consilio neglecto, mauult mille,quos,in negotio reperit,totos extorquere; & Ioanni nullos concedere;hoc vno, iam (absit verboinuidia)iam inquam primo FVRATVR socio Ioanni,aureos QVINGENTOS.

1 Petrus Ioanni Furatur 500.

IN hoc vno, & iniustitiam, & vsuram video, & D
demonstrabo apertissimam.Iniustitiam, quia Petrus accipit quingentos aureos: (qui, vt palam ostendimus)nullo iure,ad eum possunt pertinere, atque ita

desu-

desumit rem alienam: & committit FVRTVM, vt definit Iustinianus, in Institut. *lib. 2. titu 2. §. extremo.* Vsuram: quoniam, mille aureos commodauit Petrus
A Ioanni in societatem, ea lege; vt si finito negotio, tantum mille aurei, in societate reperiantur: toti illi permanerent sibi: & toti, ad se vnum, pertinerent: & redderentur sibi: in quo latet vsura: quasi anguis in herba. nos vero, haud multũ latet. Nam illud, pacisci inquam; vt, repertis in societate tantum mille aureis, in omni euentu, toti sint sui, a Petro, hoc in pa-
B ctum deduci, iam est palam, & aperte, & expressis verbis pacisci; vt quamuis, mille aureorum, quos confert ipse, toti quingenti pereant; tamen fiant sibi securi, reddantur, & persoluantur sibi, de quingentis: qui toti erunt Ioanni salui, & vnius Ioannis. Quo
C niam, est necessariũ ex superioribus; remanentibus in societate tantum mille; Petro iam semel, & vere perijsse sui milliaris, totos quingentos: & saluos esse, tantũ quingentos: & Ioanni etiã, seruatos fuisse quo que quingentos. Vnde, Petrus, referens totos mille; desumit, non solũ qningentos, sibi vni vere saluos:
D sed etiam extorquet, & repetit totos quingentos, si bi vni, iam semel, & vere deperditos: & quasi non perijssent; saluos exigit: & pro quingentis sibi iam deperditis; retinet quingẽtos, socio Ioanni, adhuc vere saluos: & de re, ad vnum Ioannem vere pertinente,

iure naturali, resarcit sibi ipsi iacturam, & damnum quingentorum: quos vere perdidit: quos, si vere saluos, & cum lucro reperisset; exegisset vtique: deperditos vero, Ioanni accipienti, deperditos contēdit. A

His iam manet demonstratum: quod, incommodorū, breui notatione, supra præmonuimus. Bis mille aurei positi fuerunt in hoc negotio; & bis mille aurei in eo fuerunt capitale; non minori necessitate in societate, ac extra societatem. Petrus contulit tantum mille: mille alios vt eos posuerit Ioannes; est ne B cessariū: mille, quos posuit Petrus fuerunt capitale: capitale; etiā fuisse mille; quos appposuit Ioānes quoq; necessūest. Nā, extra societatē, toti bis mille aurei fuerūt capitale, non tantū semel mille. Mille tantū finito negotio, salui spectātur: mille tātū, in societate seruati reperiuntur: mille desiderantur: verissime perierūt C mille. Capitale totale, bis mille aureorum, totū fuit commune: vt, etiam, hoc damnum mille aureorum, qui perierunt fit commune: vt commune quoque sit hoc milliare; vt communis etiam sit, hæc pecunia millè aureorum: qui reperiuntur salui; omnino est necessarium. Necessum inquam est: vt Petro perie- D rint toti quingenti: & Petro, tantum quingenti salui sint: Ioanni, non secus, salui sint toti quingenti: & tantum quingenti perierint. Vnus vero Petrus, refert totos saluos: refert totos mille: qui salui reperiuntur:

idque,

idque,ex decreto Syluestri,& Caietani: & horum,
A partem nullam relinquit Ioanni. Saluum igitur, & quod pertinet ad Petrũ,& quod pertinet ad Ioãnẽ, vnus Petrus desumit, sibi retinet, ac totum, decoquit.DAMNVM,vel deperditum,&quod pertinet ad Ioannem,& quod pertinet ad Petrum,totum imponitur vni Ioanni. De bis mille aureis positis in societate: quique fuerunt vnum totale capitale, mille
B præpositis a Petro,& mille appositis a Ioanne, quorũ mille perierunt,& mille sunt seruati:Salui,& quingenti,qui tantũ,Petro:&toti etiã quingenti,qui toti vni Ioãni,toti mille,vni Petro a Syluestro,& Caietano decernũtur salui:Deperditi,&quingenti,qui tantũ Ioanni,& toti etiã quingenti,qui Petro vni perierunt;toti mille, vni Ioanni dicuntur,& imponuntur
C deperditi.Repetit igitur tandẽ Petrus & quingentos:quos reperit vere sibi saluos:&quingẽtos semel & vere, sibi vni deperditos:totos mille quasi æque saluos repetit,& in casu,eorũ,qui cõmuniter timeri possunt,omniũ infaustissimo;in quo, verũ damnũ reperitur mille aureorũ:in quo, capitalis bis mille au-
D reorũ,vere perierũt mille:in quo,socius deperdit totos suos mille:ipse,sui capitalis,mille aureorum, nec nũmũ deperdit.Qui extra societatẽ, in eodẽ numero casu,vel omnino simile, ipse vnus mille aureos, pro tantũ opera solutos,perdidisset.Verũ iã, alterũ,

Episcopis Archiepiscopis. vere. Acroamaticũ.

Vsurain apertõ.

prænotatæ latitudinis, terminum extremum apponamus: & eius aliquod propositum exemplum excutiamus: vt contraria iuxta se posita, sibi ipsis mutuo præbeant lumen: & illustrentur præclarius. A

Repertis iam aureis.

3000.

QVI casus, est, eorum, qui communiter exspecta ri sunt soliti, omnium faustissimus: maxime si vera, si amplectenda doctrina Syluestri, & Caietani: B qui contendunt, in societate, tantum mille aureos, (ipsi dicunt) Petri, in pecunia positos, esse totale capitale: & reliquos bis mille, totos esse lucrum, & communes esse. Qui prouentus, de aureis tantum mille, & de tantum mille aureorum capitale, & intra tantum quinque annorum spatium, est quidem vberri- C mus. Quoniam, semel mille, intra quinque annos, alios bis mille, & singulis annis quadringentos, & singula centenaria annis etiam singulis, quadraginta aureos fuissent lucrata; idque omni damno deducto. Cuius insolentia lucri, aperte iam ostendit, doctrinam hanc perparum, nihil potius veritatis habere. D Sed examinemus, rem applicemus ad trutinam.

Extra societatem.

BIS mille aurei, ad hoc vnum negotium, ex superiori positione, sunt omnino necessarij: bis mille au-

se aureos confert vnus Petrus:bis mille aurei,toti simul componunt, efficiunt,& constituunt vnum acer uum,vnum cumulum, vnum capitale:bis mille aurei,
A sunt damno vni Petro.Hinc, id solum, quod facta compensatione huius damni, bis mille aureorũ, qui deductis bis mille:qui toti reuera fuerant dãno,repe riuntur reliqui,possunt intelligi lucro esse.Vnde,bis mille aurei,qui fuerunt vnum totale capitale, & cõmune,coniuncti,& toti simul,in eodem numero,aut
B omnino æquali casu,intra quinq; annos, tantũ semel mille aureos,& singulis annis ducentos:& capitalis, bis mille aureorum,singulum milliare, intra eosdem quinq; annos,tantum quingentos, & singulis annis centũ tantum;&eorũ singula centenaria,intra quin- que annos,tantum quinquaginta, singulis annis,tan tum decem aureos possunt lucrari.Hæc,ad superio-
C ra,confer quæso sapientissime: & horum, cum illis, contentionem spectato,oculis intentissimis.

PETRVS extra societatem, vnus ipse,totos bis mil le aureos posuit in hoc vno negotio,& aureis bis mille,non alios bis mille, sed tantum semel mille, & singulis milliaribus,tantum quingentos, intra
D quinque annos,& singulis annis tantum centum, & singulis centenarijs intra quinque annos, tantum quinquaginta, & singulis annis, tantum de cem aureos potest lucrari.

IOAN-

IOANNES conductus, qui nullam pecuniam, qui tantum operam posuit, eamque locatam, mille aureos exigit,accipitq; a Petro:mille aureos,cum in pecunia,consistentes,permanentesq., tum certissimos, & securissimos:tum ante omnia, ante omnem & lucri diuisionem, & capitalis deductionem:& quamuis,Petrus,totum suum capitale,& totos bis mille aureos suos,positos in negotio perdidisset. A

In Societate. B

DVORVM millia aureorum, non toti bis mille, non vtrumque milliare,sed vnum tantum dicuntur necessarij, & dicuntur capitale: & hoc milliare, nullo modo esse commune;sed totum priuatum, & totum,ad vnum Petrum pertinere,affirmat cum Syluestro,Caietanus. Vnde in societate, tantum semel mille sunt damno:& hoc damnum compensandum, ac resarciendum vni Petro, & vnus Petrus, potest ante lucri diuisionem, deducere hoc capitale, hoc damnum:& quoniam hoc toto damno, his, tantum semel mille aureis deductis:reliqui facti sunt,bis mille aurei:hi toti bis mille aurei, in societate, sunt lucrũ.Huius,ex societatis præscripto,vnum totum medium,pertinet ad vnũ Petrũ:alterũ tantum medium pertinet ad Ioannem.Ioannes, ante lucri diuisionẽ, C D

ex

nullum capitale; haud potest quicquã deducere: sed ex diuisione lucri, lucri tantum medium: quando lucrum adest. Hinc in societate.

A PETRVS ante omnia, & ante lucri diuisionem, primum deducit, & repetit totos mille aureos: quantos in negotio præposuit: præterea aggreditur lucri diuisionem: & medio lucro retento, refert de lucro, alios mille aureos: mille tantum aureis positis, intra quinque annos, alios mille: singulis annis, ducentos: singulis centenarijs, viginti aureos lucratur, annis etiam singulis. Pet. lucr. 1000.

B

IOANNES socius, quamuis tantum operam posuit, mille tamen aureorum posuit operam: & ad mille aureorum sortem Petri, mille aureos in pecunia, vere consistentes, & vere permanentes apposuit, & solutis conducto operario pro diurna mercede vndecim solidis, per quinque annorum singulos dies: tandem in pecunia, eidem, mille aureos persoluit: tamen ante lucri diuisionem, nullum deducit capitale: damni illati, mille aureorum, quos vere contulit in societatem, & in societate vere appposuit, nullam accipit compensationem sed lucri diuisionem exspectat: & si lucrum nullum adesset, nihil acciperet: cum vero nunc, bis mille aureorum (vt dicunt) reperiatur lucrum; medium lucrum tantũ accipit: Ioã. lucr. Nihil. Tantũre cuperat 1000.

C

D

tantum

tantum mille aureos refert. Medium lucrum accipit: ipse tamen nihil lucratur: ipse, lucri, nullam partem refert: solum recuperat, medio lucro accepto, totum suum capitale: totos mille aureos: quantos ipse A vnus, ipsemet apposuit.

Lucrum verum adest in hoc casu, sed tantum semel mille aureorum. B

Solus Petrus decoquit Totũ lucrum.

SOlus Petrus desumit, retinet sibi, deuorat, deglutit, decoquit totum hoc verum lucrum; vere natum de bis mille aureis, æq; atq; extra societatẽ. Vnde, vnus Petrus in societate, tantum mille au- C reis præpositis, intra quinq; annos, alios bis mille sibi vni alios mille, & singulis centenarijs, alios centũ, & tantum mille aureis singulis annis, alios ducentos, & singulis centenarijs, alios viginti aureos, singulis annis, lucratus est, æque atque extra societatem, præpositis bis mille aureis.

D

IOANNES, huius magni lucri, nullam partem sentit: in casu eorum, qui communiter soliti sunt exspectari, omnium faustissimo, lucri veri & maximi, mille inquam aureorum lucri, nullam sortitur par-

partem,in casu tantæ vbertatis, in quo, Petrus tantum mille,aureis,intra quinque annos, lucratur alios mille:& singulis annis alios ducentos:&
A singulis centenarijs, intra quinquennium, alios centum:& singulis annis,alios viginti: in casu,Petro,fausto adeo,Ioannes, qui, vere, etiam apposuit mille aureos in pecunia,consistentes, & permanentes,lucratur nil.

IN eodem numero casu,æqualibus sortibus collatis, sociorum,alter mille aureos, alter omnino nil, lu-
B cratus est.

Infirmatio.

BIS ijdem numero mille aurei,qui, ad hoc idem numero negotium,(vt præfati sumus)sunt omnino necessarij;extra societatem, toti sunt capitale: toti sunt damnum:adueniente societate, in societa-
C te,iam sunt mutati:eorum altera pars, mutant vices. Extra societatem, duo milliaria sunt vnum capitale commune:vtrumque milliare, est capitale partiale: duo milliaria simul & coëuntia, pepererunt tantum aliud milliare:quod fuit tertium. Extra societatem,
D bis mille aurei toti simul,intra quinque annos, tantum alios mille,possunt parere: singulis annis, tantum ducentos:singula milliaria, intra quinque annos,tantum quingentos:singulis annis,tantum centum:singula centenaria,singulis annis ., tantum decē

aureos possunt lucrari. In societate vero, eorundem duorum millia aureorū, vnum tantū milliare, seruat eundem statum: vnum tantum milliare manet capita A
le; tantum semel mille aurei, sunt ad idem numero negotium, capitale: alterū milliare transfertur, aut transit ad lucrum: & refertur ad lucrum: & connumeratur in lucro. In eodem numero negotio extra societatē, toti bis mille ambo duo milliaria sunt vnū capitale: & tantum semel mille, sunt vnum milliare sunt lucrum. In societa contra tantū semel mille re- B
pertis 3000. aureis eorum solum vnum milliare sunt capitale: & toti bis mille, duoque milliaria, iam sunt lucrum. Vnum idem numero milliare quod extra societatem, intra quinque annorum spatium, tantum quingentos, & singulis annis tantum centum; & eadem numero singula centenaria, quæ, an- C
nis singulis, tantum decem aureos possunt lucrari; in societate, idem illud vnum numero milliare, intra idem quinque annorum spatium, bis mille aureos, & singulis annis, quadringentos; & eandem numero singula centenaria intra quinque annos, ducentos aureos lucrata sunt: singula centenaria parturientia, D
parturierunt quidem & nascetur, & non ridiculus musi sed prægrande quidem lucrum: sed permagnus quidem partu: singula eadem centenaria, quæ extra societatem, singulis annis, vix, potuerunt decem dare, nunc,

re,nunc,in ſocietate,ſingulis annis,pariunt iã, exſpe
A ctato ſapientiſſime,exſpectato,(difficilis enim eſt,& maxime partus)vno,eodemq; numero partu,pariũt aureos QVADRADRAGINTA. O magnum, O nouum potentiæ genus, O potentia ſumma vnius ſocietatis: quæ, quod denegatur naturæ, tam facile, tam breui operatur: quę efficit, vt illud idem numero,quod generat,eodem numero nunc,conuerſo re
B rum ordine,ipſum idem, quod generat, generetur: & parturiens,idẽ ſit partus:quod eſt capitale,ipſum idem,eodem numero nunc,ſit lucrum:quæ etiã effi-cit; vt quod duo æqualia & æqualis virtutis,coëuntia non poſſunt;eorum alterum per ſe,& ſolum, eodem loco , eodem numero nunc , potuerit perficere. Duo millia aurei , aut duo milliaria, quæ
C extra ſocietatem , vnum conſtituunt capitale,coniuncta ac ſimul , vel conuenientia , nullo modo bis mille aureos , nullo modo alia duo milliaria, nedum milliare & nummum , ſed tantum & ſemel mille aureos ; ſed tantum vnum milliare , queunt lucrari:nec nummum vltra. Vna vero ſocietas, illud
D præſtat,illud perficit;vt tantum ſemel mille , vt tantum vnum milliare,non modo alios mille , non modo aliud milliare:ſed,in,eodem numero nunc, quo, pariuntextra ſocietatem,tantũ mille,tãtum vnũ milliare; in ſocietate pariãt & bis mille aureos , & duo

etiam milliaria:& tandem,complet opere; vt, semel mille,qui extra societatem, toto quinque annorum tempore,tantum quingentos possunt lucrari: in societate,lucrati sint bis mille alios:& qui, singulis annis, extra societatem, possunt lucrari tantum centum:in societate lucrentur quadringẽtos: & tandẽ, vt,singula centenaria,quæ extra societatem,singulis annis,tantum decem aureos possunt reddere: in societate,eodem numero nunc, quadruplum reddant partum:singulis annis, iam quadraginta aureos lucrata sint. A B

QVONIAM vero hęc omnia,quasi portenta,& monstrua quædam sunt,in rerum natura;tutius quidem nobis est, communem sequi naturæ ordinem: qui,nos aberrare a veritate, haud patietur.Fateamur itaq.,quę,conueniunt cum veritate:in eodem numero casu, quod extra societatem,idẽ esse in societate. Si extra societatem, duo milliaria sunt capitale, & damno:in societate,duo etiam milliaria,esse capitale & commune,& damnum. Nec secus, quando extra societatem,tantum mille sunt lucrum: in societate, etiam, tantum mille lucrum esse.Item, æque atque extra societatem,singulum milliare,lucratur tantum quingentos;in societate quoque,singulum milliare, lucretur tantum quingentos C D

VNDE,in societate,Petrus, ante lucri diuisionẽ,

non

non duo milliaria,non vtrumque milliare: ſed vnum tantum milliare poteſt deducere:& ex diuiſione, nō totum lucrum,quod reſpondet duobus milliaribus,
A & quod ex duobus milliaribus natum eſt,non totos mille aureos:qui tantum,ſunt totale lucrum, bis mil le aureorum,aut duorum milliarium : ſed lucri veri, ſed horum mille aureorum, qui ſunt verum lucrum, tantum poteſt referre eam partem:quæ, illi vni milliari,quod Petrus poſuit reſpondet.vni vero milliari,lucri totalis,vnum medium tantum, tantum quin
B genti aurei poſſunt reſpondere. Hoc totum,neceſſarium omnino eſt.Quoniam Petrus,in ſocietate, vt Sylueſter,& Caietanus, & omnes fatentur, non duo milliaria,ſed vnum tantum milliare poſuit: & vnum tantum milliare,eſt Petro capitale. Vnde,Petrus,in ſocietate, ex hoc negotio, ex hac ſocietate,
C non poteſt reportare mille aureos primum, pro capitale:mille deinde,de lucro,aut lucri: non inquam, poteſt bis mille aureos reportare: ſed tantum ſemel mille & quingentos:quia,hi tantum, ad Petrum pertinent.

DE hac ſumma,ter mille aureorum: qui in ſocie-
D tate,in hoc caſu reperiuntur, totis mille & quingentis a Petro deductis; reliqui facti ſunt totidem: alij etiam mille & quingenti ſpectantur reliqui. Hi, nullo iure ad Petrum, nec pars eorum poteſt pertinere:

nere:& eum abstinere oportet ab illis,quoniam si referret,rem alienam acciperet, & committeret furtum.Ad quem autem,hi toti mille & quingenti aurei,ad Petrum haud spectantes,pertineant;facile est A
inuenire.Sentiendum quidem est, totos pertinere ad socium Petri: totos spectare ad vnum Ioannem. Fatendum etiam, hos mille & quingentos pertinere ad Ioannem, ex eadem ratione, ex qua ad Petrum, illi mille & quingenti spectauere.Hinc,quoniam, illorum,Petro tantum quingenti fuerunt lu- B
cro:cæteri mille,toti fuerunt damno; aut damnum: toti mille fuerunt capitale:quia ad negotium, & societatem mille aureos contulit: æque etiam, horum mille, & quingentorum, quos Ioanni, (id summa iustitia exigente) attribuimus: tantum quingentos esse lucrum:cæteros mille,totos fuisse damno, aut
damnum Ioanni,& fuisse capitale: & Ioannem, eos C
totos in pecunia,& vere consistentes, & vere permanentes,ad idem negotium, ad eamdem societatem contulisse;est factum omnino necessarium.Nam rationem, quam seruant illi mille & quingenti, qui sunt vnum medium totius summæ, ter mille aureorum: eandem, hi cæteri etiam mille & quingenti, D
qui sunt alterum eiusdem summæ medium, vt seruent, oportet.Vnde, quando Petro,tantum quingenti sunt luctum: & cæteri mille fuerunt capitale,&

le, fuerunt damnum, & est æquum, ei, huius damni compensationem fieri: & hos, Petrum deducere ante lucri diuisionem: æque etiam Ioanni, horum mille & quingentorum, ad vnum Ioannem
A spectantium, quingentos esse lucrum: mille reliquos, totos fuisse capitale, est omnino necessum: & Ioannem, in hoc negotio: & in hac societate, mille aureos in pecunia, mille aureos vere consistentes, & permanentes posuisse; & hos fuisse capitale Ioannis: & hos fuisse Ioanni damnum: & hu-
B ius damni, cumulatam compensationem debere ei fieri: & hos totos mille aureos, ante lucri diuisionē, posse Ioannem deducere: & hos totos mille aureos, restituendos esse vni Ioanni, ante lucri diuisionem, opus est credere, opus est fateri, opus est mi-
C liti Christiano affirmare, asseuerare, defendere, contendere, & pro hac vna veritate, vel longe a domo bellare, & congredi vel cum Syluestro, vel cum Caietano. Quorū sequutus Petrus sententiā, & fine ratione, summā auctoritatem, vt in superiori proxime, in hac partitione, repetit primus, & ante omnia to-
D tos mille aur. quantos ipse posuit, & pro sibi præposito capitale: & deinde, nō deducto toto dāno; haud deductis mille aure. appositis a Ioanne Ioanni, nulla facta cōpensatione, illius damni mille aureorū quos in societate, & negotio posuit; nullo Ioanni reddito

capi-

capitale; reliquos bis mille aureos, totos esse verum lucrum contendit: & huius statim diuisionem aggregitur: & huius vnum tantum medium, totos mille aureos, sibi vni reseruat & retinet: alterum tantum A
medium lucrum, reliquos tantum mille aureos: reliquos facit, & Ioāni accipiēdos. Petrus, refert de negotio, bis mille aureos: Ioannes, qui, contulit quantū Petrus, tantū mille refert. Syluester, & Caietanus, vni Petro, totum lucrum attribuunt: nihil de lucro concedunt Ioanni. Eorum doctrinam amplexatus, Pe- B
trus, ipse vnus desumit totum lucrum cōmune, natū de totali capitali, bis mille aureorum: Petrus, ipse vnus, retinet sibi totum lucrū, & totos quingentos, qui vere respondent, milliari: quod ipse posuit: & totos quingentos: qui vere respondent, alteri milliari, capitali vero, Ioannis, & ad vnum Ioannem perti- C
nenti: qui vnus Ioannes, illud alterum milliare, & totum illud capitale partiale posuit. Vnde, æque atque, in superiori experimento, Petrus (absit inuidia verbo,) QVINGENTOS aureos, secundo, FVRATVR FVRATVR socio Ioanni. Hoc quam grauissimum incommodum, sequitur semper, seruata D
proportione, quandocunque tanti opera, quanti pecunia est.

2 Petr. Furatur Ioā. Quingētos aur.

Qui ponit pecuniam, ei qui ponit tantum operā, totum vnum medium pretium operæ FVRATVR: idque

idque certissimum est:& quisque,si rem ad calculos reduxerit,reperiet verissimum.Quam secura,quam certa,quam tuta,quam vera, via, qua nos ducunt;
A doctrina,quam reliquerunt in his scriptam,quam æqua,quam iusta societas hæc:quam describunt, quã probant maxime Sylvester,& Caietanus?Quis si nõ mentis oculis captus, cum proprijs valeat spectare, quo ducitur;aperire negligat?Itudeat potius occludere?seseque totum,alterius aut inscitiæ,aut errori,
B vel inuoluntario,aut voluntati, aut ducatui sine ratione,tradere?Hoc:viris dedecet quidem,subiaceãt huic necessitati,apodes pueri.

HÆC duo,duorum extremorum, præfatæ latitudinis,experimenta,nos docent,Petrum in casu,corum,qui communiter possunt timeri,omnium infaustissimo,totum effugere damnum,nullam sentire dãni partem: In casu eorum, qui sperari possunt,omnium faustissimo,totum lucrum exforbere: nullam partem non accipere.Ioannem,in eodem casu damni,totum damnum suscipere:nullã illius partem non subire:In eodem casu lucri,eorum,qui communiter exspectari queunt,omnium faustissimo;totum lucrũ
D deperdere,totum etiam,quod ad vnum se vere, & iustissime pertinet.Eadem experimenta nos docẽt: Petrum lucrari;quantum Ioannes recuperat sui capitalis.Ioannes recuperat totum suum capitale:&to

tos mille aureos: quantos posuit: Petrus lucratur mille aureos. Petrus, antequã Ioannes incipiat quic quam lucrari, ijsdem mille aureis Ioannis, ipse lucratur quingentos aureos. Quoniam, (quod ostendi,) A extorquet in hoc eodem casu, totum lucrum respõdens, mille aureis: quantos posuit Ioannes: totum inquam lucrum pertinens, totos quingentos aureos spectantes ad vnum Ioannem. Sed, cum extremorum exempla prætulerimus, & excusserimus; afferamus etiam media. B

Repertis aureis tantum.

2 0 0 0.

HIC casus, in aduersis, improsperisque est annumerandus: Nullum etenim verum lucrum C reperitur in negotio, aut societate.

Extra societatem.

BIS mille aurei, qui sunt necessarij, ad hoc vnum negotium, toti sunt confusi, in vno eodem numero vel aceruo, vel cumulo, toti conficiunt, ac con D stituunt vnum capile totale, toti negotio commune: vtrumque milliare est capitale partiale, ac etiam cõmune: toti sunt damnum, toti sunt damno vni Petro:

quia

quia vnus Petrus, totos bis mille posuit. Hinc, quo-
A niam, compensatione facta huius damni; quoniam in
quam, totis bis mille aureis deductis, nihil spectatur
reliquum; palam est; nullum verum lucrum in negotio adesse. Vnde.

PETRVS, qui vnus extra societatem, totos bis mille posuit: mille negotiationi dicatos: mille etiam: quos pro operibus, conducto operario persoluit
B nihil potest lucrari: nihil lucratur. Pet. lucr. Nihil.

IOANNES conductus, qui nullam pecuniam, qui tantum operam, eamque locatam posuit, mille aureos, quos pro operibus suis, a sui conductore accepit in pecunia numerata, & consistentes, & permanentes reperit, & habet securos sibi factos, a fidissima sua arca: cui eos credidit adseruandos,
C ad extremum vsque diem negotiationis.

In Societate.

BIS mille aurei ijdem, iam aliter se habent: pars, vnum tantum milliare est capitale, est damnum: & vnum tantum milliare, & illud solum, quod Petrus posuit est capitale, & damnum: & quoi iam hoc
D tantum damno deducto, & compensato Petro, cui inquiunt illatū: quoniam tantum semel mille aureis, ab vno Petro, qui mille contulit, deductis, reliqui inueniuntur mille alij; toti hi mille sunt lucro & Syluestro, & Caietano sapientissimis. Hinc.

PETRVS in societate, ante omnia deducit totos mille illos; quos (vt loquitur nec proprie, nec vere Caietanus) ipse posuit, & sunt iplius capitale, & nullo modo cõmunes, sed ad vnum ipsum pertinent: quam recte? Præterea, deinde diuidit illud, mille aureorum, quod dicunt, lucrum: & huius, totũ vnum medium retinet sibi, tãtum alterũ medium lucrum, Ioanni accipiendum relinquit: & ipse recuperat de negotio, ac societate, mille & quingentos aureos.

Pet. lucr. 500.

A

B

IOANNES vero socius, qui eamdem operam, qui tantam operam, quantã conductus, qui tantũ operam, sed millequidem aureorum operã, sed mille aureos vere in pecunia, & consistentes, & permanentes operario, & mercatori conducto, pro tãtũ opera persoluit: qui alterũ milliare, quod nõ præposuit Petrus appposuit: huius dãni, quod susceptit mille aureorũ, nullam accipit compensationẽ: nullũ deducit damnum: capitale nullum repetit: sed quoniã totum capitale, quod ipse posuit, factũ est lucrũ, & factum est commune, & huius totum vnũ medium cesit Petro; ipse, Ioannes inquam, tantum alterum, medium, tantum quingentos aureos, potest accipere: & tantum quingẽtos reportare, deferreq; potest de negotio. Tãto deterioris cõditionis cõductus factus: quanto mille

Ioannes deperdit 500.

C

D

Recuperat tantũ 500.

mille aurei, superāt quingētos. Recuperat Ioānes, sui capitalis, tantū quingentos: & Petrus lucratur quingentos, & eosdem quingentos: quos, de
A suo capitali, deperdit Ioannes.

IN eodem numero casu, sociorum, qui æqualia capitalia contulerunt alter, Petrus, repetit totum suū capitale: præterea, aureos quingentos lucratur: alter vero, nempe Ioannes, nullū repetit capitale: sed eiusdē capitalis. Mediū totū, quingentos inquā aureos, deperdit.
B

LVCRVM nullum, nullum DAMNVM

PETRVS tamen, quingentos aureos lucratur: furatur si dixerimus; nferemus ne, huius societatis præclarius auctoribus, calumniam? haud quidē
C nolentes quippe, tradiderunt hanc, non veram doctrinam, existimantes esse verissimam.

IOANNES, quamuis in negotio, nullum reperitur verum DAMNVM; nihilominus deperdit quingentos aureos: quoniam, Petrus socius, sub æquissimæ societatis pallio, eos, ei impune furatur.
D

Refutatiuncula.

BIS mille aurei toti simul, & coniuncti, qui extra societatem, toti sunt capitale, nihil omnino, ne-

dum

dum nummum quidem possunt lucrari. Horum eorundem in societate alterum tantum medium, alterum tantum milliare : & solum, quod posuit Petrus, est capitale. In eodem numero nunc, vna, tantum per A
operationem solius intellectus , adhibita societate, semel mille aurei : & hi tantum, qui a Petro fuerunt collati : qui extra societatem, sunt omnino steriles, vbere de fraude, de iniquitate , deque vsura pleno, tanta iam commendantur cum fœcunditate, tum vbertate; vt, eumdem Petrum, depressum mœstitia, ia- B
centem iam humi, præ nimia , duorũ millia aureorũ sterilitate, aliorũ mille aureorum , nouo inexspecto, & perquã vberrimo partu & prouẽtu erexerint, fecerintq; lætantem, inter domesticos, & amicos sibi congratulantem, choros ducentem, exultantemque, & positum extra se, prę nimia hilaritate, de mille C
aureorum vberrimo partu. Quis iam non laudet, nõ cõmẽdet mirandam hanc potentiam, in vna societate? quæ iuld effecit ; vt ijdem mille aurei , qui nunc extra societatem sunt & capitale , & quam proxima potestate, cum parentes, tum genitores; in eodem numero nunc, in societate, magna exorta subito, rerum D
perturbatione, iã ex vnius doli, fraudis, & vsuræ præscripto, commutati omnino, facti sunt lucrum , partus, soboles: illud perfecit, vt etiam si duo milliaria simul, & coëuntia, extra societatem, nec nummũ possunt

sunt lucrari, eorũ eorumdem, tantum vnũ milliare, alterum coëuũ sibi, & consortẽ, potuerit totũ regenerare. Duorũ enim illorũ milliariũ, quæ, extra societatẽ, ambo simul sunt vnũ capitale totale, & vtrũq; per se est vnum capitale partiale, natũ aptũ lucrũ parere; eodẽ numero nunc, in societate, vnũ solũ est capitale, alterum totum est lucrum: vnum tantum generat, paritq; totum alterum: vnũ milliare solum, lucratur totum altetum milliare: quod extra societatẽ est capitale, generans, & parens. Duo milliaria, extra societatem, vel conuenientia, vel coëuntia quinq; annos, totos quinque annos perdurarunt in sterilitate: nec nummum quiuerunt parere, lucrari: eorundẽ vero, vnum tantum milliare & solitarium, & sine consorte, partum edit sibi ipsi æquale: vnum solum milliare, alterum generat milliare: semel mille aurei, mille alios, qui ijdẽ sunt capitale, lucrãtur: vnũ dẽ numero milliare est capitale, & est lucrũ, in eo dẽ numero nũc.

HÆC autem omnia, in rerũ natura, portenta quædam sunt, admonentque nos, horum mõstrorum parentes, & progenitores, etiam his similes esse, & quędam monstrua. Generatur enim quodque a sui simile: & referunt filij suos, cognoscesq; ex filijs, parentes Nã malę soboles, a malis parentibus: & viperę, viperarũ genimina sunt. Parẽtes horũ mõstrorum, & causas, tibi sapientissimę persuadeas velim, esse duo illa:

Con-

concedi capitale, in societate ei solũ: qui confert pecuniã negotiationi traditã: & illam tantum pecuniã dici capitale, & fuisse damnum: & ad cognoscendũ, intelligendũque lucrum, hanc tantũ pecuniam deducí: & tantum hac deducta, & reddita tota ei vni, qui, illã (cum Caietano) posuit; reliquam totam intelligi lucro esse. PONENTI vero tantum operam, capitale omnino denegari: pecuniam, pro operibus exhibitis persolutã, nõ esse nec capitale, nec damnũ in societate: æque atque extra societatem: mille aureos, quos Ioannes socius, ponens tantum operam, conducto operario, aut mercatori, pro operæ locatæ, mercede, persoluit; non esse capitale: non esse damno Ioanni, vt sunt Petro extra societatẽ: & non deduci ante lucri diuisionem: & non repeti ab vno Ioãne, similiter atq; a Petro, mille, negotiationi tradi ditos: sed hos mille aureos, a Ioanne, pro tantum opera solutos, totos factos esse lucrum, in societate, & factos esse communes, & eorum, vnum mediũ totũ, cedisse vni Petro: totos quingẽtos a Syluestro, & Caietano attributos vni Petro fuisse: & Ioanni cõdedi, ac decerni tantũ medium alterum: tantũ quingentos reliquos. Hinc equidem Petrus, qui, extra societatem, bis mille aureis positis, & bis mille aureorum capitale, nec nummum potest lucrari: in societate tamen, in eodem numero & casu, & nunc

A B C D

tan-

tantum mille collatis aureis, & capitali, tantum mille aureorum, iam quingentos aureos lucratur. Extinctis vero,& sublatis parentibus; deleentur &
A soboles:remotis inquã,& deletis horum incõmodo rum veris,primis, cohærentibus, continentibusque causis;omnia reducuntur ad summam æqualitatem, & pristinum statum.Concesso inquã, in nostro exẽplo, etiam ponenti tantũ operam,concesso inquam,
B capitale mille aureorum: concessis mille aureis, in pecunia etiam Ioanni:qui,in nostro exemplo, tantũ operam posuit,mille aureorum: & hos mille aureos, totos fuisse Ioanni & capitale, & damnum:æque ac Petro extra societatem: &eidem Petro in societate, totos mille;quos ipse posuit,& tradidit negotiationi:& ideo totos hos mille solutos pro operibus, de-
C ducendos Ioanni,ante lucri diuisionem; si fateamur: & hos totos mille vni Ioanni attribuerimus,restitue rimusque,iam erit verum, omne damnum fuisse deductum: & factam fuisse compensationem omnis damni illati:quod ad æquam societatem requirit Iustinia. *vbi supra* §. *Quod tamen, ita intelligi oportet.* Hoc vno, restituta sunt iam omnia in pristinum,
D in idem quem extra societatem, habent statũ. Vtrũque siquidem milliare, æque est cum capitale, tum damnum:Vtrumque æque deducitur ponenti, & restituitur:tantum vnum milliare Petro, qui tantum

vnum milliare : reliqui tantum mille aureorum pecuniam, de qua est negotiatum tradidit: totum alterum milliare vni Ioanni : qui totum alterum milliare: qui totā mille aureorum pecuniā; qua est ne A gotiatū: qua gesta res est: sine qua haud gestū fuisset negotiū, sine qua, de illa negotiationi tradita, haud fuisset negotiatū: cōtulit, adiecit, adposuit forti mille aureorū Petri: vel si inficietur Syluester. His duobus capitalib. partialib. restitutis, vnoquoq; toto & integro, domino eius, (cū Caietano loquamur) qui illud B posuit: quia his totis deductis, quę fuerunt vere dānum, est omne dānum deductum; est etiā facta cōpensatio cuiq; sociorum dāni illati, & hoc omni dāno deducto, & hac cōpensatione facta, nihil supererit: edocti a Iustiniano intelligimus manifeste, & deprehendimus, nihil omnino in negotio reperiri: quod C queat lucro esse: nedum Petro: sed rem omnino eodem modo se habere in societate; ac extra societatem : neutrum milliare fuisse quicquam lucratum, nec dum nummum: nullum dānum in capitali totali, nullum in partiale sentiri: sed nullum, nec nūmi nec oboli lucrum. Tantum abest, vt tantum vnum milliare vnius Petri, vere, sine dolo, sine fraD de sine furto potuerit parere, lucrari, mille aureos: vni Petro quingentos: alios etiā quingentos Ioanni: quin primū totos mille furetur Ioāni: horū

dein-

deinde retineat sibi quingentos: Ioāni reliquos tātū
A quingētos restituat. Misericordia quidē cōmēdāda, &
maxime, furari primū, & furti mediū, cui est ablatum,
totum postmodum dare: retinere alterū totum. Hoc
volentes, nolentes Syluester, & Caietanus sua doctri
na Petrū docent, & mercatores omnes. Hac edoctus
Petrus, cōtēdit neglecta admonitione Iustiniani, lu-
cro esse totos mille aureos, sibi mille suis deductis, re
B liquos: qui toti fuerūt Ioāni capitale, & dānū, & perti
nēt ad vnū Ioānē: & vni Ioanni sunt restituēdi; vt ei
fiat damni illati cōpēsatio: & Petrus, lōgo sub pallio,
societatis iniquissimæ (æquissima quāuis iudicatur)
palā, in magna, & sapientissimorū hominū frequētia,
vna tantum sicca, vna facę, vna falce, vno, eodēque
furto, impune QVINGENTOS aureos, tertio iam
C FVRATVR FVRATVR FVRATVR: (si vera
quę sunt, propijs nominibus licet profari) & id om
nes iure fieri putant: quod multorum exēplo, quod
vel abusu receptum: quod veterrimum: quod aucto
ritate fit tum Syluestri, tum Caietani: qui, suo &
prudētię, & sapientię, & dignitatis: & religionis, &
D sanctitatis quasi lumine, & splendore pœne vniuerso
orbi lucent, splendent, refulgent. Quo iā nostri mer
catores, vaferrimi, & calidissimi superioribus (qui
nullo tali exemplo in Republica cognito, nulla sa-
pientum ducebantur auctoritate, ex qua excusari

2 Pet. fura. Ioanni Quingē tos aureos

possunt continebantur) fiunt multo crudeliores, multo intollerabiliores:& horum ipsorum iam multo malo,eorum posteri, proh dolor haud parum in dies singulos cũ afferunt, tum addunt de suo. Sed A iterum,atque iterum percusso silice, aliorum exemplorum, experimentorumque accensum lumen addamus; si forte dabitur in medium pellucidum proferre,iam pœne extinctum lumen ipsius veritatis;vt omnibus luceat hominibus: vt omnes clarissime videant, quando,qui pecuniam contulit,mille aureos B posuit,& qui tantum operam, mille etiam aureos adiecit,vel operam mille aureorum ipse per se exhibuit; nec bis mille aurei finito negotio reperiuntur; tunc iam non posse spectari, iam non inueniri integrum,&saluum totum capitale mille aureorum, eius,qui pecuniam (vt dicunt) pecuniam inquam C de qua est negotiatũ posuit: sed quantacũque,pecunia, quæ soluta societate in negotio reperitur, sit; quando simplex est societas:eam totam esse communem ponenti pecuniam,& ponenti tantum operam, seruata tamen proportione,& pro rata cuiusq., nec posse, qui posuit (vt dicunt) capitale, deducere quantam posuit: quin & alter, qui tantum operam exhibuit, deducat æque, & simul totum pretium suæ operæ: aut si non reperitur capitale amborum sociorum, & totale saluum, partis & summæ sal-

mæ ſaluæ æque quiſque deducat partem : quæ ipſum vere & iuſte contingit.

A *Repertis in negotio aureis tantum*
1500.

QVI caſus, infauſtus iam cenſendus: deſiderantur enim iam, in totali capitali, aurei quingenti: Damnum in negotio ſentitur verum, Quingen-
B torum aureorum.

Extra ſocietatem.

BIS mille aurei, ad hoc vnum negotium, vt eſt ſæpe repetitum ſunt neceſſarij : hi bis mille aurei, in negotio toti ſunt capitale : toti ſunt damnum : ſi
C his deductis, nihil reliquũ ſit; nullũ in negotio adeſt verũ lucrũ: ſi nec hi bis mille aurei reperiuntur, nec toti, de ſumma reperta, poſſunt deduci, DAMNVM verũ eſt in ipſis bis mille aureis: qui fuerunt capitale. Totũ quod in illis ipſis bis mille aureis deſideratur, eſt veriſſimum damnum in negotio : vt in propoſito caſu, Damnum verum adeſt quingentorum aureo
D rum. Singulum milliare 250. aureos deperdit, & 750. ſeruat ſaluos.

PETRVS hinc, qui vnus, extra ſocietatem, poſuit in hoc negotio, totos bis mille aureos, capitale habuit

buit bis mille aureorum: bis mille aurei ei vni fuerunt damno: & repertis, finito negotio, tantũ semel mille & quingentis, Damnum verũ accepit, in ijsdẽ ipsis bis mille aureis, Quingẽtorũ aureorũ: quingentos aureos, ipse vnus deperdit. Duorum millia aureorum totalis capitalis, singula milliaria, ducentos, & quinquaginta aureos deperdunt.

Ioannes conductus, qui nullam pecuniam, qui tantũ operam ex mille aureis locatam exhibuit: mille aureos reperit, & habet in sua arca certos, se- B curos, & integros.

In Societate.

BIS mille aurei ijdem, in societate, non seruant iam eamdem rationem: eorum, vnum tantum C milliare est, permanetque capitale; & dicitur fuisse dãno. Vnde, quia solo, & toto hoc milliare deducto, dicitur deductum iam fuisse totum damnum: & hoc deducto, reliqui spectantur quingenti aurei: Syluestro, & Caietano, hi quingenti aurei, toti intelliguntur lucro esse. Hinc.

PETRVS, qui in societate, tantum vnum milliare, D tantum semel mille aureos posuit, ante omnia deducit totum suum capitale, totos mille aureos: quoniam inquit Caietanus, ipse illos, & illud capitale

pitale præposuit : deinde diuidit lucrum illud, quingentorum aureorum, & medium vnum totum retinet sibi,& lucratur ducentos & quinqua Pet.lucr.
A ginta aureos:& mille ducentos & quinquaginta, 250
in hoc casu reportat de negotio.

IOANNES socius, qui operam posuit in negotio, quantam conductus: qui,in societate,mille aureo Ioannes
rum operam posuit: qui pro tantum opera, mille deperd.
aureos,in pecunia,conducto mercatori persoluit: 750
B & capitale mille aureorum apposuit, & damnum accepit vere mille aureorum.Medium lucrum accipit.Sed nihil lucratur:immo sui capitalis mille aureorum,maximā partem,septingentos &quinquaginta aureos vere deperdit. Quoniam accepto tantum medio lucro : tantum ducentos &
C quinquaginta aureos sui capitalis recuperat: Recuperat
quantos lucratur Petrus.Conductus vero, mille 250
securos recepisset.

IN eodem numero casu,sociorum,qui paria, vel æqualia capitalia in societatem contulerunt: quorum vterque mille aureos posuit: alter repetit integrū totum suum capitale ante omnia: præterea 250.au
D reos lucratur: & reportat de negotio,mille ducentos & quinquaginta: alter vero:de ijsdem suis mille,de eodem suo capitale, deperdit septingentos & quinquaginta:Tantum abest vt lucretur.

DAM-

DAMNVM verum, & DAMNVM tantum 500. aur. reperitur.

PETRVS tamen, non solum, nullam partem sen A
tit huius iam magni damni: sed adhuc etiã lucra
tur, & lucratur ducẽtos & quinquaginta aureos:
qui, extra societatem, ipse vnus, appositis bis mil
le, deperdit quingentos.

SOLVS Ioannes, suscipit hoc totum damnum:
Solus Ioannes sentit. totum damnũ
solus Ioannes, totum hoc verum damnum sentit:
solus Ioannes, deperdit totos hos quingentos au B
reos: qui vere perierũt, de totali capitali bis mille
aureorũ: quod damnũ iure, gentiũ est, commune:
& pars, ad Ioannem: & pars, ad Petrum pertinet.
Episcopis Auscultãdũ.
Et, solum Ioannem, sentire, hoc totum damnum
grauissimum iam est: At grauius multo; solum
Ioannem, sentire hoc damnum totum: sed non C
hoc damnum solum. Damnum quidem verum
sunt, tantum quingenti aurei: qui vere desidera-
tur in totali capitali: sed Ioannes deperdit solus,
non solum totos hos quingentos: sed septingen
Pontificibus maxime Cauendum.
tos & quinquaginta deperdit: vt oculis propijs D
licet videre, in partitione: præter quingentos,
qui vere in negotio sunt damno, deperdit solus
Ioannes, alios ducentos & quinquaginta. In ne-
gotio, totum damnum est tantum quingentorũ:
& vni Ioanni, totum damnũ est, septingentorum
& quin-

& quinquaginta aureo. O præclara ſocietas. O bella:contra quam bellum noſtrum(nec deſipior) belliſſimum,& victoria glorioſior.

A HÆC ordinis conuerſio,hęc rerum perturbatio, argumentum ſunt manifeſtum, certiſſimum, neceſſarium iniquitatis,doli,fraudis,nequitiæ, iniuſtitiæ,furti,rapinæ,vſuræ. Petrus,in ſocietate, tantum vnum milliare poſuit: Ioannes, appoſuit alterum milliare,negotio gerendo neceſſarium. Singulum
B milliare,vere, tantum deperdit ducentos & quinquaginta: Singulum etiam milliare,ſeruat ſaluos,totos ſeptingentos & quinquaginta. Nam,extra ſocietatem,duo milliaria ſimul,quingentos tantum aureos,& hos totos deperdunt. Tã longe abeſt a veritate;vt Vnum milliare ſolum, in eodem numero ca-
C ſu,& nunc, quod fingamus acceſſionem ſocietatis; quingentos potuerit lucrari.In eodẽ numero nunc, vnum & idem milliare deperdere ducentos,& quinquaginta: & lucrari quingentos. In eodem numero nunc, duo milliaria ſimul, non poſſe lucrari vel nummum: ſed potius deperdere quingentos: & eorumdem duorum milliarium,alterum ſolum, quin
D gentorum,dediſſe lucrum.

EX his,factum eſt neceſſarium;Petrum, ſui tantum vnius milliaris, ducentos & quinquaginta perdidiſſe;& ſeptingentos, & quinquaginta tantum re-

perire saluos: & de negotio, hos tantum septingentos & quinquaginta posse reportare. Nec aliter Ioã nẽ, sui milliaris, perdidisse ducentos & quinquaginta: sed hos tantum: & saluos habere, totos reliquos A septingentos & quinquaginta: & hos totos posse exigere, & referre de hoc negotio.

QVONIAM autem siccarius hic, & depeculator Petrus, gemina sicca, gemina face, iam adactus, nimia aurei cupiditate, adoritur socij Ioannis capitale, & milliare: primus, primum, & ante omnia, deducit ipse, B totum suum capitale, totũ suũ milliare: quia (auctore Caiet.) illud posuit: deducit ante omnia, totos mille aureos: quia ILLOS cõtulit. In his ipsis mille, quos primum deducit, iam etiam ante omnia repetit, totos illos ducentos & quinquaginta aureos: quos totos, iam semel, & vere, de suo milliare perdidit. C Præterea, quia, asseuerantibus Syluestro, & Caietano, existimat, totos quingentos reliquos, esse lucrum commune; hoc diuidit æquis portionibus: vt, ijdem auctores definiunt: & huius lucri, vnum totum medium, totos ducentos & quinquaginta, sibi vni attribuit: medium tantum alterum, tantum ducentos & quinquaginta reliquos, dat Ioanni. Hinc. D quamuis, qui, in societate, vnum milliare, vel tantũ semel mille aureos posuit, & de his, deperdit ducentos & quinquaginta; & septingentos & quinquagin

ta

ta tantum vere habet,& reperit ſaluos ; tamen quia, primum mille deducit:quantos prępoſuit;ita,primũ
A repetit,non ſolum totos ſeptingentos & quinquaginta,ſibi de ſuo milliare vere ſaluos:ſed quoque deducit, & repetit, totos ducentos & quiquaginta: qui,in ſuo milliare deſiderantur:& vere,ſibi vni,iam deperditos:& hos totos deſumit, de ſeptingentis & quinquaginta,vni Ioanni ſocio ſaluis : & qui perti-
B nẽt,ad vnum Ioannẽ:& vt,iam demonſtrauimus,toti ſunt vnius Ioannis.

IN hoc vno, duplex malum , aperta & manifeſta cum iniuſtitia,tum vſura. Vſura quidem. Fit enim ſic,vt hi ducenti, & quinquaginta aurei iam deperditi,vni Petro,eidẽ vni Petro ſint ſalui : & toti pereãt uni accipiẽti,vni Ioãni mercatori: qui operã ap
C ponit:de cuius ſeptingentis,& quinquaginta ſaluis: deducit Petrus totos ducẽtos & quinquaginta:quibus,reſarcit ſibi,illud dãnũ:vt ſecuros , & ſaluos ſibi faciat totidem ſibi deperditos. Nec id mali ſolũ:ſed huic adeo iã multo malo,addit etiã illud grauiſſimũ: de quingẽtis reliquis, qui toti ſũt pars ſeptingẽtorũ &quinquaginta pertinẽtiũ ad vnũ Ioãnẽ,quiq; ideo
D toti ſũt vni° Ioãnis,ſecũdo accipit vnũ totũ mediũ: ſecũdo extorquet,alios etiã ducentos&quinquagin ta:& hi, ſunt illi ijdẽ ducenti,& quinquaginta:quos (vt loquũtur)lucraturPetrus in ſocietate,collatis tã

Vſura in propatulo.

tum semel mille: qui, extra societatem, vel bis mille positis, non modo, non potest vel nummum lucrari: verum, non deperdere quingentos, non potest. Sed ipse vnus, de bis mille, deperdit quingentos: & de A singulis semel mille ducentos, & quinquaginta. Desumit igitur Petrus, in societate, in hoc casu, de eodem capitali Ioannis, de ijsdē septingentis & quinquaginta saluis vni Ioanni, primū ducentos, & quinquaginta, pro illis ijsdē ducentis & quinquaginta, de suo milliari sibi iam deperditis: deinde, nec his cō B tentus; alios & ducentos & quinquaginta detrahit; vt possit, non solum non deperdere, non solum totos mille recuperare, quantos posuit: sed vt non possit, non etiā lucrari: vt ducentorū & quinquaginta aureorum lucrum fiat, sibi necessarium. Alta, intentissima etiā mente, quæso sapientissime, hæc etiā, C atque etiā perpende: Petrus, qui (vt loquuntur) posuit pecuniam, & capitale, ex hac doctrina Syluestri, & Caietani, in hoc casu, in quo, verum reperitur DAMNVM, quingentorum aureorum: sed tantum quingentorum; non modo, non sentit partem huius damni; non modo, non deperdit ducentos & quin-D quaginta: quos totos & vere, & ex iure gentium rigido, deperdit: non solum deducit, & repetit, totos septingentos & quinquaginta, vere sibi saluos: sed etiam ducentos & quinquaginta, sibi vni vere deperdi-

Episcopis Acroamaticū.

Petrus in casu damni 500. lucratur 250.

perditos:nec id boni tantum:ſed pręterea,etiã lucra
tur alios ducentos,& quinquaginta.IOANNES ſo
cius contra,ſolus ſubit,ſuſcipit,ſentit, fert totũ hoc
A dãnum verum,quingentorum aureorum: Solus Ioã
nes ſentit damnum,non ducentorum & quinquagin
ta aureorum:qui de mille eius,& ei vni perierunt v-
ni Petro:& de milliare vniusPetri:nec id mali tantũ:
ſed etiam ſentit ſolus totum dãnum,etiã ducentorũ
& quinquaginta aureorum: quos lucratur Petrus.
Solus inquã Ioannes,ſui milliaris,ſui capitalis,deper
B dit,primum,totos ducentos & quinquaginta: quos
ipſe vnus vere deperdit:deinde, totos ducentos &
quinquaginta: quos vere deperdit vnus Petrus:
TANDEM, & prætera, (quod grauius grauiſſi-
mo)ducentos & quinquaginta alios; quos Petrus
C lucratur:deperdit Ioannes. Damnum verum ſocie ta
tis,& negotij totũ,tantũ quingentorum eſt: Damnũ
tamen totum, quod imponitur vni Ioanni, eſt ſe-
ptingentorum & quinquaginta:tantum quingentos
perdidit ſocietas: & Ioannes ſolus deperdit ſeptin-
gentos, & quinquaginta. Deſumit ergo tandẽ Pe-
trus,vltra ſeptingentos & quinquaginta ſibi ſaluos;
D quos tantum poteſt iuſte recuperare, deſumit inquã
QVINGENTOS: quos nullo iure poteſt;nec par-
tẽ reportare: Ioannes contra, præter ducentos &
quinquaginta, quos vere deperdit, de ijſdem illis
ſeptin-

septingentis & quinquaginta : qui toti & vere, & ei vni sunt salui: & ad eum vnum pertinent : & ei uni id exigente iustitia, debentur: deperdit inquam QVINGENTOS, & eosdē illos quingentos : quos refert Petrus nō suos: quosq; iure nullo potest reportare. FVRATVR igitur iā & quarto, Petrus Ioanni cū palam, tum impune, tum ductus Sylvestri, & Caietani auctoritate, FVRATVR inquā Petrus Ioanni, QVINGENTOS aureos : & depastus est pœne id totū: q; vere est saluū vni Ioanni: pœne totos septingēros, & quinquaginta aureos: quos aduersa fortuna nō inuasit. Aduersus multo magis Petrus Ioanni: quā fortuna aduersa: Fortuna tantum ducentos & quinquaginta: vnus Petrus, quingentos deinde abstulit: quib. pepercit: quos seruauit Fortuna aduersa. Si Leonina iam, si crudelissima, æqui iuris nec cōsultissimis, illa societas: ex qua alter solus tantum dānum sentit; alter nullum: cum lucrum exspectet: nōne & leonina, & crudelissima crudelior erit hęc: ex præscripto cuius, alter solus, sentit non solum, totum verum dānū, ab aduersa fortuna illatū: sed præterea aliud, & magnū & multo grauius, inductū, ab ipsa fraude, ab ipsa nequitia? quæ latuit & Sylvestrum, & Caietanū: alter vero, non solum, nullum sentiat damnum: sed præterea, referat permagnū lucrum excogitatū a summa calliditate, & singulari vafritia, a sordidissima vsura.

4 Pet. fura. Ioanni Quingē tos aureos

Pontificibus Acroamaticū.

A B C D

At

At, rarum id, & in vno hoc tantum numero casu. Immo plurimum, & cõmuniter cõtingens, & frequẽtissimũ. Hi enim quatuor casus quos examinauimus,
A sunt extrema, & media: quibus, cõmunis latitudo tota dãni, & lucri continetur. Maxime, si præter pecuniã, de qua negotiatur, nullum aliud concedendum capitale: si in nostro exẽplo, tantum mille aurei Petri sunt capitale. Bis quidẽ mille aurei, maximum sunt lucrum, de tantum semel mille: & intra annos, tantum
B quinque. Nam semel mille, intra quinquennium, haud possunt facile lucrari alios bis mille: lucrarentur enim, annis singulis, aureos quadringentos: quod lucrum est quidem insolentissimum. Nec, de ijsdem semel mille, aliorum tantum mille aureorum lucrum, intra quinque annos est parui æstimandum. Semel
C enim mille, lucrati essent ducentos, singulis annis: singula quæque centenaria, aureos viginti: quod lucrum, insolitum etiam adhuc. Mille aureorum capitale, per quinque annos, lucrari tantum quingentos, & tandem nec lucrari quiquam, nec depердere haud est rarum: sed contingit, nec infrequenter.

D MONEAMVR hinc oportet, iniustitiam non solum: sed vsuram, quam notauimus quoque reperiri; non tantum in vno, aut altero casu: sed in omnibus, qui, pro singulis numeris, effingi possunt intra latitu-

tudinē definitam duobus his terminis, vnum tantum aureum, aut nondum reperiri bis mille. In his quidē omnibus, deperditur quicquā, de vero totali capitali, bis mille aureo. In quorū partitionib. omnibus, si Petrus, ante omnia deducit totos mille: quantos præposuit: in his, repetit primum, totum, quod vere sibi est saluum: quod vere etiam ei vni perijt. In quo vno, simul cum iniustitia, adest aperta, & manifesta vsura: quæ demonstratur vt supra. Præterea, in omnibus casibus, qui cōplectuntur his duobus numeris, aureos mille & nūmos duos, & mille nongentos nonaginta nouē aur. decem & nouem solid. & nūmos decē reperiri: in his inquam omnibus, qui tantum aureis spectatis, numerantur nongenti nonaginta octo, & secundum numerum drachmarū, multo plures, factis partionibus, ad societatis Syluestri, & Caietani prescriptum, sequuntur eadē incōmoda grauissima: quæ ostendimus in hoc casu. In his enim omnibus, est Damnum, in capitali totali bis mille aureorum, verissimum: de bis mille aureis, perijt quippiam. In his etiā omnibus, si Petrus primus deducit totos mille; quantos in societate præposuit: & reliquum totum reputatum fuerit lucrum: in his inquam omnibus, solus Ioannes, sentit totum verū in societate damnum: & præterea dānum, eius, quod Petrus lucratur: quantulumcunque illud fuerit. Solus in-

A B C D

lus inquam Ioannes deperdit primum, illud totum: quod vere ad se pertinet; deinde, totum quod vere vnus Petrus deperdit: præterea, totum quod lucratur Petrus. Triplex est damnum: quod Ioannes vnus sentit. Petrus in ijsdem numero casibus omnibus, totum damnum a se vno repellit: & imponit Ioanni: Petrus illius veri damni, quod iure naturali est commune, nullam partem sentit: nec id commodi tantum; effugere totum damnum: sed prę terea lucratur, & nonnunquam permultum, quadringentos quadraginta nouem aureos aliquando: quando scilicet, in negotio, reperiuntur, tantum mille nongenti & nonaginta octo aurei. Hi autem casus sunt & permulti, & contingentes communiter. Nam, quicquam perire, de bis mille aureorum capitale, intra annos quinque: & eorumdem, saltem, totos semel mille seruari; haud st rarũ. Sed propone tibi exempla, quæ volueris sapientissime, intra prænotatam latitudinem: excutitoque illa: & tam vera, quam, quæ verissima reperies: quę tibi persuadere, hauemus vehementius.

REPERTIS tantum 1100. aureis, Damnum verum totum, sed tantum, est nongentorum aureorũ. Solus Ioannes, sentit non modo, totum hoc: sed præterea aliud. Solus Ioannes, deperdit primum, totos quadringentos & quinquaginta: quos, ipse vnus vere de-

Episcopis Acroamaticũ.

re deperdit: præterea, deperdit totos etiam quadringentos & quinquaginta: quos deperdit vnus Petrus. Tandem deperdit quinquaginta aureos: quos Petrus lucratur. Nam centum reliqui, deductis ab vno Petro mille: toti sunt lucrum & huius, medium vnum totum est Petri: medium alterum tantum est Ioannis. Vnde Damnum verum in societate totum, tantum nongentorum est: Damnum vero vni Ioanni impositum, iam est nongentorum, & quinquaginta aurecrum. Nongentos & quinqua aureos iam deperdit vnus Ioannes. Petrus, non modo non sentit partem aliquam, huius permagni veri damni, nongentorum aureorum: sed totum hoc damnum effugit: & lucratur adhuc, aureos quinquaginta. Quo vno, iam iam quinto, QVINGENTOS aureos FVRATVR socio, FVRATVR Ioanni.

A

B

5 Per. fura. Ioanni Quingẽtos aurẽos

C

REPERTIS tantum 1800. DAMNVM verum sentitur, sed tantum ducentorum aureorum. Solus Ioannes sentit hoc totũ. Solus Ioannes, deperdit totos centum: qui vere ei perierunt: præterea totos centum: qui verissime perierunt vni Petro, nec hos solum: sed quod grauissimo est grauius multo: deperdit etiam, totos quadringẽtos: quos, diuiso lucro octingentorum, æquis portionibus, lucratur Petrus. Petrus autem, huius veri damni, ducentorum aureorum,

D

rum,partem nullam,non modo non sentit: sed præterea,accepto medio lucro: quadringentos aureos
A lucratur. Vnde,quamuis totum verum damnum est, tantum ducentorum aureorum: Damnum vero totum,quod sentit vnus Ioannes, quingentorum aureorum est. Quingentos aureos deperdit vnus Ioannes: in eodem numero casu: in quo, Petrus lucratur quadringentos. QVINGENTOS tandem, & sexto
B iam aureos, Ioanni socio, Petrus a nullo prohibitus, impune FVRATVR.

6 Pet. furatur Ioanni Quingentos aureos.

IN omnibus quibuscunque alijs casibus, quos cuique intra dictam latitudinem licet effingere, æque atque in propositis, reperies sapiētissime; quod monemus verissimum. In omnibus, Petrus vnus, cū recuperat totum sibi & saluum, & deperditum; tum lucratur. Ioannes vnus contra, deperdit totum cum
C sibi, tum Petro deperditum: quod tandem Petrus, vbi nullum est lucrum, sed damnum potius, lucratur, ex vnius fraudis, doli, & summæ iniquitatis, præscripto. Quę omnia, (ni nefas fuerit, iniquitatem iniustitiam dolum fraudem, Vsuram profligare velle, & exterminare: quod hoc sit contra sententiam Syuestri
D & Caietani) satis videntur quidem esse, ad persuadendum, maiorum Ecclesiarum Prefectis, vt exsecrentur Leoninam adeo, & cruentissimam societatem: potius carnificinam & vt ipsi admoneant, omnes homines

Christianos, vt eam cum detestantur, tum fugiant. Atque hæc sufficiant exempla, & experimenta de casibus: in quibus vere reperitur DAMNVM. Ex quibus constat; Petrum non modo, non sentire partem A
Damni: quod communiter potest contingere, & frequentius, & frequentissime: & dum pereunt tantum de totali capitali mille aurei: sed potius referre lucrum: dum mille aurei, cum drachma, reperiantur salui. Ioannem vero vnum, sentire, non solum totum, verum DAMNVM. Sed deperdere præterea, & B
vltra, totum, quod lucratur Petrus, aliquando quadringentos nouem aureos. Quod Episcopis obseruandum, & in Christiana Republica cauendum diligentissimo studio: ascendamus iam ad anatomen casuum: in quibus, reperitur verum lucrum.

IN OMNIBVS casibus, qui contingere possunt, intra totam latitudinem, quæ circumscribitur, C
his duobus extremis terminis, tantum bis mille aureos, & drachmam, & nondum ter mille reperiri: in his inquam omnibus casibus, in quibus Verum est LVCRVM: Solus Petrus, primum, absorbet, non solum totum verum lucrum: sed præterea, magnam D
partem aliquando, eiusdem capitalis socij Ioannis. Ioannes vero, non modo, nullam sortitur partem lucri: sed deperdit potius, de eodem suo capitali aliquando magnam partem: nonnunquam, quadringen-

tos

tos nonaginta nouem aureos. Ex quo, semper quidem, Petrus, aut de tantum capitali, aut de solo lucro, aut de vtroque simul, FVRATVR Ioanni so-
A cio, aureos QVINGENTOS: Repertis in negotio, aureis siue bis mille & centũ, siue bis mille & trecentis, siue bis mille & sexcentis, siue bis mille octingẽtis. &c. siue, in quibuscumq; alijs quãplurimis: qui possunt effingi horum medij, & intra dictam latitudinem. Hi vero omnes casus sunt: eorum, in quibus verum est Lucrum, frequentes, frequentio-
B res, & frequentissimi: & plurimum contingentes; quique possunt exspectari communiter. Sed veniamus ad praxim: qua sine, nostris adhiberi fidem haud postulamus.

C *Repertis in negotio aureis iam.*

2500.

QVI casus, iam cum faustis connumerandus: maxime si capitale sunt, tantum mille aurei a Petro præpositi: & mille & quingenti reliqui, toti sunt lucrum, natum ex tantum illis mille: qui sunt ca-
D pitale: & intra annos tantum quinque. Semel etenim mille, annis singulis, trecentos aureos lucrantur: & singula centenaria singulis annis, triginta aureos. Quæ quantum possint habere veritatis, &

hi iu-

hi iudicent, qui in verba iurarunt cum Syluestri, tum Caietani.

Extra Societatem.

BIS mille aurei, sunt ad hoc vnum negotium, (vt diximus) omnino necessarij: hi bis mille aurei, toti sunt vnum totale capitale confusum, & cõmune toti negotio: hi bis mille aurei, toti sunt damnũ. Quod, his bis mille aureis, totis deductis, spectatur reliquum, illud totum, & illud solum, potest intelligi auctore Iustiniano textu, *qui supra.* §. *Quod tamen*, lucro esse: aut esse verum Lucrum. Vnde, in casu proposito, tantum QVINGENTI aurei, sunt verum lucrum, natum ex totis bis mille aureis: qui toti fuerunt vnũ capitale, & damnum. Nam, deductis totis bis mille, est deductum omne damnum: & hoc omni damno deducto, reliqui reperiuntur, tantum hi quingenti aurei. Ideo, hi tantum sunt lucrum totale, & commune, in hoc negotio, atque in hoc casu. Hoc nunc lucrum, si diuidatur æquis portionibus aut duobus, singulis milliaribus, quasi duobus socijs: aut singulis centenarijs, bis mille aureorum, tamquam socijs viginti; singula milliaria, intra quinque annos, lucrata sunt ducentos, & quinquaginta aureos: & singulis annis, tantum quinquaginta: & centenaria singula, singulis annis, aureos

A B C D

lucra-

lucratur tantum quinq; aureos. Quod lucrum est solitum, ex annuo censu: nec paruipendendū omnino. Hinc.

A PETRVS, qui vnus, totos bis mille aureos præposuit ad negotium, tantum quingentos aureos lucratur: singulo milliare, tantum ducentos, & quinquaginta. Pet. lucr. 500.

IOANMES conductus, qui nullam pecuniam posuit; sed tantum operam, & eam locatam; tamen, de diurna, vndecim solidorum mercede, accepta, per singulos dies, & reposita, adseruataque in sua arca, mille aureos, vere in pecunia, vere consistentes, & vere permanentes reperit in eadem arca sibi vni saluos, certos, & securos: totos hos, quinto extremo anno, habet acceptos, de sua tantum opera, etiamsi, ipsa transierit, nec fuerit permanens. Ioan. cō ductus accipit. 1000

B

C

In Societate.

BIS mille aurei ijdem, iam aliter se habent. Syluestro, & Caietano pronunciantibus: tantum semel mille aurei, tantum vnum milliare, sunt capitale, sunt damnum, & vnum tantum milliare collatum a Petro. Hinc, in eodem proposito exēplo, in hoc vno eodemque numero casu, quod tantū efficta accesserit societas; iam, totimille & quingenti, sunt

D

sunt lucrum natum, ex solis semel mille aureis: quos posuit Petrus. Quoniam, deductis semel mille aureis, ab vno Petro: omne damnũ iam est deductum & , quod, reliquum factum est, omni damno deducto, illud totum est verum lucrum. Vnde, in societate, solum alterum milliare, singulis annis, lucrantur trecentos aureos: & singula centenaria, triginta aureos, singulis annis. Hinc. A

Pet. lucr 750.

PETRVS, qui, in societate, tantum mille aureos, posuit, primum deducit, & repetit, totos mille aureos: quantos ipse posuit: deinde, diuidit totum illud lucrum, mille & quingentorum aureorum: & vnum totum medium, septingentos totos, & quinquaginta retinet sibi: alterum medium tantum, concedit Ioanni. Ita Petrus, qui extra societatem, positis bis mille, his, tantum quingentos; in societate, positis tantum semel mille, his, iam lucratur septingentos & quinquaginta: & mille, septingentos & quinquaginta, refert de negotio. B C

Ioã. deperdit 250

IOANNES socius, qui tantam operam posuit, quantam conductus, eamque in societate: quique pecuniam vere posuit mille aureorum: quoniam, redditis vndecim solidis, per singulos dies mercatori conducto, tandem, extemo die, D

quin-

quinti anni,mille aureos in pecunia vere, ei iam persoluit,pro tantum opera,tamen nullum, ante lucri diuisionem,accipit, deducitue capitale: sed
A tantum accipit medium lucrum: tamen septingenti & quinquaginta aurei cõceduntur ei a Syl uestro & Caietano: fit Ioannes socius, deterioris multo conditionis:quam conductus. Ioannes socius,posuit pecuniam mille aureorum: & tantum
B recuperat septingentos, & quinquaginta: de eadem ipsa pecunia,quam ipse posuit, ducentos & quinquaginta aureos deperdit:& in casu veri lucri, quingentorum aureorum:conductus, nullis appositis,mille aureos recipit securos.

IN eodem numero casu,sociorum, qui æquales sortes conferunt,alter, primum, totam suam sortem de
C ducit:deinde medium lucrum; & lucratur aureos septingentos,& quinquaginta.Alter vero,nullum deducit capitale:sed tantum accipit alterum medium lucrũ:ipse tamen,nihil lucratur:sed ipso suo capitali, deperdit 250.

LVCRVM verum adest: sed lucrum TANTVM

500.

Solus Petrus deglutit Totum lucrum.

D

SOLVS Petrus, dequoquit hoc totum lucrum, quingentorum aureorum:nec lucratur id solum: sed præter hoc lucrum,ducentos & quinquaginta aureos

ta aureos lucratur. Nã, in negotio, extra societatẽ, totale lucrũ de bis mille aureis, solũ est quingentorum aureorum: Petrus vero solus, in societate, septingentos, & quinquaginta aureos lucratur.

A IOANNES socius, huius lucri veri, quingentorum aureorum, nullam partem sentit: nullam sortitur partem: nec id mali solum, sed, de eodem ipso suo capitali, mille aureorum, quos, pro tantum opera, conducto operario, vere in pecunia persoluit, ducentos & quinquaginta aureos deperdit: nã, acce

B pto tantum toto altero medio lucro; tantum septingentos & quinquaginta aureos, reportat de negotio, & societate: qui mille vere posuit.

Improbatio.

C MAXIMA est in his, & manifesta inæqualitas: prẽterea quæ spectantur, omnia impossibilia quẽdam sunt: quæque contradictionem complicant aperrissimam: & in eodem numero casu, & nunc, simul esse vera; est simpliciter impossibile. Paria, aut æqualia capitalia posuerunt in hoc negotio Petrus, & Ioannes. Mille aureos in pecunia; de quibus neg-

D otiatũ est, prẽposuit Petrus: millie aureos in pecunia: quibus negotiatũ est, appossuit Ioannes: Tamen, Petrus deducit, & repetit, totos suos mille: & prẽterea,

modo

lucratur ſeptingentos & quinquaginta: Ioannes, nō
modo non lucratur ſeptingentos & quinquaginta:
A vt par erat, ad veram ſocietatē: ſed nedum poteſt de
ducere, & repetere totos ſuos mille: ſed nedū poteſt
non deperdere: de illis ipſis, & magnā partē: ſed du-
centos & quinquaginta aureos, de eodē ipſo ſuo ca
pitali, mille aureorum, veriſſime deperdit: quod qui
dem, iā eſt grauiſſimū. Remotum autem, & quam lon
B giſſime, a ratione, omnis ſocietatis eſt; in caſibus, in
quibus verum aliquod, quantulumcumque illud ſit
lucrum; ſociorum, (maxime qui paria contulerunt,)
alterū lucrari: alterū non lucrari: & a vera ſocietate,
longius multo abeſt illud; alterum lucrari permultū:
alterū, omnino nil: & quam longiſſime iā illud: oppo
nitur immo e diametro, omni rationi ſocietatis, ſo-
C ciorum, vnum, de eadem ipſa ſua ſorte, de ijſdē ipſis
ſuis mille aureis, deperdere magnā partē: deperdere
aureos ducentos, & quinquaginta: alterum autē, in
eodē numero caſu, tantum mille aureis ſuis, lucrari
permultū quid: lucrari ſeptingētos & quinquaginta
aureos: & intra tantum quinque annorum ſpatium.
Eſt ſiquidem hoc lucrum: quod, maius, mercato-
D res, de tantum mille aureis, intra quinque annos,
ſoliti ſunt communiter ſperare: vt docet Nauarr.
in ſuo manu. cap. 17. num. 256. Nam, aurei tantū mille,
ſingulis annis, lucrata ſunt aureos centum & quin-

quaginta: & singula centenaria, aureos quindecim, singulis quoque annis. Hæc autem inæqualitas euenit ex his: quæ impossibilia sunt. Est quidem impossibile, primum, illud: in hoc negotio, in societate, tantum mille aureos esse capitale; esse damnũ: quando extra societatem, ad hoc vnum, & idẽ negotium; bis mille aurei, sunt necessarij. Prẽterea, impossibile est, totos mille & quingentos, in societate, lucro esse: de aureis tantum mille. Quoniã, extra societatem, duo milliaria simul coëuntia, intra quinque annos, tantũ quingentos, possunt lucrari: & singulũ milliare, tantum ducentos & quinquaginta. Impossibile equidẽ est; in eodem numero casu, eo solum, quod accesserit societas, & per solam operationem intellectus effecta; solum vnum milliare idem, alterum, de duobus, quæ capitalia extra societatem fuerunt, lucrari mille & quingentos, lucrari singulis annis trecentos: cum idem ipsum, extra societatem, intra totos quinque annos, nedum trecentos possit lucrari: sed tantum ducentos & quinquaginta: & tantum quinquaginta, singulis annis: impossibile est, duo milliaria simul, nihil posse lucrari vltra semel quingentos: & alterũ eorũ solum, in eodem numero casu, lucrari ter quingentos. Impossibile tandem est; vnum, & idẽ ipsum vnum milliare, extra societatem, singulis annis, tantũ semel quinquaginta aureos, & nihil vltra, in societate vero

A

B

C

D

Obseruãda maxime.

te vero:posse:iã trecentos,iam sexies quinquaginta, ijsdem singulis annis,lucrari. In his omnibus, contradictionem, eamque omnium maximã esse; quis non
A videat? quis neget? Neglegamus ergo, ac despiciamus,totam confictionem illam,editam ab intellectu solum speculatiuo,& nimium Metaphysico: &vnius praxis,vniusque naturæ,vestigijs inhærentes;omnia, in suum pristinum statum,restituamus. Bis mille aureos,in societate,etiam, æque atque extra societatẽ, ad hoc vnum negotiũ,esse necessarios,fateamur:bis
B mille aureos,in societate,etiam totos constituisse,& fuisse,vnum capitale totale,& cõmune:bis mille aureos,totos,damno fuisse determinemus:pronuntiemus etiam,tantum quingentos,qui supersunt , totis bis mille deductis,debere intelligi,lucro esse : deinde,declaremus,singulum milliare, tantum ducentos
C & quinquaginta lucratum fuisse: Tandẽ,ponamus:iã perse stabilitum:quod ipsemet Caiet.contendit,non modo fatetur ; Petrum,tantum mille aureorum pecuniam posuisse:de qua negotiatũ est:contulisse vnũ tantum milliare.Hinc necessum est, aliam etiam mille aureorum pecuniam,QVA gestum est negotium,
D appositam fuisse a socio:alterum milliare,ad gerendũ negotium necessarium , quod non contulit Petrus, totum fuisse appositum,ab vno Ioanne. His, ita iam demonstratis, positis, habilitis, ex his ipsis, iam factũ

est

est necessarium & illud, Petrum, tantũ ducentos & quinquaginta, potuisse lucrari: quia posuit tantum vnum milliare, & nullo modo, potuisse lucrari, septingentos & quinquaginta: & quingentos non A
suos, accepisse: cum septingentorum, & quinquaginta aureorum lucrum, de tantum mille retulerit. Nec secus Ioannem posse, ante lucri diuisionem, primum deducere totum suum milliare: quantum contulit: totos mille aureos, quantos posuit; deinde, veri lucri medium: quod mille aureis respondet: totos ducentos & quinquaginta aureos lucri, reliquos. B
Id ita: dum, lucri, æquissimam diuisionẽ demonstrare non datur.

Ex his ipsis ijsdẽ, etiam, a posteriori efficiemus, eũ, qui ponit tantũ operã mille aureorum, ponere etiã mille aureorum pecuniã. Id efficiemus hac via. Extra C
societatẽ, lucrũ sunt tantum quingenti: hinc, bis mille, toti sunt damnũ. Nam, quod omni lucro deducto, supersit, illud totũ intelligitur dãno fuisse. Hinc, deinde, Petro, tantum ducenti & quinquaginta sunt lucro: igitur, Petro, tantũ mille fuerunt damno: tantum mille fuerunt capitale. Præterea, huius summæ, bis D
mille & quingentorũ aureorum, vnũ tantum mediũ, aut tantũ vna pars, tantũ mille ducenti, & quinquaginta aurei possunt pertinere ad Petrum. Reliqui, etiam mille ducenti & quinquaginta, haud possunt,

ad Pe-

ad Petrum, iure aliquo pertinere. Vnde, quod, vltra mille ducentos & quinquaginta, accipit Petrus, in hoc casu; id totum, accipit inique. Cum igitur
A Petrus, seruata iustitia, & accipiens tantum quod suum est, tantum mille ducentos & quinquaginta, possit de hoc negotio reportare; necessum iam est; reliquos etiam mille ducentos & quinquaginta, ad quemdam alium pertinere: & quemdã alium, dominiũ eorũ habere: aut desertos esse: quod non credendũ: sentiendum vero potius, totos hos mille ducen-
B tos & quinquaginta, ad vnum socium Petri, ad vnũ Ioannẽ pertinere: & vnius Ioannis, totos esse. Quæ, cum sint iam omnino manifesta; palã etiam est, horũ mille ducentorum & quinquaginta aureorũ partẽ, esse lucrum: partem esse capitale: & lucrũ esse, tan-
C tum ducentos & quinquaginta: quia, Petro, totidem sunt lucrũ: capitale etiã esse Ioanni, totos mille reliquos: quoniã, Petro, etiã toti mille, sunt capitale. Nã, sociorũ partes, eandẽ seruare rationẽ; rationi est consentaneũ. At Ioannes, tantũ operã posuit, æquiualentẽ mille aureis Petri. Ergo, qui ponit tãtũ operã, æquiualentẽ mille aureis; mille etiã aureorũ
D pecuniã consistentẽ, & permanentẽ apponit sorti, & capitali: & capitale habet in negotio, & eo finito, in partitionib., ante lucri diuisionẽ, potest exigere, & deducere, totũ illud capitale: tãtã pecuniã quãta opera

fuit

fuit æstimata, non secus atque, alter socius, tantam deducit pecuniam, quantam ipse præposuit. Id est verissimum, est etiam necessarium: vel deneget Syluester, vel inficietur Caietanus. Hæc obiter. A

QVAMVIS, vero, id sit cum verissimum, tum necessarium; Petrus tamen Syluestri, & Caietani doctrinã amplexatus, desumit, de bis mille & quingentis: non solum, mille ducentos & quinquaginta: sed totos mille septingẽtos, & quinquaginta: ac socio Ioãni reliquos facit, & accipiendos, tantũ septingentos & quinquaginta: cui, vere, ex superioribus, mille ducenti & quinquaginta debentur: ex præscripto tum æqualitatis, tum iustitiæ, FVRATVR igitur iam, & septimo, Ioanni, Petrus, ex Sylnestri, & Caietani prę finitione, FVRATVR inquam, QVINGENTOS aureos FVRATVR primum: totos ducentos & quinquaginta aureos, totum verum medium lucrũ: B

7 Pet. fur. Ioanni Quingẽtos aureos.

quod, de vero lucro, quingentorum respondet, & debetur capitali, mille aureorum Ioannis: nec id solum: sed, de eodem ipso capitali Ioannis, FVRATVR alios etiam ducentos, & quinquaginta. Ita sublatis, arreptisque bis ducentis & quinquaginta, cõplet Petrus, Quingentorum aureorũ solemne FVRTVM. Hoc idem FVRTVM, inuenies sapientissime, & totius lucri, quod pertinet ad vnum Ioannẽ, & partis eiusdem ipsius capitalis, & quingentorum C D

aureo-

aureorũ ſemper, in omnib. caſibus, præ[illegible] latitudine contentis: ſic inuenies; ſi excutere volueris, vel pœne innumerabiles: quomodo & nos: in ſubiectis,
A adiaſſequendã, & adijciendã his noſtris pleniorẽ fidẽ: quando, auctoritate, inferiores multo ſumus Syluestro, & Caietano: immo potius, nihil valemus: nec nobis aſſumimus aliud: quam laboris, & ſudoris permultum: quantum fortaſſe, ſuperiorum neminem; in huius veritatis eliciendo lumine, impendiſſe.
B REPERTIS in negotio, aureis 2800. bis inquã mille & octingentis, tantum octingenti ſunt verum lucrum: nõ ſecus, atq; extra ſocietatẽ. Quoniã, bis mille, qui toti fuerunt capitale totale & damnum, deductis, eſt verum, omne dãnum fuiſſe deductum: & hoc omni dãno deducto, inueniuntur reliqui, tan-
C tum Octingenti. Vnde, huius lucri octingentorum, tantum vnum medium, reſpondet, & debetur vni milliari, reſpondet & debetur vni medio capitali: alterum medium, lucri octingentorum, totum reſpondet, & debetur, alteri etiã medio capitali. Hinc Petrus, qui, in ſocietate, tantum vnum milliare, tantũ vnum medium totalis capitalis, bis mille aureorum,
D poſuit, totalis lucri octingentorum, vnum tantum medium reportare poteſt. Petrus; tantum quadringentos, huius lucri, poteſt exigere: ante lucri diuiſionẽ, tantum mille: qui, ſibi, damno fuerunt, poteſt

deducere: deinde, tantum medium lucrum: tantum quadringentos, supra mille, potest accipere: in hoc casu, de hoc negotio, tantū mille & quadringentos, potest reportare: in hoc casu, tantū quadringentos potest lucrari. Reliqui etiā mille & quadringenti, qui, A non possunt pertinere ad Petrum; præter Ioannem, ad quem alium possint spectare, Sapientissime, haud inuenies. Pertineant ad vnū Ioannem necessum est. Vnus enim Ioannes fuit socius: vnus Ioannes, operā totam, gerendo negotio necessariā, posuit. Ad vnum B Ioannē, toti hi mille & quadringenti aurei pertinēt: nec aliter, ac Petro, extra societatē, horum mille & quadringentorum, Ioanni socio, toti quadringenti sunt lucrū: & reliqui mille toti fuerunt capitale, toti fuerunt damno: & Ioannes, quāuis tantū operam posuit: pecuniam etiam mille aureorum adiecit C forti: & in partitionibus, tantam pecuniam, quanta opera fuit æstimata, potest deducere, ante lucri diuisionē: deinde, totū mediū, veri lucri: æque ac ille, qui, tātum pecuniam, de qua negotiatum est, præposuit. Verum enimuero, Petrus, quia credit se ducatui Syluestri, & Caietani, non deducto omni damno, deductis tantum mille: quia mille præposuit ipse; & non dedu D ctis, nec restitutis Ioanni, etiam mille: quos apposuit quique ei fuerunt damno; sed prætermissis his totis, & relictis in negotio, & societate, reliquum, totum,

tum,contendit lucro esse:& lucrum facit.Ioanni,ante lucri diuisionem,haud vllum concedit capitale:totos mille,& octingentos,reliquos,asseuerat, & contestatur esse lucrum:& medium lucrum, nongentos
A tantũ aureos cõcedit socio Ioanni.Ideo Petrus,qui, extra societatẽ, bis mille aureis præpositis, tantum octingentos,his lucratur:in societate, collatis tantũ mille,his,iam,in eodem numero casu,nongentos lucratur.Verum lucrũ,siue extra societatẽ,siue in societate,totũ,tantũ octingentorũ est.Petrus vero singu-
B lari doctrina,& sapientia Syluestri,& Caietani, id iã perfecit;vt solũ suũ lucrum,vt solũ lucrũ sui vnius capitalis,vnius sui milliaris, sit nongentorũ aureorum. Quod haud potest esse verũ:aut iustũ vllo modo.Petrus vnus siquidẽ,sic deducit, & repetit primũ, (vt loquuntur)totũ suũ mille aureorũ capitale : deinde, totũ lucrũ magnũ,octingentorũ,aureos, totos quadringentos:qui huius lucri,ad se vere pertinent:to-
C tos itẽ quadringentos:qui pertinent ad Ioannem:& quoniam,hoc totum, adhuc parum est : vt adaugeat lucrũ suum:de eodẽ ipso capitali Ioannis, præterea centum extorquet aureos. His adiectis, illis iã quadringentis,qui fuerunt lucrũ Ioannis, & totũ præripuit,complet QVINGENTORVM octauum
D FVRTVM.His præstigijs,iam octauo, QVINGENTOS aureos,Ioãni socio vere,& nunquã prohibitus

Solus Petrus absorbet Totum lucrum 800.

Episcopis Acroamaticũ.

Ioannes nullam sentit partem lucri 800 Sed deperdit aureos 100.

FVRATVR. Ioannes hinc, in casu iã fausto: in quo Octingentorum aurecrum, iã magnum est lucrum. Huius lucri, nullã sentit partẽ: nec id solum mali: non modo, non lucratur quicquã: sed potius, de eodẽ ipso suo capitali, & pretio iusto operarum, centum aureos totos deperdit: quos, præter tantum lucrum octingentorum: quos totos exegit iã, quos totos adhuc lucratur Petrus. Hoc totum damnum ex multis, vnum factum maximum, natũ est ex eo: Quia Sylvester, & Caietanus lucrum faciunt, neglegentes quæ præscribit Iustinian. non omni dãno deducto, ante factã cõpensationẽ omnis damni: in societate, toti bis mille fuerunt dãno, æque atque extra societatẽ: tantum semel mille Petro: toti alij semel mille vni Ioanni: & quin hoc totum deductum sit; haud potest intelligi lucrum, deducto tantum dãno accepto Petro: quod reliquum est, totum non potest lucro societati esse: Sed necessum est, vt æque sit deductum quoque, & compensatum, sarctumque totum dãnum acceptum Ioanni: necessum est, ante lucri diuisionẽ, deducere totũ suum capitale æq; vtrũq; socium: quemque, totum, quod ibi fuit dãno: in nostro exẽplo, & casu, & Petrum totos suos mille: quantos præposuit: & Ioannẽ, totos mille: quibus opera, quã exhibuit aut fuit æstimata, aut æstimatur, aut venit æstimandi: & quod his deductis,

A B C D

qui

qui fuerunt omne vel totale dãmum, & capitale, re
linquitur accipiendum iterum: id solum est verum
lucrum: & nunc tantum octingenti aurei. Tantum
A abest; vt, toti mille & octingenti sint verum lu-
crum: vel si contendant Syluester, & Caietanus.

REPERTIS in negotio, aureis 2050. bis inquam
mille & quinquaginta. Quoniã, omni damno dedu-
cto, id est, quia totis bis mille, qui capitale fuerunt
& damnum deductis: videlicet, semel mille a Pe-
tro, a Ioanne etiam mille deductis, reliqui spectan
B tur tantum quinquaginta; hi tantum quinquaginta
sunt totum lucrum verum, in proposito casu. Huius
lucri veri medium tantum vnum, pertinet ad Petrũ:
alterum totum medium pertinet ad vnum Ioannẽ.
Petrus lucratur semel mille aureis, tantum viginti
C quinq; aureos. Ioannes lucratur totos reliquos etiã
viginti quinque. Petrus, in hoc casu, tantum potest
deducere ante lucri diuisionem, semel mille aureos:
quia vnum tantum milliare posuit: & lucri totalis
quinquaginta aureorum, tantum medium, tantum
viginti quinque aureos potest referre, & de nego-
tio, seruata iustitia, tantum mille & viginti quinque
D potest reportare. At vero auctoribus Syluestro, &
Caietano, Petrus ipse, solus, deducit totum suum dã
num, deducit totos mille: quantos ipse posuit: non
tamen consentit, vt Ioannes, deducat suum damnũ.

quo-

quoque: non consentit, vt Ioannes, suos mille nec totos, nec partem deducat, ante lucri diuisionem: sed deductis tantum suis, nec deducto omni damno, contendit lucrum verum esse, totos reliquos mille & quinquaginta: & huius lucri, totum vnum medium, A totos quingentos & viginti quinque retinet sibi: & medium lucrum alterũ tantum, concedit Ioanni: concedit Ioanni tantum quingentos reliquos & viginti quinque. Petrus, qui, extra societatẽ, bis mille aureis prępositis, tantum quinquaginta potest lucrari: in societate, collatis tantum mille, iã lucratur quigentos, B & viginti quinque: & qui in societate vera, deducto omni dãno, tantũ viginti quinque potest lucrari: in hac societate, probatissima Syluestro, & Caietano, præter viginti quinque, Quingentos alios iam lucratur: quia lucrum faciunt, non deducentes totum, sed medium tantum damnum. Quo vno, alterum totum C medium dãnum, totos mille aureos appositos a socio Ioanne, qui tantum operã apponit; & pretium eius, qui sunt mille aurei, lucrũ efficiũt. Ita Petrus, ex hac æquissima societate, primum repetit, totum suũ mille aureorum capitale: totum suum dãnum: totos mille aureos: quantos ipse posuit: deinde Quingentos D & viginti quinque. Ita, solus Petrus, primum deducit, totum suum capitale, deinde, lucri, totum mediũ: quod suo capitali, vere respondet, & debetur: quæ

duo

duo iustissime: sed præterea desumptis quingentis aureis, in his detrahit Ioanni, totum alterum mediũ lucrum, quod vni capitali Ioannis, vere respondet, & vere debetur: & ex summę iustitię prescripto, ad vnũ Ioannẽ pertinet: videlicet viginti quinque aureos: quod est iniquissimum. Sic, Petrus solus, decoquit totum verum lucrum: natum ex totis bis mille: solus Petrus, deglutit totos quinquaginta aureos, totale lucrum, totalis capitalis, bis mille aureorum: quod iã est grauissimum: verum nec id solum: sed huic maximo malo, addit aliud, quod est grauissimo multo grauius: detrahit insuper, de eodem ipso capitali, Ioannis, alios quadringentos & quinquaginta aureos. Vnde, Ioannes in hoc eodem numero casu, in quo verissimum adest lucrum, quinquaginta aureorum, nihilominus, huius lucri verissimi, nullam sortitur partẽ: quod est graue. & iam cuiusdam vere Leoninæ societatis: verum, nec mali solum id: nedum deducit, nedum repetit totum suum capitale: sed eiusdem sui capitalis, partem deperdit: quod est grauius: Tamen, nec id tantum, sed graui, & grauiori malis, superaddit & grauissimum; partem deperdit Ioannes, eiusdem ipsius sui capitalis, non minimam, non exiguam, nec tantum magnam, nec tantum maximam: sed fere totum ipsum medium capitale. Quod ita est atrox, vt crudelitate, feritate, immanitate:

Põtificibus

A Auscultãdũ & Cauendũ, quãmaxime

B Solus Petrus absumit Totum lucrum item de eodem capitali Ioannis furatur aur. 450.

C

D

nitate, superet quamcumque, ad hanc vsque diē ex cogitatā, aut effictam in fabulis vel Æsopi, vel Auiani, vel Babriæ, societatem Leoninam. Petrus, ex lege iustitiæ, tantum viginti quinque aureos, potest lucrari: & lucratur quingētos & viginti quinque: de negotio, tantum mille, & viginti quinque aureos potest reportare, & refert mille quingentos, & viginti quinque. Ioannes, ex iure gentium, deducere potest primum, ante lucri diuisionem, totos mille: quantos posuit: deinde, medium lucrum exigere: & lucrari viginti quinque aureos: & de negotio, referre quantū Petrus: aure. mille & viginti quinque. Detractis vero, a Petro, de sūma illa, bis mille & quinginta aureorum reperta in negotio, totis, mille quingentis & viginti quinque: reliqui facti sunt Ioāni accipiēdi, tantū quingenti, & viginti quinque. Ioānes, in casu veri lucri: nō modo nō sentit veri lucri partem: non modo, non lucratur viginti quinque aureos; qui vere ad eum vnū pertinēnt: non solū deperdit, totos viginti quinque aureos: quos vere lucratur: sed præterea, de eodem ipso suo capitali, quadringentos & septuaginta quinque aureos deperdit: quos ex doli, & fraudis præscripto, extorquet ei Petrus. Qui, his suis technis, iā nono FVRATVR Ioanni more solito, in hac societate æquissima Sylueſtri, & Caietani, nono inquam FVRATVR (parum est) QVINGENTOS aureos.

9 Pet. fur. Ioanni Quingētos aureos.

QVÆ

Quæ iniquitas, vt, auctoritate ecclesiastica, e medio tollatur Reipublicæ Christianæ; exigere videtur, Religio Catholica.

IN casibus siquidem omnibus, in quibus, nondum reperiuntur aurei Ter mille, quamuis lucrum adsit verum aureorum fere mille Ioannes, semper deperdit quicquam; de eodem suo capitale. Quo Ioannes non deperdat quicquam; est necessum omnino; vt in negotio, ter mille aurei vere reperiantur. Quo Petrus nihil deperdat; satis est; vt tantum semel mille inueniantur: quo Petrus deperdat quippiam; est necesse; vt nedum inueniantur mille: hoc autem rarum. In casibus, in quibus mille aurei, & nummi reperiuntur; & nondū completi bis mille: in his omnibus, in quibus verissimum est damnū, solus Ioannes, sentit totū verum damnū: nec id solum; sed præterea, de eodem ipso suo capitali, sibi saluo, deperdit aliquando, maximam partem. In his ijsdem numero, Petrus, non modo, non sentit aliquam partem veri damni, quod totum subit Ioannes: sed ipse præterea, aliud damnū, & aliquando, multo maius, infert socio Ioanni: non modo, non deperdit quicquam: sed potius, in his omnibus casibus, veri damni, lucratur: & quod lucratur, extorquet de eodem ipso capitali, saluo vni Ioanni: de re vniūs Ioannis, totum illud FVRATVR: Et in his omnibus, opere complentur cum

iniustitia non ferenda,tum Vsura iniquissima, & sordidissima. Quia,damni pars,vere pertinens ad vnum Petrum, tota imponitur vni Ioanni: & quod Petrus posuit,& est necessariā, vt totum pereat vni Petro, in his omnibus casibus, totum perit vni Ioanni. Hi autē omnes casus, intrā hanc latitudinē,tantum mille aureorum, & nondum bis mille, contenti: sunt, qui, DAMNI possunt contingere frequenter, frequentius, frequentissime,plurimum, & cōmuniter. Nā capitalis totalis, bis mille aureorum, si damnum eueniret, frequentius erit perire tātum centum, quā ducētos;& tercētos,quā quingētos;& octingentos, quam totum vnum milliare: & tantum mille, quā de altero milliare,perire nūmum. Petrus autē,dum vnū milliare saluū reperitur; haud potest deperdere vel nūmum:vnus ipse,totum illud milliare saluum repetit. Solus Ioannes, deperdit totum milliare deperditum. Perraro,naufragium pertingit ad alterum milliare. Ideoque,perraro Petrus,sentit vel minimā partē, veri damni: nedum eiusdē DAMNI: quod lege naturali,ad vnum ipsum pertinet. QVOD auscultandum necessario Episcopis, & cauendum, in ecclesia Dei anxius. In his enim omnibus casibus damni frequentioribus,& frequentissimis frequentior, etiam, & frequentissima est cum iniustitia nequissima, tum Vsura impudentissima. Quarum, magna frequentia,

in

in Ecclesia Dei, quid fœdius? quid turpius?

IN casibus, in quibus, reperiuntur, non tantum bis mille, sed vltra quippiam, vel tantum nummi; non dum tamen completi ter mille; in his omnibus, iam reperitur verum lucrum: quoniam totum, quod, bis mille deductis, reliquum fuerit, est lucrum. Quia, bis mille deductis, est verum omne damnũ fuisse deductum, & totius damni compensationẽ fuisse factã. IN HIS TAMEN OMNIBVS, Ioannes, adhuc semper deperdit quicquam, de eodem ipso suo capitali; & nonnunquam, quadringentos nonaginta nouem aureos. Quoniam, vt iam demonstrauimus; in his OMNIBVS casibus, Solus Petrus, retinet sibi, totum verum lucrum: totum, quod ad se vere pertinet: totum, quod capitali Ioannis, vere respondet: & lege naturæ vni Ioanni debetur in omnibus casibus lucri: qui communiter possunt exspectari: nec id solum: sed præter totum lucrum, aliquando, de eodem ipso capitali Ioannis, extorquet, & furatur, fere quingentos aureos.

IOANNES non modo non sentit, non modo non adsequitur aliquam veri lucri partem: non solum nihil lucratur: quando etiam, in negotio cum verum, tum magnum, & nongentorum nonaginta nouem aureorum, & decem & nouem solidorum, & decem nummorum, Et ferre, mille aureo-

aureorum LVCRVM reperitur: sed potius, præterea, de eodem suo ipsius capitali, deperdit totum fere medium capitale: totos fere quingentos aureos: quando verum lucrum est paruum. TANDEM, quando, verum lucrum est tenue omnino, Petrus, furatur Ioanni de eodem capitali fere QVINGENTOS aureos: & hos totos, Petrus lucratur: & Ioannes deperdit. Quando autem, verum lucrum est magnum, nondum, sed iam fere, mille aureorum: Petrus furatur Ioanni, eosdem fere QVINGENTOS aureos, de eodem lucro, & capitali parum. Quoniam, solus Petrus, in omnibus his casibus lucri, deglutit, decoquit etiam, totum verum lucrum, & partē: quæ, ad ipsum vere pertinet? & partem totam, quæ iure naturæ, pertinet ad vnum Ioannem: nec id tantum: sed, vt FVRTVM, semper QVINGENTORVM aureorum & fiat, & compleatur, & sit. Petrus, in omnibus his, ijsdem casibus, veri lucri, præterquā quod, furatur Ioanni primum, totam lucri partem, pertinentem iure naturali, ad vnū Ioannem: item furatur eidem Ioanni, de eodem eius capitali: totum, quod desideratur adhuc, quo Furtum fiat QVINGENTORVM aureorū. Vnde, vt hæc absoluamus, AVSCVLTANDA maxime, nec non cauenda, cum Episcopis, tum Archiepiscopis: vt Dei Ecclesiæ, fidelium etiam animabus cautum sit: QVANDO, omni-

no

no nullum est verum lucrum; nullum verũ damnum: quando scilicet, bis mille aurei vere & tantum, reperiuntur, & capitale Ioannis totum reperitur; Petrus, furatur Ioanni, QVINGENTOS aureos, totos, de vno, eodemque capitali Ioannis. Quod vero, Petrus lucratur. Ioannes deperdit, vnos, eosdemque quingentos aureos. QVANDO iam lucrum magnum, & verum, & mille aureorum reperitur perfectum; Petrus furatur Ioanni, QVINGENTOS aureos: sed de lucro, quingentos aureos: qui, in lucro totali, & vero, mille aureorum, iustitia id exigente, ad vnũ Ioannem pertinent: furatur totũ lucrum pertinens, ad vnum Ioannem: ideoque, Petrus, lucratur quingentos aureos: vltra quingentos, qui vere ad ipsum pertinent: quos verius furatur: quia pertinent ad Ioãnem: Ioannes eosdem deperdit, quos vere lucratur: quia, a Petro ab illis prohibetur. Vnde, quemadmodum Petrus, in omnibus casibus, qui DAMNI, timeri possunt communiter, plurimum, frequenter, frequentius, frequentissime, vel quando magnum, vel quando iam mille aureorum est DAMNVM, nullã, magni damni partẽ sentit: nihil deperdit: sed totum damnum, etiam, mille aureorum, imponit vni Ioanni: Non aliter Ioannes, in omnibus casibus, qui LVCRI exspectari possunt communiter, plurimum, frequentius, frequentissime, vel quando magnum, vel

quando

quando iam mille aureorum est LVCRVM, nullam magni lucri partem sentit: nihil lucratur. SED Petrus, qui vnus totum magnam DAMNVM mille etiam aureorum effugit:& totum imponit vni Ioanni: idem ipse, totum magnum etiam mille aureorum LVCRVM extorquet, deuorat, absorbet, deglutit, decoquit: & totum detrahit, furaturque Ioanni: totum, quod ad ipsum vnum Ioannem pertinet. Hoc est medium lucrum:quod qui ponit pecuniam,promittit,ei qui ponit operam: ei furari,totum medium capitale. O egregius agni socius,immanissimus,crudelissimus, adactus etiam rabida fame, voracissimus Leo. Tandem Ioannes semper deperdit,dum non reperiuntur,in negotio,ter mille aurei completi. Præterea,quo Petrus lucretur; satis est;vt,mille aurei,& drachma reperiantur. Ioannes, non potest lucrari; nec lucratur, vel nummum; quamuis reperiantur ter mille aurei: quamuis bis millia aurei, vere alios mille fuerint lucrati intra annos quinque: quamuis singula milliaria,singulis annis,centum aureos, vere lucrata sint: & singula centenaria,decem aureos, annis singulis. Quamuis etiam,secundum sententiam Syluestri, & Caietani; qui dicunt mille tantum aureos Petri,ponentis pecuniam,esse capitale: bis mille aureorum,reperiatur lucrum: & semel mille aurei,intra quinque annos,lucrati fuerint, alios bis mille & singulis

gulis annis quadringentos:& singula centenaria,quadraginta aureos annis singulis. Ioannes non lucratur,vel nūmum.Quoniā ipse posuit aut mille aureos, aut mille aureorū operā: & de negotio,tantum mille aureos reportat:ideo nullū lucrum.Lucrum vero frequens,frequentius,& frequentissimū,& quod plurimum,& cōmuniter exspectari potest,est centū aureorū,singulis annis, de milliari singulo. Hinc,verissimū est,& accipiendum quasi certissimum, quasi necessariū,quod proxime supra diximus,& ostendimus exēplis,& experimentis quā multis,& effussa nimiū oratione,Ioannē, nihil posse lucrari,nedū in casibus lucri, frequentibus, frequentioribus, & frequentissimis,plurimum & communiter contingentibus. Sed, Quo, Ioannes incipiat lucrari quippiam;est necesse, vt,reperiantur, non tantum ter mille aurei: sed quid vltra: est necesse vt verum lucrum reperiatur : non solum mille aureorum: sed maius adhuc, & amplius. TANDEM, vt, Ioannes incipiat quicquam lucrari; est necessum , vt, Petrus, mille tantum aureis , intra quinque annos,lucratus sit iā ante partē (vt dicunt) mille integros aureos: est necessum ; vt mille aureis Ioannis , Petrus lucratus sit sibi ipsi QVINGENTOS aureos:est necessum:vt ijdem mille aurei Ioannis, & Ioānis capitale,prius lucrentur Petro,QVINGENTOS aureos : quā, vel teruntiū possint lucrari

sui

sui vero Domino, Ioanni. Vnde illud, quod sæpe, ac sæpius repetiuimus; Petrum, semper, etiamsi abeas in lucrum infinitum; lucrari iam ante partem, mille aureos, & eorum, QVINGENTOS Ioanni socio FVRARI: antequam Ioannes, suis etiam mille, incipiat lucrari sibi vel NVMMVM. Sed experimenta etiam huius veritatis persequamur, & partem hanc experimentorum, & demonstrationis ad incommodum, aliquando absoluamus.

Repertis in negotio aureis.

5000.

HIC casus est per-rarus, & insolentissimus, est iam, ex omni parte: nec potest, nisi a temerario exspectari: & maxime, si capitale totale, vt Syluester, & Caietanus contendunt, sunt tantum mille aurei, & tantum illi: quos Petrus confert. Est quidem, moraliter impossibile; semel mille aureos, intra tantum quinque annorū spatium, lucrari alios quater mille: tantum mille aureos, singulis annis, sexcentos alios posse parere. Nulla, hæc, alia egent probatione. Tamen.

Extra societatem.

BIS mille aurei, qui ad hoc vnum negotium, sunt necessarij, toti in negotio sunt capitale: bis

mille

mille aurei,toti ſunt damno primum : & ſolũ,quod, toto hoc dãnodeducto, quod totis his bis mille aureis deductis,quod totis his bis mille aureis repeti-
A tis primũ,ſupereſt,poteſt intelligi lucro eſſe. Vnde tãtum bis mille fuerunt damno:tantũ bis mille ſunt verum lucrum : ſingulum milliare , mille alios intra quinque annos lucratur : ſingulum milliare ducentos aureos ſingulis annis:& ſingula centenaria,annis ſingulis lucrantur viginti aureos. Quod lucrum per
B rarum eſt:poteſt tamen exſpectari.

PETRVS hinc,extra ſocietatem,quia ipſe vnus, poſuit totos bis mille aureos ; & toti bis mille ei fuerunt capitale , & damnum : his totis bis mille aureis,alios tantum bis mille lucratur: & ſingulo milliari,alios tantum mille , & ſingulis annis du-
C centos,& ſingulis centenarijs,viginti aureos,per annos ſingulos.

In Societate.

BIS mille aurei ijdem,iam diuiſi ſunt. In ſocieta-te,vnum tantum milliare eſt capitale : eſt damnum: & tantum milliare præpoſitum a Petro. Hinc,
D in partitione,deducto tantum hoc vno milliare , & repetito toto,ante omnia,ab vno Petro;dicitur,iam eſſe deductum totum damnum: & quod, tantum vno milliare deducto, ſupereſt , exiſtimatur lucrum a Sylueſtro,& Caietano.Hinc, in propoſito caſu. Ter

mille, toti sunt lucrum natum, ex illo tantum vnum milliare: quod posuit Petrus: & vnum tantum milliare, in societate, intra tantū quinque annos, omni dāno deducto, ter mille alios aureos lucratur: vnde.

A PETRVS, in societate, primum deducit, & repetit ante omnia, totum vnum milliare: deinde: lucrum ter mille aureorum, æquis portionibus diuidit: vnum totum medium retinet sibi: Ideo, vno tantum milliare; intra quinque annos, lucratur, alios mille & quingentos aureos: qui, extra societatē,

B singulo quoque milliare, tantum semel mille potest lucrari.

C IOANNES vero socius, qui, quamuis tantum operam posuit, contulit tamen mille aureos, in pecunia; vere consistentes, & vere permanentes: quos, conducto operario, & mercatori, pro tantum opera vere persoluit; nullum ante lucri diuisionem, deducit damnum, capitaleue repetit: sed tantum accipit, illius lucri, ter mille aureorum, alterum medium: reliquos mille, & quingentos aureos: & hos tantum refert de negotio: referente Petro, bis mille, & quingentos.

D IN eodem numero casu, sociorum, qui paria contulerunt, alter totum suum milliare repetit: deinde totum vnum medium lucrum desumit: vno tantū milliare intra quinque tantū annos, mille & quingentos

tos aureos lucratur: singulis annis, trecentos aureos, & singulis centenarijs triginta: alter nullũ deducit, nullum repetit capitale, sed conceditur ei, tantum alterum medium lucrum: tantum alterum medium,
A illius lucri, ter mille aureorũ: tantum mille, & quingenti aurei conceduntur ei, & hos tantum refert de negotio. Hinc, quamuis Petrus, tantũ mille posuit; his lucratus est, alios mille & quingentos: & reportat de negotio, bis mille & quingentos: & quãuis socius Ioannes, apposuit etiã alios mille, æque ac Pe-
B trus; acceptis tamen, tantũ mille & quingentis, mille sunt, pro mille: quos præposuit, & pro capitali: & in cõpensationem dãni quod accepit mille aureorum: quos posuit in societate, & in negotio: aut pro precio mille aureorum: quibus ęstimata est opera: & quoniã omni hoc dãno, mille aureorũ deducto, & repetito a Ioanne, de parte lucri, quæ, eum contingit, re-
C liqui facti sunt, tantum quingenti. Hi tantum quingenti, sunt lucro Ioanni. Ioannes, suis mille, quos apposuit tantum lucratur semel quingentos: singulis annis centũ, & singulis centenarijs, tantum decẽ aureos: quamuis Petrus in eodẽ numero casu suis, etiã tantum mille, lucratus est alios mille & quingentos: Petrus, mille aureorum capitale, lucratur ter quin-
D gentos: Ioannes, capitali, etiam mille aureorum, lucratur, tantum, semel Quingentos:

LVCRVM verum in hoc negotio est TANTVM

2000

LVCRVM esse, tantum bis mille aureorum, ex superioribus factum est necessarium. Nam, extra societatem, ita est: bis mille aurei, sunt capitale: bis quoque mille sunt lucrum. Quoniam, bis mille, qui sunt capitale, toti primum sunt damno: &, quin, toti bis mille deducti sint; non erit verum, omne damnum esse deductum: & illud solum, quod totis bis mille aureis deducti supereſt; potest lucro esse: ideo, est impossibile, in proposito casu, totos ter mille aureos lucrum esse. Lucrum quippe sic fit, omni damno non deducto: semel mille aureis, quos Ioãnes apposuit: quique fuerunt damno Ioanni, non deductis: & sic reliquis cum vero lucro. Ex quo, omnis illa inæqualitas ita aperta, ita maxima: quæ omnẽ e medio tollit societatẽ. Hanc inæqualitatẽ, vna con
Cõtẽtio tentione ostendemus, quam breuissima oratione. Pe
trus, in societate, ad negotium tantum mille aureos
Accurata contulit: Ioannes vere apposuit in pecunia, & permanentes, alios, etiam mille. Petrus, ante omnia, deducit & repetit, totos vt dicunt, suos mille: Ioannes ante lucri diuisionem, non deducit suos mille: nec dũ illorum partem: Petrus suis tantum mille, alios etiam mille & quingentos lucratur: & de negotio,

bis

bis mille & quingentos reuera refert. Ioannes, tantum recipit medium, illius lucri, ter mille aureorum: & totum quod reportat de negotio, sunt tantum, hi
A mille & quingenti aurei: horum, mille sunt pro capitale: tantum quingenti reliqui, possunt intelligi lucro esse Ioanni. Petrus, reportat de negotio, bis mille & quingentos: Ioannes, tantum semel mille & quingentos: Petrus, lucratur mille & quingentos: ter quingentos: Ioannes, tantum semel quingentos.
Petrus, suis mille, singulis annis, lucratur trecentos:
B Ioannes, suis etiam mille, tantum centum, annis singulis. Petrus singulis annis, singulis centenarijs lucratur triginta aureos: Ioannes, tantum decem aureos lucratur, singulis centenarijs, annis singulis. Tanta vero inæqualitas, impossibilis omnino est; quin intersit
C in contractu & dolus, & fraus: quin intercedant & iniquitas, & iniustitia, & FVRTVM, & RAPINA. Coëunt quidem hæc omnia, in hoc vno contractu. Dolus, & fraus siquidē est; non deducto prius omni damno, ante totius damni illati compensationem, lucrum iam itelligere, assignare, determinare: refer-
D re in lucrū, dānum ipsum: lucrū facere ipsum, quod est capitale, & quod vere fuit dāno. Extra societatē, bis mille aurei, toti sunt capitale, toti sunt dānum: & totis his deductis, reliqui tantum bis mille, sunt lucrum. In societate, tantum semel mille sunt capitale,

sunt

sunt dãno: toti ter mille reliqui a Sylueſtro, & Caietano intelliguntur lucro esse: sed, (salua pace Sapientissimorum virorum) omnino falso. Quoniã, (vt demonstrauimus) eodem modo, vt se habent res in so
cietate, atque extra societatem; est omnino necessa- A
rium: maxime in eodẽ numero casu. Extra societatẽ vero quãdo duo milliaria simul, tãtũ bismille aureos lucrata sunt: singulũ milliare, in societate alios tantũ mille aureos lucratũ fuisse, factũ est omnino necessa
riũ. Præterea, extra societatẽ, duo milliaria, simul & coëuntia, tantũ bis mille aureos potuerunt lucrari: B
nullo modo potuerũt parere, reddereue ter mille au
reos. In eodem autẽ numero & casu, & nunc, aut nul
lius vel tẽporis, vel instantis defluxu, mutatione so
la, eaque tantũ voluntatis, ex imaginaria a non socie
tate, in societatẽ, tanta iã est consequuta rerũ pertur
batio, & cõmutatio; tanta hoc vno, vnum milliare est C
donatũ fœcunditate, & vbertate; vt, quod nunc, ex
tra societatẽ, tãtũ semel mille aureos potest lucrari;
idem numero, & in eodẽ numero nunc in societate,
in eodem omnino & negotio, & casu, eodẽ tandem
numero partu, pariat tantum vnum, & etiam tres:
pariat tantum vnum aliud milliare, & simul etiã, tria D
alia milliaria: vt vnum solũ milliare, sine consorte, pa
riat tria milliaria: quæ, parere nullo modo potuerũt,
extra societatem, duo milliaria, & coëuntia: non bis

mille

mille aurei,nō alios ter;ſed tantū bis mille alios potuerunt parere,aut reddere,O ſingularis,O mirabilis,O feraciſſima,& ſupra omnes naturę vires virtus
A vnius,& ſolius huius æquiſſimæ ſocietatis:quæ talē, ac tantā impertitur pecunijs,& vni tantū milliari fœcunditatem.Vnū milliare extra ſocietatē,tantū alios ſemel mille lucratur:idem numero in ſocietate,in eo dē numero caſu & nunc,& eodē numero partu iam lucratur ter mille alios:extra ſocietatē, ſingulis an-
B nis,tantum ducentos:in ſocietate,iā ſexcentos:eius, ſingula centenaria,extra ſocietatē,ſingulis annis,tantum viginti aureos,in ſocietate vero, & eodem numero caſu, & partu iam lucratur SEXAGINTA. Quod quis credat? vel ſi adſeueret & Syluester, & Caietanus?Ex hac vel fraude, vel deceptione, tota
C illa quāmaxima inæqualitas. Quæ ad ſummā reduceretur æqualitatē;ſi hoc totum milliare, ad damnum reducatur;vt eſt, extra ſocietatem: & fiat capitale, & compenſatio eius,ac reſtitutio fiat, eidem ei: qui damnum hōc acceperat: & capitale poſuerat. Extra ſocietatem, vnus Petrus, acceperat totum hoc damnum, bis mille aureorum: qui, totos hos bis
D mille contulit: ad hoc negotium. Hinc, vni Petro,reſarciendum eſt totum hoc damnum:ad vnum Petrum, pertinet, ante lucri diuiſionem, totum hoc damnum, totos hos bis mille aureos deducere,

& re-

& repetere, & quod, omni hoc, bis mille aureorum capitale, & damno deducto, reliquum fit, hoc totum est lucrū. hi toti, etiā bis mille aurei reliqui, sunt lucrum: & sunt lucrū vni Petro. In societate vero, Petrus, solum accepit dānum, tantum & semel mille aureorum: tantum mille aureos posuit in negotio: & tantum mille aureis, ab eo deductis, & repetitis ante lucri diuisionem, facta est ei, & cumulate dāni accepti compensatio. Præterea, quoniam, lucrum natum ex bis mille aureis, etiam est bis mille aureorum; huius lucri, singulo milliari, quod fuit dāno, semel mille aurei etiam & respondent, & debentur: ideo ad Petrū, huius lucri, bis mille aureorum, altera tantum pars, alterum tantum medium, tantum semel mille aurei pertinent. Hinc, de quater mille aureis, repertis in negotio, in proposito casu, etiā alterum tantū medium, bis tantum mille aurei, possunt pertinere ad Petrum: Petrus: de hoc negotio, tantum bis mille aureos, potest referre: etiāsi bis mille deductis a Petro, reliqui reperiantur alij, etiam bis mille; Petrus, horum, nullam vel exiguam partē, poterit accipere: vel si non constet, vel si non inueniatur, quis eorum sit dominus; de his nihil potest Petrus deducere; quin accipiat alienum: quin furetur. Quando ergo, ad Petrum, hi reliqui etiā bis mille aurei, iure nullo possunt pertinere; vt ad vnum socium, vt ad vnum

Ioannem

Ioannẽ,toti pertineant;eſt palam:eſt omnino neceſ-
ſum:tum etiã,vt hi bis mille aurei, eãdem ſeruent ra
tionem:quam illis bis mille pertinentes ad Petrum:
A Ideoque, Ioanni, æque ac Petro, toti mille lucro
ſint:& reliqui toti mille,fuerint & capitale & dam-
no.Vnde, vel a poſteriori perfecimus,& neceſſario,
Ioannem,quamuis contulerit tantum operam,mille
aureos in ſocietate cum in pecunia, tum conſiſten-
tes,& permanentes appoſuiſſe,mille aureis Petri.Po
B ſuit igitur Ioannes,in hoc negotio, in hac ſocieta-
te,mille aureos in pecunia, etiamſi, tantum operam
poſuit: quia adtulit totum pretium operæ, quæ æſti
mata eſt mille aureis:& hinc,mille aureos,iure opti-
mo poteſt Ioannes, æque ac Petrus,ante lucri diui-
ſionem deducere;vt fiat ſibi, cumulata compẽſatio,
C damni accepti: damnum quippe accepit, mille au-
reorum. Quoniam,etiamſi operam tantum cõtulit;
mille tantum aureorum exhibuit operam:& conduc-
ctus,quamuis nullam ipſe pecuniam appoſuiſſet, in
negotio;ſed tantum,ex mille aureis, locatam operã;
tandem tamen,a ſui conductore, recepiſſet quidem
D veram,conſiſtentem,& permanentem pecuniã mil-
le aureorum.Vnde non deductis a Ioanne, nõ repe-
titis ante lucri diuiſionem totis mille, quibus æſti-
mata eſt eius opera:nec erit verum, omne damnum
deductum fuiſſe:nec lucrũ eſſe totum: quod reliquũ

est, damno, & capitale Petri tantum deducto. Est igitur necesse; ante lucri diuisionē, totum pretium operæ Ioannis deduci, & restitui totum, vni Ioanni: vt verum sit, omne damnū esse deductum, & factā esse cōpensationem accepti damni, eidem accipienti; & A reliquum totum, sit verum lucrum. Quo cognito iam, intellecto, & determinato, & a capitale separato; huius, iam, ad diuisionē possunt accedere & Petrus, & Ioannes: hoc enim lucrum, inter eos est cōmune: hoc iam accipiunt omnes a Iustiniano, & Syluester, & Caietanus. Huius lucri partem, eam, quæ illum B adtingit, potest etiam exigere, referre etiam Ioannes. Nunc, eamdem, quam supra, partitionem sequemur: quia commodior perspicuitati, suo loco iustissimam demonstrabimus. Lucri ergo bis mille aureorum, vnum medium tantum, respondet medio capitali, mille aureorum: quod tantum posuit Petrus: mille tantum aurei, pertinent ad Petrum: alterū C totum medium, respondet alteri medio capitali, etiā mille aureorū: quod appositit Ioannes: toti reliqui mille aurei, ad vnum Ioannem pertinent. His, ad eamdem æqualitatem, quam seruantes extra societatem, in societate reuocauimus omnia: nulla socio- D rum habita ratione, nulla Petri, & Ioannis, sed tantū pecuniarū: quæ extra societatem sunt capitale. Extra societatē, toti alteri bis mille aurei, sunt totale capitale,

capitale, sunt damno cõmuni: toti alteri bis mille, sunt totale lucrum cõmune, æquis portionibus diui
dendum, inter singula milliaria. Lucrum totale, bis
mille aureorum, respondet capitali totali, etiam bis
A mille aureorũ: & lucrũ, æquis duabus portionibus iã
diuisum, & partiale, respondet capitali partiali: lucrũ
mille aureorũ, capitali mille aureorũ: duorũ milliariũ,
quę fuerũt totale capitale, singulo, quod, vnũ capita
le partiale constituit, solum vnum, & vnum totũ me-
diũ lucrũ, potest respondere. Singulũ milliare capita
B lis, tantum mille aureos potest lucrari: & singulum,
hos totos. Nec secus in societate. Vnde, quia in so-
cietate vnũ tãtum milliare capitalis totalis, bis mille
aureorum, positum fuit a Petro: ad Petrum, tota-
lis lucri, bis mille aureorũ, tantum vnum medium,
tantum semel mille aurei, & totius summæ, quatuor
millia aureorum, tantum vnum medium, tantum bis
C mille aurei possunt pertinere: & bis mille tantum au
reos, de negotio potest Petrus reportare: & quia al-
terum totum medium, totalis bis mille aureorum ca
pitalis, appositũ fuit a Ioanne; ad Ioannẽ etiã, totalis
bis mille aureorũ lucri, totum alterum medium, toti
reliqui etiã mille aurei, & totius sũmę 4000. aur. vt do
cet Less. *vbi sup n.* 10. totũ alterũ mediũ, toti bis mille
D aurei reliqui, vt pertineãt est necessum: & Ioannẽ, de
negotio, ęque ac Petrũ, bis mille aureos referre. Verũ

quoniã Petrus, Syluestrum, & Caietanum doctores, frequentissimi chori, sequutus; Ioanni, nullam compensationem facit, illius damni illati, mille aureorũ: quos totos, in sua tantum opera posuit: nec deducit illos Ioannes: vt, sit verũ, omne damnum fuisse deductum: sed toti ter mille reliqui, deducto, tantum Petri capitale, & damno, fiunt lucrum totale, & cõmune. Hinc, factum illud; vt LVCRVM, ter mille aureorũ sit: sed: vt, aperte demonstrauimus; falso. Nam verum lucrum, tantum bis mille aureorum est, non aliter in societate; atque extra societatẽ. Hinc, factũ præterea; vt Petrus in societate, vno tantum milliare, mille & quingentos aureos lucretur: qui extra societatem, eodem numero vno milliare, tantum mille aureos potest lucrari. Hinc factum, vt Petrus, in societate, lucretur QVINGENTOS aureos amplius, & vltra illos mille: quos, singulum milliare, potest lucrari extra societatem. Hinc tandem perfectum; hinc tandem absolutum, & consequutum: vt, alterum milliare, quod apposuit Ioannes, tantum quingentos possit lucrari, quamuis, lucri totalis bis mille aureorum, respondeant ei, & debeantur verissime, & iustissime toti mille: &, vt Ioannes, cui sumo iure; bis mille aurei debentur, de quater mille, id proposito casu; non totum quod suum est; non totos bis mille aureos, qui toti ad ipsum vnum pertinent

A B C D

tinent,possit accipere:sed,de hoc negotio, tantum mille & quingeutos valeat reportare: vt QVINGENTOS, non accipiat:qui ex veritatis, æqui-
A tatis etiam, & iustitiæ præscripto, ei vni debentur. Quia Petrus,accepit quingentos non suos;Ioannes, quingentos vere suos, non poreſt accipere. Est igitur verissimũ, & cõprobatum experientia cum longissima,tum certissima, quod imposuimus nobis demonstrandum; QVINGENTOS videlicet aureos, Petrum,FVRARI Ioanni socio semper, & in omni
B bus casibus,& partitionibus: quando aurei aut tantum mille,aut plures reperiuntur:Petrum, prius lucratum esse mille aureos:quã Ioannes incipiat quicquam lucrari.Petrum & Ioannem, nunquam posse fieri lucro æquales:sed semper, quãdo Ioannes quip
C piam lucratur;vel si tantum nummũ,Petrum lucrari secundo,idem & totum illud:quod Ioannes:præterquam quod,antequã Ioannes,incipiat,tunc illud lucrari,ipse,Petrus inquã,iam habet,ante partem,& ante omnia,lucratos alios mille:totos videlicet illos mille:quos solus,ante omnia, priuatim deducit, de
D summa reperta,in societate, quæ tota, inter socios est communis, æque ac lucrum, etiamsi lucrum dixerit nominatim Iustinianus: nec expresserit idem, de tota summa.Præterea(vt ostendimus) Petrus, in omnibus casibus,in quibus, verum reperitur lucrũ

Petrus. Ioanni Quingẽtos aureos.

mille

mille aureorum, illud totum extorquet, & tetinet
sibi vni. Ioannes, illius lucri, nullā partē sentit: in om
nibus casibus, in quibus, lucrum verum adest; nondū
cōpletum, mille aureorum, Petrus, retinet sibi, non A
solum totum lucrum, quod etiam pertinet, ad v-
num Ioannem: sed semper, etiam aliquam partem,
eiusdem capitalis: & aliquando, maximam. In quo
tantum, iniustitia manifesta, aperta rapina, ac Fur-
tum. Tum etiam Petrus, in omnibus casibus, in
quibus, tantum bis mille aurei reperiuntur, de eo-
dem capitali Ioannis, quod totum adhuc est sal- B
uum, totum medium, totos QVINGENTOS
aureos FVRATVR: & hos totos lucratur; in ca
su: in quo, vere nullum est lucrum. Et hoc est verius
medium lucrum: quod dat, qui ponit pecuniam,
ei: qui ponit tantum operam; FVRARI illi, to-
tum medium capitale. Quod auscultandum, & ob- C
seruandum maxime. In casibus, in quibus verum est
damnum, sed nondum mille aureorum, Petrus, nul-
lam partem sentit damni: sed potius lucratur: quo-
niam, non solum imponit Ioanni, totum verum dam
num: sed eidem præterea furatur, totum medium,
eius, quod eidem Ioanni manet in societate saluum: D
& hoc ipsum est, quod Petrus lucratur, in casu, in-
quo, nullum est verum lucrum: sed potius verissi-
mum, & nonnunquam, grauissimum damnum. In ca
su, in

ſu,in quo,damnum completum eſt iam mille aureorũ:& tantum mille aurei,in negotio reperiuntur ſalui;Petrus deſumit totos Quingentos aureos, ſaluos
A Ioanni: & ita Petrus,huius magni damni, mille aurum,nullam ſentit partem: ſed ſolus Ioannes, ſentit totum hoc magnum damnum. In quod vnum conueniunt iam Iniuſtitia,Rapina,Furtum,Vſura.In his enim omnibus caſibus,in quibus, iam nec bis mille aurei reperiuntur, ſentitur iam verum damnum;
B & Petrus vnus, recuperat ſaluum primum, totum, quod ſibi vere eſt ſaluum: præterea totum, quod vere,vnus ipſe,de ſuo capitale, deperdit:de ſuis inquam(vt loquuntur)mille aureis: & id totum,quod ipſe deperdit,deſumit, extorquet& furatur,de eodem ipſo capitali, ſaluo Ioanni, & Ioannis: nedum
C ſolum id: ſed lucratur Petrus, adhuc ſemper,quicquam: & (vt diximus, ac etiam demoſtrauimus, aperte ipſa praxi) id totum;quod lucratur,FVRATVR ſecundo, etiam de eodem capitali Ioannis, & Ioanni ſaluo,& reliquo: poſtquam Petrus,de eodẽ, deduxit primũ totum,quod vere ipſe deperdit.His caſibus,his vijs, ad ſui vſque vltimam extinctionem
D deuenit,totum mille aureorum capitale,vnius Ioanni:ſaluo adhuc, & permanente integro,ſoloPetri toto capitale.Hac vna via, Draco,iſte magnus,pecunioſus Petrus exſorbet,& abſummit, totũ capitale,

totos

totos mille aureos, socij Ioannis: & auctoribus Syluestro, & Caietano. Exhausto iã, toto Ioannis capitale, capitale Petri, adhuc totum integrum reperitur. Est quidẽ necesse; (vt diximus) vt absummatur A
omnino, prius, totũ mille aureorũ capitale Ioannis; quo Petrus, de suo, incipiat deperdere vel nummũ: est etiã necesse; vt, nedum mille aurei reperiantur; QVO Petrus incipiat, quicquã deperdere. Quod per-raro potest contingere. Tandem, in omnibus ca sibus, in quibus, nedum mille aurei reperiuntur: in B
quibus, damnũ est verum, non tantum mille aureorum, sed adhuc maius; Petrus Furatur Ioanni, totum illud: quod, vni Ioanni, est saluum. Vnde, vt supra, primo experimento demonstrauimus; si Repertis tãtum mille, Petrus vnus, totos mille repetit, vere Furatur Ioanni, totos alteros QVINGENTOS: si C
repertis octingentis, Petrus, retinet sibi, totos octingentos; FVRATVR Ioanni, totos QVADRINGENTOS. Si aureus tantum reperitur saluus; & totum illum, vnus extorquet Petrus, FVRATVR Ioanni decem solidos. In his omnibus casibus, in quibus, aut tantum mille, aut plures periuntur aurei: vel tantum mille reperiuntur salui. QVOD reperi- D
tur saluum, & quod pertinet ad Petrum, & quod pertinet ad Ioannem, totum, vni Petro est saluum: & vni Petro attribuitur, iuxta doctrinam Syluestri,

& Ca-

& Caietani. Conueniunt tamen iniuſtitia, rapina, furtum, Vſura in hoc vnum. Experimentis id etiam euoluamus, explicemus, reuelemus.

A

Repertis in negotio aureis tantum.

8 0 0.

BIS mille aurei, in hoc negotio, fuerunt capitale. Singulum milliare, deperdit ſexcen-
B tos: ſingulum milliare, ſeruauit quadringentos.

Extra ſocietatem.

PETRVS vnus, poſuit in hoc negotio, totos bis mille aureos: Petrus vnus, in hoc caſu, per-
C didit totos mille & ducentos: Sed ita, de ſingulo milliare, perdidit ſexcentos; & ſinguli milliaris, ſeruauit quadringentos: ita diuidenda hæc duo, & damnum, & quod reperitur ſaluum duobus illis milliaribus: quaſi duobus ſocijs.

In Societate.

D

PETRVS, in hoc eodem numero negotio, vnum tantum milliare poſuit: non poteſt de hoc milliare, non deperdere totos ſexcentos: huius vnius milliaris, totos octingentos, non poteſt habere ſal-

uos: sed tantum quadringentos. Societas namque, non potest hæc mutare. Non potest siquidem efficere societas; vt in eodem numero casu, & nunc, vnum & idem numero milliare, sui ipsius deperdat sexcentos: & seruet octingentos: vnum & idē numero milliare, seruet tantum quandringentos; & seruet totos octingentos: vnum & idem numero milliare, eodem numero abortu, proijciat & deperdat totos sexcentos; & tantum ducentos. Hęc namque omnia, contradictionem implicant. His, iam manet argumentis necessarijs, nec non apodicticis exploratum, & factum necessarium; Repertis aureis octingentis, horum, quadringentos tantum, posse pertinere ad Petrum: quoniam, in societate, duorum milliarium: quæ posita sunt in negotio, alterum tantum est Petri: Petrus, vnum tantum posuit: & huius, totos sexcentos deperdit: & seruare potuit saluos, tantum quadringentos: & seruata iustitia, Petrus, hos tantum quadringentos, potest accipere, & reportare de negotio: & quamuis his deductis, superstites reperiantur, alij quandringenti: hi, nulla ex causa, ex nullo iure, possunt ad Petrum pertinere: nec illorum vlla pars, vel minima. Nec totos illos, nec partem illorum, potest Petrus accipere; quin alienum accipiat: quin noxam inferat: quin committat FVRTVM etiamsi, nec adsit eorum dominus

A B C D

minus:nedum appareat,quis sit.Adest tamen Ioannes,Petri socius: de quo vno credendum, collatorem fuisse,illius alterius milliaris: quod Petrus non præposuit: & fuit ad negotiũ omnino necessarium.
A Atque ita, hi quadringenti reliqui, deductis iam a Petro totis quadringentis,ei saluis,vere sunt, quadringenti illi:qui,de altero milliare,non posito a Petro,necessum est fuisse saluos: vere sunt quadringenti reliqui salui,illius milliaris:quod vnus Ioannes apposuit.Vnde,præter Ioannẽ,ad nullum,nedũ ad Pe-
B trum,possunt hi quadringenti aurei pertinere.Nullus enim alius,potuit addere alterum illud milliare, ad negotium necessarium. Sunt igitur vnius Ioannis,hi toti QVADRINGENTI aurei.Quoniã autẽ Petrus,ex doctrina singulari Syluestri, & Caietani, repetit totos octingentos: quasi,in societate, vnus ipse,vtrũque milliare,æque atque extra societatem, præposuisset;vere FVRATVR Ioanni,totos QVA-
C DRINGENTOS aureos.In quo vno,cõpleta est iã singularis iniquitas, & iniustitia. Accipit enim Petrus,alienos,quadringentos aureos.Sunt quidẽ,toti octingẽti aurei,cõmunes inter socios.Hoc iã sentit, & fatetur *Couar.vbi sup.*cũ inquit:Immo hoc in casu, cũ industria, & opera vnius ex socijs æquiualet,&c.
D Negat tamẽ Couarr.in secunda statim cõclusione,in his intercedere,repeririue posse vsurã: nedum,cum

Pet.fur. Ioanni Quingẽtos aureos.

Pecunia in societatem datur, eo pacto; vt, accipiens eam, periculum eius subeat: sitque salua, & integra conferenti: lucrum vero ex ea partum, vtrique cõmune. Est tamen, in hoc vno, præter iniustitiam, & furtum, etiam manifesta Vsura. Quoniam, Petrus, in hoc casu, de suis mille, vere, tantum quadringentos, reperit, & habet saluos: sexcentos, qui desiderantur, totos semel, & vere perdidit: tamen repetens totos octingentos, & nihil relinquẽs Ioanni, sexcentorum, saltẽ, quadringentos, iam vere deperditos, cum sexcentis, totos exigit a Ioanne, factos sibi securos: & quasi non perijssent, saluos: extorquet ab eo, totum, quod ei vni vere est saluum, extorquet, totos quadringentos aureos, Ioanni vni saluos: quibus arreptis; Petrus, resarcit, & compensat sibi, totum damnnum, saltẽ quadringẽtorum: qui ei perierunt: quod valent resarcire, & cõpensare hi qnadringenti. Vnde, ijdẽ illi quadringenti, quamuis vere Petro perierunt, & hi etiam quadringenti, toti, vere sint salui vni Ioãni: quoniã tamen Petrus, quamuis sint Ioannis, exigit eos, & desumit, & extorquet, & retinet totos; pro quadringentis sibi semel, & vere deperditis; fit, aut factum iam est; vt tandem quadringenti aurei Petri, qui perierunt, vni Ioanni perierint toti. Vnde, circa hos quadringentos, in hac partitione, opere & actu cõpleta est Vsura: etsi inficietur Couarruuias.

uias. Quoniam, hoc vno, hi quadringenti positi a Petro, facti sunt Ionāis. Nam, omnis ille, cui, res aliqua perit, est rei sibi deperditę dominus. Ioannes tamen,
A factus est dominus, horum quadringentorum; per contractum tantum mutui. Hic enim, & omnis contractus, societatis nomine initus, aut donatus, in quo, res, quæ confertur, stat periculo accipientis; & qui eam confert, de ea exspectat lucrum; definit esse societas: & omni ex parte, fit mutuum Vsurarium: quando, nullus intercedit contractus assecuratio-
B nis: nec huius, iustum pretium redditur: & nulla huius aut damni, aut periculi fit ad æqualitatem compensatio. Hanc doctrinam, ex his quę *D. Th. 2. 2. quæst. 78. art. 2. ad. 5.* nullo excepto, omnes DD. Iurisconsulti etiam, (vt Couarruuiæ sapientiam demirer)
C amplectuntur: & nos supra, multis in locis, explicauimus, & repetiuimus. Verum enimuero, quoniam & sapientissimos nostrorum, latere adhuc video, non doctrinam communem, & generalissimam quā traditam a D. Th. accipiunt: sed his in contractibus, quos accusamus, sequi id inficiantur: scilicet, acci-
D pienti perire, rem collatam ab altero: etiamsi multi, & effusi nimium videamur; superiora cumulabimus, ad pleniorem explicationem, his quæ sequuntur.

Vsu-

Vsura, & iniustitia huius contractus apertius multo manifestatur.

A

QVAMVIS, in his contractibus, societatis nomine institutis, in quibus, sortes sunt æqualis valoris, etiamsi alter pecuniam confert, alter non confert; non conferenti tamen, tantum Medium-lucrum datur; non exprimatur pactum: ex quo, B pecunia, conferenti, sit secura: quod ab Vsura, nullo modo, potest aut purgari, aut excusari: etiamsi contendat Couarruuias; Nihilominus, in partitionibus opere, & actu apertissima, manifestissimaque perficitur, & completur Vsura: & ex vi verborum pactionis, & ipsius contractus. Nam illud, (in nostro exemplo) stipulari videlicet Petrum a Ioanne; C & deducere in pactum; vt, repertis tantum mille aureis, in omni euentu, toti sint vnius Petri; & toti ad vnum Petrum pertineant, & redeant; iam, hoc, est expresse paciscí; vt quamuis, quingenti, qui sunt Petri, & ad Petrũ pertinent perierint; pereant Ioan D ni: Petro vero restituantur, reddantur, persoluanturque; & fiant securi, & salui, de quingentis saluis, vni Ioanni, in illis mille saluis. Quoniã, vt experimentis

explo-

explorauimus supra; seruatis & repertis in negotio, tantũ mille; verũ damnum sentitur iam aliorũ mille: bis enim mille, ad negotium sunt & necessarij, & col
A lati: si mille a Petro, a Ioanne alij quoque mille: tantũ semel mille, in societate repertis; palã est, vni Petro, totos alteros quingentos, vere perijsse: seruatos ei fuisse, reliquos tantũ quingentos: non totos mille: Ioanni non secus, saluos esse totos quingentos verissime: perijsse tantũ quingẽtos reliquos: non vero to
B tos mille. Hinc, Petrus extorquens, ipse vnus totos mille saluos: repetit saluos, totos mille, & quingẽtos sibi vere saluos: & quingentos, sibi vni, iam semel, & vere deperditos: ipse vnus, repetit totos quingẽtos saluos vere, sibi vni: & totos quingẽtos, vni Ioãni, ve re saluos: & hos quingentos, saluos vere, vni Ioanni,
C totos extorquet, pro recuperãdis quingẽtis, sibi vni vere deperditis. Idẽ cõsequitur damnũ in societate, fuerit aut octingẽtorũ, aut quingentorũ, aut ducentorũ, &c. totũ mediũ damnũ, pertinet ad Petrum: totum mediũ seruatum, & amplius (vt infra suo loco demonstrabimus) pertinet ad vnũ Ioannẽ. Petrus tamẽ, nullã partem damni sentit: (vt ostendimus,) qui,
D de parte salua vni Ioanni, resarcit sibi, totum damnũ: quod, ipse vnus, sẽtire debet: recuperat totũ, sibi vni deperditũ: aut, quod de suo capitale, vere perijt. Quo fit, vt totũ q; perijt, pereat vni Ioãni, & saluũ Petro fit

Vsura Explicatur.

Pe-

Petro: & factum sit Ioannis: cui perijt, quippe salũ totum illud reddit Petro: non aliter ac si, mutuo, totum illud, Ioannes a Petro accepisset; haud vero in societatem. Hoc paciſci, est quidem etiam, (quod grauissimum) Petrũ stipulari a Ioanne, vt vel si, mille sui, Petri inquam, toti perierint; loco illorum, & pro illis, stent toti mille aurei; qui sunt vnius Ioannis: & toti mille aurei, ad vnum Ioannem pertinentes, toti sibi vni, vni Petro, sint salui: non Ioanni, eorum domino. Spissum quidem id, & permultum: me tamen ipsum ego expediam: & eodem illo exemplo proposito a principio. Est quidem id, Petrum dedisse Ioanni, mille aureos in societatem, ita, illo adhibito pacto; vt Ioannes, in sua ipsius arca, præparatos teneret, alios etiam mille suos, in id vnum destinatos; vt, in quocunque euentu, Petro sit cautum: Petrus, si sui mille aut pars, aut toti perierunt; aut nihil, aut non multum, aut non quantum cupit, fuerit lucratus; ipsemet Petrus, possit de eadem illa arca Ioannis, sibi exposita ac tradita, sibi ipsi, pro arbitrio, eorum, qui perierunt, aureorum iacturam, & damnum resarcire. Hos mille, petit Petrus a Ioanne, reponi in arca, & arcam sibi tradi; quasi sibi (Petro inquã) obsides: vt sibi vni cautum sit nec tantum id: sed etiam: vt, quando, vere, nullum in negotio, erit lucrum: & quando etiam verum damnum; ipse, queat, de arca

Ioan-

Ioannis lucrum,& vberrimum sibi facere. Hoc totum,opere,& actu perfectum,& completum, superioribus permultis experimentis, iam demonstrauimus: sed,repetemus, quambreuissima cõprehensione:quasi superiora omnia perorantes: vt tibi iudex sapientissime,memoriam refricemus. Nihil omnino reliquũ sit in negotio;nullæ pecuniæ reperiantur;perierint Petro toti mille;Petrus,Ioannis, (quasi conducti vt supra)adit arcam, extrahit, quos Ioannes, de sua diurna mercede reposuerat in ea: extrahit mille:his,sibi resarcit iacturam, & damnum totum: quos deperdit,mille aureorum: repetit Petrus certos,repetit securos, de arca Ioannis, mille aureos Ioannis,& Ioanni seruatos,& saluos,pro mille suis,sibi iam,totis vere deperditis:& ipse, deperditis sibi mille;totos repetit saluos, nihil deperdit: & Ioannes,saluis sibi totis totis mille; totos suos mille deperdit:nullos repetit saluos. Repertis in negotio tantum quingentis: & quingentis vere Petro deperditis;Petrus, adit arcam Ioannis, mittit manus: deducit quingentos seruatos in arca, & saluos Ioanni:resarcit sibi totum damnum,quingẽtorum: quos vere perdidit vnus ipse: quingẽtos deducit Petrus, de arca Ioannis:pro quingẽtis sibi vere deperditis. Salui reperiuntur tantum mille in negotio: at nullũ adest lucrum,repetit totos mille, est tamen grauis-

 simum,

simum, tantum mille referre, & lucrum nullum: & Petrus ducentos aucupatur lucri; adit Petrus, arcã Ioannis: petit ex ea quadringentos: diuidit æquis portionibus: vnum totum medium retinet sibi: hoc vno, iam lucratur ipse, & lucratur ducentos, reliquos A tantum ducentos, restituit Ioanni: cui vere furatus est de arca, quadringentos. Hoc tamẽ lucrũ est paruum: expetit maius adit Petrus, arcã Ioannis, educit ex ea mille: diuidit æquis portionibus: desumit sibi quingentos: reliquos quingentos reddit Ioanni: cui furatus est mille: & hos quingentos, quos retinet sibi, quosque furatur, lucratur certos, & securos: vbi, vere, nullum adest lucrum. Repertis in negotio tantum bis mille; quamuis vere, nullum sentitur lucrum: mille tamen dicuntur lucrum: & medio accepto, Petrus lucratur quingentos: appetit tamen, lucrum mille aureorum: adit Petrus, arcam Ioannis: C illam euacuat: mutuatur, furatur ex ea totos mille: hos adijcit, illis bis mille, repertis in negotio: ter mille aureos sic complet: repetit ipse, primum, mille, quia mille præposuit: deinde, reliquos bis mille, diuidit eos, æquis portionibus: quia, his cauillis, toti bis mille facti sunt lucrum: mille, qui vere sunt lu- D crum, totos retinet sibi: Ioanni, tantum concedit, totos reliquos mille: eosdem quos, furatus est eidẽ, de arca: vt his præstigijs, illud videretur lucrũ: quod

verius

verius est furtum. Ipse Petrus sic, tantum mille aureis lucratur mille: Ioannes, haud lucratur vel nummum: sed tantum, eosdem mille extractos, de eadem sua arca, recuperat restitutos. Quis, qui, paratum
A sic habet lucrum; ita facile accepti damni remediū; compensationem tam admanum; neglegat esse sarctum, tectum? spernat lucrum? prætermittat FVRTVM? maxime, nulla, quæ terreat præsente FVRCA: dumque abire impune licet? cum etiam, nec qui impediat, nec qui reprehendat adsit: au-
B ctores potius & Sylvest. & Caietan. Hinc factum vt, salua, omnia Petro: deperdita omnia, vni Ioanni, sint. Petrus, pecuniam suam negat communem: communem tamen petit fieri sibi, totam pecuniam Ioannis. Vides apertā iniustitiam: in propatulo, oculis proposita, & expressam Vsuram vides. Causas etiā inæqualitatis, iniustitiæ, & vsuræ, ex vicissitudinaria ea-
C rum positione, & remotione, demonstrauimus fuisse duo illa: Repetere Petrum ante omnia, totos, (vt inquiunt) suos mille: Ioanni, nullum reddere capitale, ante lucri diuisionem. Harum duarum positionū rationes, & causas, alia duo: videlicet illa: Pecuniam, rem esse de categoria substantiæ, per se existentem, consistentē, permanentē: atque ita, perdurare posse,
D & perseuerare, in suo esse, toto societatis, & negotiationis tēpore: & tandē, finita negotiatione, reperiri

saluam, & consistentē, in sua ipsius subsistentia: ideoque, posse repeti. Quod proprium sit substantiæ, per se subsistere. Quam vnā ob rem, collatorem pecuniæ, reperta pecunia, posse pecuniam illam, quā posuit exigere: posse, pecuniam illam, quam cōtulit repetere: quia illam præposuit. Operam vero, rem esse in motu consistentem, effluentem suo perpetuo fluxu, trascuntem in temporis nunc, & euanescentem: nullamque ei posse permanentiam attribui. Ideoque collatorem, tantum operæ: nihil potuisse sorti addere consistēs: quod, in negotiatione, queat perdurare, & perseuerare in suo esse aliquantisper: quod valeat, negotiatione finita, reperiri in sua substantia, vel materia consistens: quod numerari, quod apprehendi valeat, quod saluum reperiri: quod capitale potuerit esse: quod queat reassumi, repeti. Seruatum enim, & saluum, illud tantū potest dici: quod est substantia: quod etiā potest per se subsistere: quod etiam durationem, & permanentiam, per se, aliquam habet: ex qua, per se, ab vno, in aliud tempus, possit transire, referri, reseruari. Vnde, ponenti tantum operam, nihil potuisse manere saluum, vel seruatum: quod queat apprehendi, & repeti. Elapsæ abierunt, in ictu oculi transierunt, euanueruntq. operæ. Hinc, ponenti tantum operam, in societate, nihil aliud deberi; quam, partem, lucri nati, de vna, a socio collata

pecu-

nia: quæ vna, videtur, potuisse parere pecuniam in negotio: lucri, quod haud potuit nasci de tantū opera: quæ cum accidens sit, & consistat in actione, ac
A fluat, vim nullam habet pecuniam vel gignendi, vel pariendi: quæ, ex ea possit lucrum esse. Hæc quidem omnia in verbis, & sentētijs Syluestri, & Caietani; (vt cuique licet videre) aut expressa omnino: aut virtute comprehensa: nec implicata multum. Tu conferto, contemplare, & considera sapientissime: si intelligere, si comprehendere potuimus Caieta-
B num: qui cum & contendere, & congredi etiam quiuimus: nec primo in certamine, aut aduerso, aut iniquo Marte: cum, de reportata glorioſa victoria, iam gloriari liceat: nec animo in secundo desponderimus: sed erecto potius omnino ardua petamus, &
C ad altissima paremus ascensum.

Dictorum Syluestri, & Caietani perse Refutatiuncula.

D O MAGNI Doctores: O egregij, & summi cum Philosophi, tum Metaphysici: qui, ex intima vtraq; Philosophia, sapientiæ singularis, thesauros reconditos, & pretiosissimos depromere potuerunt, & relinquere posteris suis. Sed in hac doctrina, ma-

maxime de contractu societatis, vt superiora experimenta demonstrant, in extrema senectute (quando sapientia, cum prudentia viget) pueri adhuc, & omnino rudes. Quippe qui, de societate, & rebus, A quas circa societas versatur, loqui hauentes, emittãt tantum quosdam quasi vagitus: & quasi infantes balbutiant, & effutiant perquam multa irrationabilia. Omnia, quæ, ipsi, Axiomatis, & principijs naturalibus addunt, afferũt de suo, & superstruunt, sunt quidem a veritate aliena, æquæ ac omnino falsa. Aut ponentes sua, aut colligentes (vt palam faciemus) ratio B nem sequuntur nullam. Diuidit Caietanus socios in eiusdem, & diuersæ rationis: quæ diuisio, quam nihil habeat rationis; infra, in societatum institutione ostẽdemus. Deinceps dicit, collatorem pecuniæ duplici, operæ vero collatorem, tantum vni substare periculo: quæ & sua falsitate, & falso superstructa fundamento, ruunt. Quippe, cum falsum omnino sit; collatorem tantum operæ, rem nullam aut consistentem, aut permanentem apponere. Docuimus siquidem permultis, nec nõ demonstrauimus certis & apertissimis experimentis, collatorem tantum operæ, pecu D niam quoque apposuisse: & hanc vnam, primum omnino, & necessario, vsu consummi: quo, de alia possit negotiari; supra ostendimus. Ex his principijs falsis, Falsæ etiam omnes illæ collectiones, & conclusiones

nes:Vni,pecuniã ponenti deberi capitale,deducendum ante omnia:& vni ei,reſtituendam illã pecuniã totã:quã ipſe,a principio poſuit:& minorẽ repertã,quantucunq.,etiam totã:quam ille poſuit, nunquã fieri communẽ.Ponenti tantũ operã,nullũ capitale deberi:nullum capitale reddendũ ante lucri diuiſionẽ:ſed tantum,eius,quod ipſi,(falſo etiã contẽdunt eſſe lucrũ,)partes,pretio operarũ reſpondẽtes. Omnia hæc pronuntiata,& falſa omnino ſunt: vt demonſtrant ſuperiora experimenta: quę ideo cõſulto præmiſſimus: vt cũ falſa audires, æquiore iã animo ferres,& tãtũ,veritatis eruendę deſiderio, nos aperte ita loqui,intelligeres:non voluntate inſultandi in antiquiorẽ,& ſummã theologiã)ſunt etiam vtrique cõmunia, & Sylueſtro & Caietano. O magni nominis Philoſophi. Propria tamen habet Sylueſter, nec pauca.Inquit enim; Eum, qui poſuit operam prius debere extrahere alia centũ, pro opera,nullo iure caueturDiuino, Canonico, & Ciuili: Sylueſter Sylueſter.vide,quid dicas. NonneDiuini iuris, Canonici,& Ciuilis æquę ſunt omnia illa: Mutuum non dabis ad Vſurã, aut non fœneraberis:Furtũ nõ facies:damnũ;noxamue nulli inferas: quod tibi non vis,alteri ne feceris:quę omnia,vt experimẽtis præmonſtrauimus;in hãc vnã tibi,&Caiet.probatiſſimã ſocietatẽ cõueniũt.Legis doctiſſimus,alij nũcvident

alij

alij iudicent; quomodo legis. Primo, secundum men
dacium statim subiungis. Opera, inquis hominis, ni-
hil aliud est, quam officium diurnum: imo opera ho-
minis, dicitur fructus hominis esse. Verum illud. Syl- A
uester. istud vero, tam falsum: quam, quod falsissimũ.
Quis, vel alienus a litteris audeat dicere, operam
hominis, esse homiuis fructum? Fructus quippe rei
omnis, cum est permanens quid, & perse subsistens:
tum posterior actione: qua producitur: tum opus B
quoddam, post actionem, post operam relictum: fru-
ctus tandem, natus aptus separari, a re cuius est fru-
ctus: & separatus aut seruata ea, aut sublata, aptus na
tus perse, & diu conseruari. Vsus enim fructus in-
quit Iustinianus, *in Institut. lib. 2. Tit. 4. §. 1.* est ius, alie-
nis rebus vtendi, fruendiue, salua rerum substantia.
Est autem ius in corpore. Vsusfructus, a proprietate C
separationem recipit. Item §. 2. Constituitur etiam
vsusfructus in seruis, & iumentis, &c. Actioni autẽ,
& operæ omnia hæc repugnant omnino. Opera et-
enim, nec est permanens, nec separari potest ab ho-
mine vt permaneat: nec ab agente separari, nedum
in illo, potest conseruari, vltra nunc vnum. Verum il
lud, operam hominis esse tantum officium diurnũ: D
huic vero operæ, aut officio respondet, & aliquan-
do, etiam ex stipulatione, debetur aliqua merces: ali
quod præmium: aliqua retributio: aliqua pecunia:

quæ

quæ omnia, potius dicenda fructus operarũ hominis: quam opera, fructus eiusdem ipsius hominis. Fructus siquidem hominis, (si recte, si proprie, si cum
A Philosophis loquendum) sunt homines. Hinc Dauid psal. 118. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum: propter retributionem. In euangelio Math. 20. Voca operarios, & redde illis mercedem. Et primi, aduersus Patremfamilias: Hi nouissimi, vna hora fecerunt: & pares nobis illos fecisti: qui portauimus pondus diei, & æstus. Quorum
B vni ille: Amice, non facio tibi iniuriam. Nonne ex DENARIO conuenisti mecum? Tolle quod tuum est, & vade. Item, qui altari seruit, de altare viuat. Boui trituranti, &c. Dignus est enim mercenarius MERCEDE sua. Quæ, Sylvester, (respondeo) quæ
C inquam spes, reliqua vitæ sacerdotibus cum inferioribus, tum superioribus aut Episcopis, aut Archiepiscopis, aut tandem summæ ecclesiæ Pontificibus; si merces aliqua, ex quavitę necessaria illis suppeteret, eorũ officio diurno non proposita esset, non responderet: non esset reddenda? Qui laborem, qui sudo-
D rem aueret? si operę, si eædem actiones; quæ ita transeunt cito, essent hominis fructus, si nullus alius transeunte actione speraretur, relinqueretur que fructus permanens? qui, æternus manet bonos operarios, a Deo, propositus, promissus etiam actionibus

studiosus. Cui vsui essent operę seruorum, eorum do
minis? aut quibus legatus esset vsusfructus alicuius
serui? si, vt interpretaris, vt commentaris Sylvester,
fructus seruorum, tantum eædem ipsæ operæ essent.
Quis, vsusfructus; si operibus seruorum locatus, nulla A
merces permanens, res nulla consistens, pecuniæ de
berentur nullæ: quas vel domini, vel vsufructuarij,
ad vitæ necessaria, in tẽpora longa, & multa, in the-
sauros suos possent referre, recondere, adseruare?
Quam male deinceps, cum veritate cohærent tuæ
illæ, ex his collectiones, & conclusiones. Est quidem B
necesse, quæ ex falsis ducunt originem, omnia etiam
falsa esse. Vnde, (inquis) qui ponit operas tantum, ni
hil ponit consistens in capitale, vel sorte: sed solum
fructum, aut vsumfructũ suæ personæ. Si tantum ope
ram, si motũ, si actionem tantum poneret; vera Syl-
uester pronuntiasses: dixisses quidem vera: cum au- C
tem fructũ operarum, & vsumfructum suę personę,
non tantum operam: sed mercedem, sed pecuniam
ipsam operibus debitam, in ijsdẽ operibus reponat;
(vt exemplum illud demonstrat, de Ioanne accipien
te a Petro, reponente, per singulos dies, mercedem
diurnam, vndecim solidorum, sic quinto anno extre D
mo mille aureos) rem quidem consistentem ponit in
capitale, & sorte. Fructus quidem operarum locata-
rum, & vsufructus, cuiusuis seruilis personę, iumenti

etiam

etiam,nauigij,&c.res quædam est & vere permanēs, & vere consistens:quique,vt cæterarum rerum fructus,æque potest colligi,& adseruari diu, ad humanæ vitæ necessarios vsus.Addis præterea illud, qui,
A (id est fructus,aut vsusfructus personæ) correspōdet fructui,aut commoditati illorum centum, & hic intellige illud *Institut.*§.2.sæpe opera alicuius, pro pecunia valet,id est pro commoditate,&vsufructu,seu interusurio pecuniæ.DicisSyluester:sed videris quæ dicis non intelligere:& quæ legis,neglegere.Si fru-
B ctus,aut vsusfructus, (vt exporauimus supra experimentis)potest correspondere non solū fructui,aut commoditati illorum cētum; sed ijsdem ipsis centū: quoniam,nec fructus hominis, vel vsusfructus, sunt eædem ipsæ operæ,& actiones transeuntes: nec operarius,aut conductus,ponit tantum operas: sed mercedem etiam, & pretium operarum, & pecuniam,
C qua operæ æstimantur. Pro vna etenim retributione & mercede,quæ speratur,subeunt homines & operas,& actiones, & labores, & sudores. Mercede contra,retributione, pręmioque sublatis; tolleretur etiā omnis virtus:&nullū consectarētur homines officiū,studiosum nullā actionē virtutis: sed inertissimi oēs torpescerent, & tabescerēt nimia desidia, &
D otio.Quod tantū malū,vt auerteret Christus:&vt retributionis spe homines ad virtutis officia;excitaret.

Beati inquit, qui persequutionem patiuntur, propter iustitiam. Beati æstis, cum maledixerint vobis homines,&c. Gaudete,& exsultate: Quoniam MERCES vestra, COPIOSA est in cœlis. Hinc, quamuis A opera, ipsa per se, contineatur motu;& sit tantũ motus, officium diurnum,& actio pertransiens, nec consistens, nec permanens; merces tamen, ei correspondens, maxime, promissa a Deo consistens, permanẽs, perdurans, perennis quoque est,& COPIOSA. Vnde etiam, in his circa quæ versamur pecunia, quæ B est operæ pretium,& operæ debetur, aliquando nõ solum est consistens, sed multa etiam, & copiosa: vt Iustinian. supra §. De illa sæpe quorumdam, ITA PRETIOSA est opera, in societate, vt eos iustum sit conditione meliore in societatem admitti. Vnde, ponens, vel tantum operam, vere apponit hanc mercedem,& hanc pecuniam:&, si opera est pretiosissima,& permulta æstimatur pecunia: permultam pecuniam intelligitur adposuisse. Arca, supra, Ioannis conducti excipiens, adseruansque solam commoditatem, solum fructum, aut vt (tu Sylvester loqueris) vsumfructum, personæ Ioannis, operarij conducti, locantis suas operas, ex diurna vndecim solidorum D mercede, ad integros quinque annos, huius rei, nos certiores facit: quæ mille aureos cum in pecunia, tũ permanentes, tum consistentes, tandem & correspon-

spondentes,& pares,& æquales,nõ tantũ commodi
tati,vsufructui,seu interusurio,(quod potest esse, &
frequenter est nullum) mille aureorum Petri: sed
A ijsdem ipsis mille aureis: quibus eadem ipsa æstima-
tur: mille inquam aureos in pecunia consistentes,&
permanentes,ARCA, fidissima custos,quinto ex-
tremo anno, reddit Ioanni operario conducto: qui
nullam pecuniam: sed tantum operam, eamque nõ
in societate posuit:sed locatam. Adi Syluester arcã:
& arca docebit te,Iuris Pontificij consultorum con-
B sultissimum:te magnum Sacri Palatij magistrum:ar-
ca te docebit, tuam illam institutionis illius inter-
pretationem qua,pro illis verbis Iustiniani, PRO
PECVNIA valet,reddis,pro commoditate, & vsu
fructu,seu interusurio pecuniæ, hanc inquam inter-
C pretationem, abesse quam longissime, cum a Iu-
stiniani mente:tum,a rei veritate. Permultum quidẽ
a se distant mutuo,ipsapecunia, & pecuniæ cõmodi
tas,vsusfructus,&interusurium. Quoniam sapientissi
mis,& Aristoteli Ethnico,pecunia ateotocos est ste-
rilis,&infœcũda:ideoq. illius,nullus est vsusfructus:
D nec Senatus,vt docet Iustini. *in Insti. lib. eod. Tit.* 4. §. 2.
potest facere vsumfructum pecunię: quæ, consumi-
tur ipso vsu. Et quamuis,in manu mercatoris, vt lo-
quuntur fiat fœcunda, non tamen ipsa aut ex se,aut
perse:vt multi credere videntur:sed dicitur in manu

mer-

mercatoris fœcunda: quia ea aliæ, atque alię merces emuntur: quæ merces, aut quod meliores fiant, vt animalia, aut quod pluris æstimentur; venditę, maiorem, quam acceperunt pecuniam reddunt. Hinc, illius, aliquis potest esse vsusfructus: Ideoque demus. Id tamen, nec latere potuit, sapientissimum illum Trebonianum, Institutionum collectioni, & editioni a Iustiniano præfectum: nec sciens, remotas adeo, mutuo a se res, in vnam congessisset: aut vnam, loco alterius, pecuniam, in eius, vsusfructus locum, suffecisset. Prętera, vt expresse Iustinianus, sæpe quorumdā ita pretiosa est opera in societate; vt eos iustum sit conditione meliore in societatem admitti. Quia scilicet opera suo valore, & pretio, aut æstimatione superat magnis partibus non modo commoditatē vsumfructum, interusurium, & cū Caietano negotiatorium vsum pecunię, ab altero prępositę: sed & ipsam quoque pecuniam. Vndę ęquū est paciscī, vt ad collatorē operę, lucri duę partes, damni tertia, ad pecunię vero collatorem, damni duę partes, lucri tertia nec id solum: sed, vt, is, qui, tantum operā confert, lucri possit referre partes, de damno vero non teneatur. At vero, si, opera bis mille aureis ęstimata, poneretur ab aliquo in societate, cum eo, qui aureos quingentos, in pecunia prępone ret, Syuester, si vt tu contendis, hęc opera, duorum millia aureo-

rum,

rum,tantum correſponderet commoditati, vſuifructui,aut interuſurio,tantum quingentorum; & non ijſdem bis mille aureis;quibus, eadem ipſa opera eſtimatur;neceſſum eſt,magnis affici incommoditatibus; qui huiuſcemodi ſubiret conditionē: in ſocietate non eſſet verum,conditione meliore, quā collatorē pecunię,in ſocietatē poſſe admitti. Nā,vt ex ſuperioribus experimentis cōſtat; qui operā poneret bis mille aureorū, & operarijs conductis aureos bis mille perſoluerit, etiāſi finita negotiatione, quater mille quingenti aurei reperirētur; ſi,qui poſuit tātū quingentos;hos totos,ante omnia deduceret; & repeteret:deductis his,reliqui quater mille,toti eſſent lucrū;qui poſuit tantum quingentos,his,bis mille alios fuiſſet lucratus: qui vero, bis mille, operę bis mille aureorum pretium, perſoluit, accepto medio lucro,nedum nummū lucratus eſſet. Et quod grauius multo.Reperţis in negotio,tantum bis mille & quingentis;qui poſuit rantū quingentos:his, primū deductis,mille alios lucratus eſſet:qui vero,pro opera perſoluiſſet bis mille:horum, tantū mille recuperaret:reliquos mille totos deperderet:eoſdē ſcilicet: quos lucraretur alter.Tum etiam commoditas,vſusfructus,& interuſuriū mille aureorum: quos in pecunia præpoſuerit Petrus, aliquando eſt nullius valoris:aut minimi: &, quod maius, ſingulis annis interuſu-

usurium, & lucrum, omni damno deducto, de mille aureis, exspectari potest communiter, est ducentorum aureorum: & quinto extremo anno, aureorum tantum mille: quibus positis, & veritate sua manifesta, stabilitis, vel si tota hæc commoditas, vel si totus hic vsusfructus, etiam si totum hoc interusurium, & lucrum Ioanni attribueretur; Ioanni redderetur; qui, pro opera, mille aureos operario, & mercatori conducto persoluerit, nullum ei daretur lucrum: sed tantum restitueretur capitale mille aureorum: quod ipse posuit. Cum vero, nec totum hoc interusurium, sed tantū illius medium per te Sylvester ei concedatur; vel repertis in negotio bis mille, vt experimenta ostendunt, Petrus, præpositis tantum mille, his, lucratus esset quingentos: Ioannes, appositis in opera mille, accepto medio interusurio vel lucro: recuperaret sui capitalis tantum vnum medium: alterum totum: quod retinuit sibi Petrus; quingentos totos deperderet: tantum abest Sylvester, vt verū sit: quod contēdis, lucratum esse quingentos. TANDEM, Vlpianus, *l. 29. quæ supra si non fuerint*, scribit. Ita coiri societatem posse, vt nullam partem damni alter sentiat, lucrum vero cōmune sit: & omnes Iurisconsulti, vt iustum amplectuntur: si tanti sit opera; quanti damnum est: quoniam, vt infra suo loco explicabimus: æqualitas seruatur: si opera, interusurio tan-

tantum,commoditati,& vſufructui tantum,non ipſi pecuniæ reſponderet:iniquiſſima eſſet ſocietas,quã ſuprema, & antiquiſſima, æqui iuris conſultiſſimo-
A rum ſummitas,determinat æquiſſimam : intercederet ſiquidem inæqualitas , vt ſuo loco infra demonſtrabimus:Si deperditis rebus omnibus,& nulla reperta pecunia in ſocietate , qui poſuit operam nil, qui vero poſuit pecuniam , deperderet ſolus totos mille.Seruius Sulpitius operam in ſocietate nume-
B rabat, vt obſeruat Accurſius *ad §. de illa gl.* 8. Leſius etiam vbi ſupra in ſorte operam commemorat. Vnde,Vnde Syluester , vt tuis Vnde , & iterum Vnde; corollaris,collectionibus & concluſionibus,pari numero,& oppoſitione maximę,&neceſſariæ contradictionis reſpondeamus; omnia tua , & quæ ponis , &
C quæ colligis,tuæ etiam, in Inſtitutiones commenta, omnia inquam tua, quæ in hac parte , & ad partem hanc ſocietatis quaſi pertinentia adfers Soc. 1. *num.* 20.(abſit,pro vnius veritatis propugnatione,pro fidelium animarum cuſtodia , pro qua cum Michaele Archangelo adminiſtri laboramus: pro vna Dei gloria, nobis in primis propoſita,(abſit verbo inuidia)
D OMNIA ſunt falſa: quantum , quæ falſiſſima. Quoniam,oppoſita,veriſſima.Veriſſimum ſiquidem eſt illud,quod,vt ipſe tu refers, & fateris coæui , & ſuperiores quidem tui,iam dixerunt:& alij nunc af-

firmant: quorum minimus numerus: quorum, nouissimi nos ingredimur chorũ: & dicimus, & asseueramus, & contendimus, quippe qui & analyticis, & apodicticis argumentis, nec non exẽplis, ad oculum adhibitis, & experimentis largissimis iã vere, aperte etiã demonstrauimus: vt, tuis sentẽtijs, tuis dictis, animabus fideliũ perniciosissimis, & funestissimis, vela tua cum bona, tum studiosa voluntate, fides aliquando detrahatur. Verissimũ inquã est, eũ, qui posuit tãtum operã, prius ante omnia, ante lucri diuisionem, posse deducere, posse extrahere, totam illã pecuniã: quanta, ipsa opera fuit à principio æstimata, esse æstimanda: siue apposuerit quis, bis mille aureorum, siue plurium, siue pauciorum operam: cum ei, qui pecuniã, aut mille, aut quingentorũ, aut pluriũ, aut pauciorũ, contulit: & posse eã extrahere, eque atque collatorẽ pecuniæ: quã ipse pręposuit. Quoniã æque falsum, ac falsissimũ est, nullo id caueri iure Diuino, Cãnonico, vel Ciuili. Cautũ quidẽ est omnibus illis: quibus Vsura, Furtũ, Rapina, Dolus, Fraus, Iniquitas, Iniustitia, noxa OMNIS denique: in omni contractu, Inęqualitas, sine ad cumulũ compensatione interdicuntur: & cõminata transgressoribus, iure Diuino, æternæ mortis pœna. Et demiror quidẽ Syluester, altissimã tuã sapientiam: tibi satis non sint in scientijs, & doctrinis, & Sacris litteris prima, & cõmunissima, gene-

generaliſſimaq. principia, documenta, tandē pręcepta: quæ in his deſideret, requirat etiā nominari, proprijs appellationibus tradi, ſcribi, inferiora omnia, ad vſque ſpecies omnes infimas: quæ requirat, vt lex Di-
A uina dixiſſet, Socius, qui ponit tantū operā, extrahat etiā prætiū operę, ante lucri diuiſionē, æque ac collator pecunię: quantā poſuit pecuniā, aliter, nihil facturus. Infantia quidē hæc eſt, & ſumma: ne dicā ingnorantia, inſcitia. Quamuis etiā opera hominis haud aliud ſit, quā officiū diurnum; veritati tamen omnino
B opponitur illud, & ideo falliſſimū: quod correctione illa adijcis. Immo opera hominis, dicitur fructus hominis eſſe. Nec tale quicquā Iuriſprudentia illo in §. Vnde, qui ponit operas tantū, nihil ponere contiſtēs in capitale, & ſorte; eſt otioſe, a te cōfictū, & remotū quā longiſſime, a chariſſima nobis veritate: cuius ardemus neceſſarium omnibus, & gratiſſimum lumen.
C Nā, quando ſolum ponat ſuę perſonæ aut fructum, aut vſumfructum: qui eſt & pretium, & valor, & merces diurnæ operæ, & officij diurni: qui fructus, aut vſusfructus correſpondet non modo fructui, & commoditati pecuniæ, ab altero collatæ: quæ minimi valoris, & prætij eſſe poteſt, & ſuperari ma-
D gnis partibus ab operæ valore: ſed potius & verius multo, veriſſime etiam, reſpondet eædem ipſi pecuniæ: qua, ipſa eadem opera aut locata, aut in ſocie-

tate posita æstimatur, estue æstimanda. Qui enim conductus, ex mille aureis conuenit cum se conducente, exhibita opera, & præstitutis terminis, mille aureos consistentes in pecunia recipit. Opera locata, cuius pecuniæ interusurio correspondet? Quid ni accipiendum idem, & quasi necessarium de opera posita in societate: quæ mille aureis æstimatur? Vnde, quam non recte, quam præposterè, quam in perniciem multorum intelligis, & interpretaris Instituti verba illa PRO PECVNIA valet: quorum vicaria ponis hæc tua, PRO commoditate, & vsufructu, seu interusurio pecuniæ, (quod aperte dicis) alterius: quæ collata, ad illam, qua pretiosissima opera æstimatur, potest contingere vt sit eius, pars perexigua. Adde tandem, ad tuum Adde. Quod si, ponens tantum operam, non posset & ipse, ante lucri diuisionem extrahere, totam pecuniam: qua eius opera æstimatur; is qui operam ponit, nihil lucrabitur; nisi lucrum sit vltra ducentos, pro centenario: & vltra bis mille, pro singulo milliare: & quando iam Syluester fateris, lucrum vltra centum pro centenario, esse rarissimum: iam cogeris fateri; rarius multo esse posse lucrum vltra ducentorum, pro centenario: & vltra aureorum bis mille, pro milliari. Præterea, si lucrum non fuerit ducentorum, pro centenario, & bis mille aureorum pro milliari; is qui ponit operam

operam, pœne semper deperdit, de valore, deque pretio operæ, de etiam eodem capitale, & sorte: & semper, licet reuera adsit lucrum, & fere mille aureorum: vt exploratiimus experimentis. Vnde, cum grauesentias, non lucrari cum, qui ponit pecuniam: quando reuera, nullum inuenitur lucrum; etiamsi adesse videatur tibi: non potes, non sentire, esse & quam grauissimum, & grauissimo grauius multo; qui tantum operam ponit, deperdere etiam de eadem sorte, pretio scilicet operæ fere semper: in casibus frequentibus, frequentioribus, & frequentissimis: quamuis verissimum spectetur lucrum, & fere mille aureorum: quamuis lucrum adsit verissimum, & non genrorum nonaginta nouem aureorum. Quæ, dum scribo, cor mihi liquescit: æstu entymematum, & epentymematum exuror: & expertus, superioribus quam plurimis experimentis, omnibus dissoluor viribus, & zelo veritatis præustus, & diuinæ legis, meamque sentiens infirmitatem: qua prepedior perficere, nimis ardua: quæ aggressus sum: quęque alicuius supremę potestatis cum auctoritatem, tum vires desiderant: etiam religioso cuique Christiano militi præoptanda: mœrore tandem, & rabe confectus exanimatus, & pœne mortuus iaceo, a te Syluester, non veritate sententiarum, non pondere rationum: sed singularis scientiæ splendore, sed summa personæ digni-

dignitate, sed prestantissima auctoritate, Magni Magistri, Sacri Palatij longe superatus, prostratus, iectisque tenebris, a clarissimo tuo lumine, omnino extinctus, & factus obscurissimus. Tu Sylvester dicis: A
sed quæ de societate adfers, quasi puer inexpertus, A
& quasi infans cum balbutis, tum effutis persuasurus
sola dignitate, sola auctoritate: nos obscurissimi, nisi
præuio, præmissoque experimentorum lumine, splẽ-
dore, sole, nihil asserere, ausi fuimus, nihil adferre. Si
non vt puer, si vt senis, & ab experientia iam pru- B
dens, vidisses Sylvester, ac etiam sensisses; si ponens
operam, no posit & ipse extrahere ante lucri diui-
sionem, pecuniam, pretium suæ operæ: & quam con
ducto operario, & mercatori persoluit; collatorem
pecuniæ incipere statim lucrari, vbi vbi reperietur,
quicquam amplius, quam ipse præposuit: & ante- C
quam reuera adfit aliquod lucrum: sed quod desu-
meret ante deductionem prætij operæ, si nihil vltra
alterius pecuniam, & pretium operæ inueniatur; il-
lud totum detraheret, & furaretur, de capitale, sor-
te, pecunia eius vnius, qui posuit operam, & persol-
uit operario conducto mercedem operæ. Quod po- D
nenti operam, fit grauissimum. Si enim, de eodem
suo capitali saluo, totum, quod alter lucratur, deper
dit. At hoc grauius multo est, quam ponenti pecu-
niam, non lucrati: quando reuera nullum adest lu-

crum

crum. Et quidem, veriſsimum, & neceſſarium omnino eſt nullum lucrum adeſſe: quando deducta pecunia, & a ponente (vt dicunt) capitale præpoſita, & a
A ponente operam, conducto operario ſoluta, nihil ſupereſt. Id enim, ſolum quod omni damno deducto ſupereſt, poteſt intelligi lucro eſſe. At tu affirmas, aſſeueras, contendis lucrum iam eſſe totum illud, quod ſupereſt, tantum deducta, a capitalis collatore, illa pecunia: quam ipſe contulit: a ponente operam, nulla deducta, pro pretio operæ. Poſuiſti igitur, O
B Sylueſter Sapientiſsime, ac religioſiſsime, (propter Dei honorem, & gloriam, propter animarum ſalutem, quæ tibi, æque ac nobis fuit propoſita, & chariſsima accipe, ſuffer, ſuſtine) Poſuiſti inquam volens nolens, in loco ſancto Veritatis, Falſitatis
C abominationem: ruinam, perniciem (proh dolor) animarum multarum: quam ſi vidiſſes, noluiſſes.

Deo ergo ceditote O vos Syluester, & Caietane; Deo ceditote, & date gloriam nobiſcum Nomini Domini ſantiſsimo.

Quis enim ſic
D vt Deus?

†

Cauſa

Causa iam aperitur, ex qua, conuentione facta, vt, in omni euentu, collator pecuniæ, possit ante omnia deducere, quod posuit capitale; hinc, in partitionibus perficiatur Vsura; & causa illa, in quo genere causæ, illius Vsuræ, quæ experimentis demonstratur, sit causa. A

METHODO in omnibus Analytica, & Resolutionis seruata a posterioribus, ab effectis exorsi, & sumentes principium deuenimus, ad effectorũ causas exquirendas: retro agentes, quibusdam quasi gradibus seruatis, superiora omnia, quæ scripsimus persequuti sumus: ab specie, de qua in priore, ad genus ascendimus in secundo libro. In hoc etiam, iniustitiam, & vsuram, ex hac societate, quã accusamus, in partitionibus actu committi, opere compleri, & perfici, quamplurimis exemplis, experimentisque primum exploratum, & typo: deinde, causas horum incommodorum immediatas, cohærentes, & continentes esse duo illa. Non dare capitale, ponenti operam: Collatorem pecuniæ, quę dicitur capitale, in omni euentu ante omnia illam pecuniam deducere: quam præposuit, aut quam contulit, si inuenit totam: aut eius partem, quam saluam reperit etiam B C D

totam

totam: & hanc ita communem esse nunquam: sed propiam manere semper: semper totam, eius vnius: qui ILLAM contulit. Hæc duo æque, & simul, cau-
A sas esse dicimus, & inæqualitatis, & iniustitiæ: & vnam posteriorem, pactionem scilicet, de repetenda ante omnia primum illa, quam, collator, capitalis, posuit, & hanc totam propriam esse semper vnius ponentis; hanc inquam vnam, esse causam, simul iniusti tiæ, & Vsuræ; supra etiam ipsa demonstrauimus
B ipsa praxi. Nunc iam venit explicandum, declarandum, & demonstrandum: quare hoc, & in quo genere cause, sit causa apertæ Vsuræ. Nunc iam nobis, cum vno Caietano contendendum, & dimicandum: nec armis alijs, quam eius ipsius; est ita nobis facile, commodumue tum impetere, tum debellare illum:
C siquidem potentissimæ. Verba ideo eadem, quibus sua scribit Caietanus, hic repetamus.

Et si quidem (inquit) inuenitur damnum CAPITALIS in parte, vel in toto sentiet, quicquid damni est DOMINVS pecuniæ: qui ILLAM posuit. Si vero CAPITALE tantum inuenitur, saluum erit DOMINO eius: qui
D *ILLVD posuit. Nam, ex eo, quod posuit pecuniam in societatem, non desinit esse ILLIVS DOMINVS. Si autem lucrum inuenitur, reddetur ante omnia CAPITALE DOMINO.* Pecuniam præterea, de ea quum lo-

quitur, dicit rem PERMANENTEM esse: de operibus vero dum loquitur; ait res esse non PERMANENTES.

HIS, quæ notauimus, verbis quidem expressis, & his, quæ dicta hæc necessario consequuntur, videtur A Caietanus aperte, pecuniæ; quam vocat capitale, attribuere ea omnia: quæ maxime propria sunt earum rerum: quæ solo continentur: illa omnia: quæ maxime propria sunt agri, fundi, prædij, areæ, domus, & similium: in quibus tantum, potest constitui vsusfructus: & in quibus tantum, vsusfructus recipit separationem a proprietate: quæ etiam, in eadem vnitate numerica, diu multumque perdurant, & perseuerãt: quæque, ipso vsu non consumuntur: quibus tantum, potest, id, quod est esse Capitale, attribui. Quæ omnia, omni ex parte repugnant pecuniæ: quæ vel posita in societate, ipso etiam vsu consumitur. Vnde, C Caietane Sapientissime, illa omnia, quæ das, adtribuisque pecuniæ, cum dicis CAPITALE, ILLAM, ILLVD, DOMINVS eius, PERMANENS, hæc inquam omnia, repugnant pecuniæ: ei maxime: quæ posita est in societate: ei in primis: quæ in negotiatione versatur. Vnde, nec Iustinianus in In D stitutionibus, nec Iurisconsulti, *ff. C. Pro Socio, aliquo in* §. aut parte eorum, quæ adducunt de societate, huiuscemodi verbis vsi sunt: nunquam nullibi loquuntur

tur sic CAPITALE, SORS, DOMINVS, PERMANENS. Quoniã, etiamsi & Philosopho, & Metaphysico pecunia sit perse subsistens, sit permanens, quia substantia: Iurisperito vere, & ad vsus humanos, & negotiationi tradita non aliter, ac vinum, oleum, frumentum, vestimenta, aliaque huius generis; nec est, nec potest dici permanens. Quoniam, in eodem esse, nunquam permanet: minus multo, eádem numero: (quod est necesse vt possit dici Capitale) consumitur potius ipsa, ipso vsu. Ex quo, hæ res, vt Iustinian. neque naturali ratione, neque Ciuili recipiunt vsumfructum. Namque pecunia, ipso vsu, permutatione, æque ac vestimenta quodammodo extinguitur. Et in societate, & tradita negotiationi, multo minus potest esse permanens: nec potest vnquam manere otiosa: sed pars, faciendis expensis, ipso vsu consumitur: pars, in rebus ad victum ministrorum necessarijs: pars, operarijs pro mercede soluitur: quæ etiam versatur in negotijs, numquam in esse, in substantia pecuniæ perseuerare, permanereue aut debet, aut potest: quo de illa lucrum valeas, nec temere exspectare. Quinimo, in esse pecuniæ permanens ateotocos est, omnino & infœcunda, & sterilis. Hinc, (si loquendum proprie) pecuniæ nullo modo potest conuenire esse capitale. Capitale

quippe, a capite, in primis videtur deduci, & dici: quasi permanēs idem numero, per aliquod tempus capite non truncatum, non diminutum: & quasi res quędā: quę in sua ipsius substantia, in eodē suo esse, in eodē statu, eadē numero perseuerat, & perdurat A permultum aliquod tempus: & ex qua, eadem ipsa, numero, per tempus aliquod permanente, tamquā a capite, res alię, ab ipsa diuersæ, & separari aptæ, possunt sui principium, originemue trahere, oriri, & exspectari: quæ omnia, his tantū rebus, quæ continē tur, solo conueniunt: pecuniæ vero nullo modo. Vn- B de, quāuis pecunia in societate posita determinari, & notari debeat, aliquo numero certo, vt aut quingen torū, aut mille aureorū: tantum, quo possimus scire quantam sociorum quisque, & quantam omnes simul; vt, tandem soluta societate intelligi, diiudicari, & certo inueniri possit; an minor sit: quę finito ne- C gotio, in societate reperitur: an tantum par, & æqua lis: an maior: id est an damnum, an lucrum sit in ea, an solum tanta reperiatur: quantam socij simul posuerunt: tandem, quo certo etiam, possit inueniri, quot partes damni, quot lucri ad sociorum quem- D que pertineant. Ad id verum, notari pecuniam in so cietate positam aliquo numero, est omnino necessa rium. Notanda verum, numero vnitate tantum specifica, non autem numerica certo, & determinato.

Notan-

Notandum,& memoriæ mandandum, aut referendum in rationum libros; Petrus ponit in hac societate mille aureos:non vero hos mille aureos: non vt
A quasi aut sors certa,aut capitale aliquod, in vna eademque substantia,in vna, eademque vnitate numerica, perseuerans idem per totum societatis tempus habeatur:quod determinari, quod indicari, valeat, & ostendi: quod,pronominibus,vim demonstrandi habentibus,queat demonstrari. Hoc enim, vt diximus,est propium socidarum:in quibus animalia,quę
B pascenda commendantur,dantur determinata numerica cum vnitate,tum idemtitate:hi videlicet,aut illi ijdem numero vel quingenti, vel ducenti arietes cũ pascendi,tum conseruandi ijdem numero,viui,& superstites:ad vsque partitionis diem.In societate ve-
C ro ponuntur res,traduntur ipsæ pecuniæ numeratę, dantur merces omnis generis,dantur animalia,dantur etiam arietes vendendi,pro arbitrio mercatoris: non pascendi tantum: vt ex socida dantur pastori: dantur inquam in societatem aut pecuniæ,aut merces, aut arietes non numero vnitate, & idemtitate numerica, sed vnitate tantum specifica determinato,vel notato,assignari: vt tantum possis dicere ser-
D uata,& integra veritate, Petrus posuit in hac societate mille aureos: Ioannes in eadem etiam mille aureos apposuit. Non tamen, finito negotio, poteris de-

demonstrare, hi mille aurei, sunt illi mille: quos posuit Petrus: aut hi mille aurei, sunt capitale illud: quod Petrus prępposuit: hi alij mille sunt: quos posuit Ioannes. Nec, repertis in negotio, finita societate, rātū mille; poteris vere dicere: illi mille aurei, qui desiderantur, qui perierunt, sunt illi mille: quos apposuit Ioannes: & illi mille, sunt ijdem: qui aut fuerunt, aut potuerunt videri esse capitale illud: quod Ioannes posuit. Hi autē, qui reperiuntur salui; sunt illi ijdē numero, mille aurei: quos præposuit Petrus: & hi mille sunt illud idē capitale: quod Petrus contulit, quia solus Petrus, pecuniam posuit. Hinc procul a vera, & iusta societate, hęc omnia ILLA, ILLVD, ISTI, ISTVD, procul & longius, alia illa, CAPITALE, SORS, DOMINVS, MEVM, TVVM, PETRI, IOANNIS, & omnia quæ possessionē aliquā priuatā, aut priuatū, aliquod dominiū significant: & cōmunitati in societate necessariæ, contraria sunt. Nullo siquidē modo, id societas patitur: vt dicas nedum in qua alter confert pecuniā, alter non confert; nedum in nostro exemplo; solus Petrus posuit pecuniam, & posuit mille aureos, & posuit hos mille, & tantū mille reperiuntur: toti igitur, hi mille aurei, qui reperiuntur salui, sunt salui vni Petro: qui est eorum dominus: quia vnus Petrus, totos hos posuit: aut hi mille aurei, sunt illud idem mille aureorum capitale:

quod

quod posuit Petrus:Ideo,totum,saluũ est vni Petro domino eius:& de his,nihil debetur Ioanni.Quoniã etiamsi, Ioannes, operã posuit mille aureis ęstimatã,
A non tamẽ posuit mille aureos,consistentes,& permanentes:non tamen posuit pecuniã: quę nũc soluta societate,& finita negotiatione possit reperiri,& dici salua:possit numerari,& contrectari manibus:& possit repeti vt pecunia: & mille aurei Petri. Sed tantũ posuit ipsam operã:quæ, quia in motu & in actione quadã solũ cõsistit, pertransijt iã,abijt,euanuitq.etiã
B ab oculis:nec pars illius vlla potest aut spectari: aut sẽtiri:multo minus transacta actione,& cessante, potest reperiri reliqua,& salua.Quamuis hęc Caietane, propria sunt substantię,mille aureorum consistentiũ quę in pecunia:aut ipsi⁹ pecuniæ:tũ etiã quę affirmas de natura,& essentia,aut substantia ipsius operæ,ve-
C rissima sint,& petita e recondita aut prima,aut secũda Philosophia:cætera vero omnia,quæ effundis (vt iam demonstrauimus,demonstrabimusque iterũ, & latius, infra) sunt aliena a veritate.Falsum in primis illud:qui tantũ operã ponit,nullã capitali, aut forti addere pecuniã,remue consistentẽ:vt loquitur Syl-
D uester.Ex huius positionis falsitate, quæ superstruis Caiet. omnino sunt falsa:nẽpe illa: totos illos mille aureos esse capitale Petri saluũ:Petrũ,illos posuisse: Petrũ vnũ, totorũ horũ mille aureorũ esse dominũ.

Tria

Tria hæc tua pronuntiata Caietane, in Metaphysicis permagne, omnia, cum summo illo primo principio, ex quo ducis illa, corruunt iam, sua ipsorum falsitate. Sed primum, falsitatem præiacti a te fundamenti, aperiamus: cætera deinde facillimo negotio euertemus, destruemus, euellemus. A

Ponens tantum operam, pecuniam etiam apponit. B

FALSVM primum illud principium: Ponens tantum operam, nullam pecuniam, nullam rem consistentem capitali, aut forti apponit. Positionem hãc falsam esse, iam supra demonstrauimus primum a paritate, & æqualitate, & vt ita dicam idemtitate numerica negotij. Nam, si ad aliquod negotium, gestũ extra societatem, sunt necessarij vni Petro bis mille aurei, toti in pecunia: quorum, totos mille in pecunia, consistẽtes, & permanentes dat Ioanni mercatori conducto, terminis præstitutis tum etiam, reddita ei diurna mercede, vndecim solidorũ, singulis dieb. & repositos in arca, tandem quinto anno extremo, Ioannes, in arca, mille aureos in pecunia, consistentes, & permanentes, reperit, & recipit. Ioannes tamen, nullam pecuniam, sed tãtum operam, eamque C D

loca-

locatam,& nullam pecuniam posuit,in negotio Petri : Petrus etiam his mille aureis, tantum operam, suo negotio,necessariam apposuit. Æque etiam nec
A secus,ad idem numero negotium,gestum, in societate,eosdem bis mille aureos, esse omnino necessarios,effecimus iam,a rationis paritate. Vnde, quoniam extra societatem,Petrus vnus, ponit necessario in pecunia,totos bis mille aureos, in pecunia ponendos necessario:semel mille : de quibus est negoB tiandum:velvt de illis solum negotietur:alios etiam totos mille:pro tantum opera,negotio gerendo necessaria:& in societate, Petrus, tantum ponit mille illos:de quibus negotiatur : a rei ipsius, & negotij necessitate efficitur necessarium; Ioannem socium collaturum,etiam in pecunia, consistentes, & perC manentes,reliquos etiam mille : quibus gerendum: & sine quibus, pecunia a Petro collata, & dicata tantum negotiationi,existeret otiosa perpetuo : & rem tanta diligentia examinauimus, & fere omnibus experimentis;vt id iam factum sit, omnino necessarium.Primo maxime experimento,repertis scilicet in negotio, tantum mille aureis, analytica raD tione,& Mathematica,ad oculum ostendimus; tantum quingentos, posse pertinere ad Petrum:& Petrum in primo casu, tantum quingentos posse accipere, & referre de negotio : Petrum, ad reliquos

quingentos nullo modo posse accedere, eosue attingere, etiamsi, qui eos petat adsit nemo: & ideo esse necessarium: quia constat, Petrum in societate, posuisse tantum mille aureos: de quibus est negotiatum, & eorum perijsse totos quingentos: & tantum reliquos quingentos ei saluos esse: Vnde, factū est etiam necessarium; deductis tantum quingentis a Petro; reliquos; etiam & quingentos, & consistentes, in pecunia appositos fuisse a Ioanne: qui posuit tantum operam. Hinc exploratum reliquimus, Ioannem, qui posuit tantum operam, tamen in operæ, quasi vmbilico, & ventre latentes, totos illos quingentos aureos contulisse, & operam peperisse eos totos: nec tantum hos quingentos apposuisse Ioannem: sed æque ac Petrum, etiam mille in pecunia, & permanentes adiecisse. Nam, in casu damni, qualis ille, mille aureorum, inter socios, qui æquales contulerunt sortes; cui, quingenti aurei manent salui in pecunia, eidem alios quingētos perijsse etiam in pecunia; si vni sociorum id accidit; alteri euenisse modo eodem; quis non sentiat necessarium factum? Hæc quidem omnia, vel nondum longe, lateque explicata, & euoluta, & quæ inuoluta in his adhuc latent, nec multum, demonstrandi scientiæ, ac methodi sapientem, effugere haud possunt. Verum, nec his contenti, ne in nostris, quid, quis possit requi-

requirere, valeat desiderare: nec quid nobis aut ignorantiæ, aut inertiæ adscribatur, ne eorum, quæ nostrum institutum, nostrum posse iuuare studium, quicquam negligentia prætermisisse videamur; et-
A iam addidimus exemplum cum mixtæ societatis: tum eius: in qua Ioannes socius ponit quoque tantum operam: sed non per se ipsum, non suę ipsius personæ: verum per operarium, & mercatorem a se & Petro conductum: vel a se vno: cui, rei gerendæ necessitate, cogitur persoluere, mille au-
B reos in pecunia consistentes, & permanentes, temporibus, & terminis, ex pactione prefinitis, vndecim solidos (vt dixi) diebus, quinque annorum, singulis: quod, nobis commodius ad omnes demõstrationes. Ex his omnibus collegimus, & iterum nunc necessa rium facimus: Si Petro extra societatem, in negotio eodẽ suo, ponenti tantũ operã rei gerendę necessa-
C riam, fuit necessum, in pecunia apponere, aureos mil le; prẽter mille negotiationi traditos: & mille aureos in pecunia, p mercede vnius operę, persoluere Ioãni mercatori conducto: qui nullã pecuniã contulit: sed operã tantũ, & Ioãnes singulis diebus exegit, & in arca reposuit vndecim solidos, & adseruauit, &
D tandẽ, quinto anno extremo, aperta arca, inuenit mil le aureos in pecunia, & consistentes. Si Ioanni socio ponẽti tãtũ operã, per operariũ, & mercatorẽ con-

ductum, huic, mille aureos, pro opera locata, reddere fuit necessum: æque etiam necessarium fuisse Ioāni socio, qui per se ipsum, & suæ ipsius personæ tantum operam posuit in societate, virtute, in eadem opera, mille aureos posuisse: ac etiam in pecunia. A Quoniam idem omnino est, ac si conductus a Petro, per singulos dies, acciperet ab eo, pro diurna merce de, tantum operæ diurnę, vndecim solidos in pecunia, & eosdem vbi vbi eos accepisset, in societate reposuisset: tandem, apponens tantum operam suam, & tantum pretium acceptum, & mercedem reddi- B tam suæ operæ, quinto anno extremo, sorti mille aureorum a Petro præpositæ, mille aureos vere in pecunia, vere consistentes, vere permanentes adiecisset.

OPERAM quidem tantum ponit etiam, qui in C pecunia mercedem persoluit, pro tantum opera, conducto mercatori: æque ac ille: qui aut perse, aut suæ ipsius personæ, ponit tantum operam.

PECVNIAM quoq. ponit is: qui aut perse, aut suæ ipsius personæ, ponit tantum operam: non secus ac ille: qui mercatori, & operario conducto, ponenti D tãtum operam, pro tantũ opera, persoluit pecuniam.

INTER hæc, quid interfit, nec tu Caietane, cuius sapientia est singularis inuenies. Pecuniam igitur, & rem consistentem, & permanentem in so-

in ſocietate ponit, & adijcit ſorti: qui perſe & ſuæ ipſius perſonæ, tantum operam in ſocietatem confert: æque ac ille, qui, conductus, ſuam tantum operam locatam, in negotio ſui conductoris ponens,
A præſtitutis terminis, pecuniam, a ſui conductore recipit: quam pecuniam conductor aut iam ſentit, vel habet quaſi certam: aut ſperat futuram in negotio, & naſcituram ex tantum opera miniſtri, & mercatoris conducti: & præter eam, de etiam eadem pecu-
B nia, quam perſoluit mercatori conducto, exſpectat lucrum. Opera ſiquidem, ars, induſtria, cura, ſtudiū, diligentia, prudentia operarij, aut mercatoris officioſiſſimi aut conducti, aut ſocij, hæc inquam omnia, quamuis dum fit; nec ſpectetur oculis, occulte tamen, & latenter pecuniam pariunt, conferunt, &
C apponunt ſorti, & pecuniam conductoris, a primo principio poſitā, permagnis incrementis adaugent: cumulant: maxime adflante fortuna: & plerumque plus hæc conferunt negotijs, quam numerata pecunia. *ff. l. Si non fuerint. §. Plerumque enim.* Opera ſiquidem, vel induſtria, pecuniam, perſe ſterilem, fœcundiſſimam facit. Quæ ergo ſterilem parere facit; ipſa non pariet? Opera hinc cum hominis, aut liberi, aut
D ſerui, aut conducti, aut ſocij, tum bruti aut iumenti, aut muli, aut bouis, aut equi; tum omniū mutorum, tandem inſtrumentorum, aut nauium, aut curruum,

pro

pro vehendis,& adsportandis mercibus ab vno, in alium locum,omnis inquam opera,actio tandem, & passio, vsus aut vestium, aut librorum, sæpe pro pecunia valet, & correspondet non commoditati, A non vsufructui,non interusurio,alterius pecuniæ,ab aliquo collatæ: sed eædem ipsi pecuniæ, & quantæ, eadem opera æstimatur. Vnde opera pretio, pecunia æstimabilis, cum æstimatur, tum venditur, tum emitur, tum locatur pro pecunia: non pro vsufructu, aut interusurio pecuniæ qua æstimatur: Hinc alja vili,&paruo,alia magno,alia,pretiosissima B que est,iam permagno, cum extra societatem, tum ad societatem & penditur,& estimatur,emitur, venditur,locatur:& estimatur iam, aut estimanda ponitur etiam in societate.

PECVNIA vero ipsa per se,ex se etiam,nedum C in manu mercatoris,potest fieri fœcunda: aut extra societatem,aut in societate:pecunia ipsa per se, nec melior potest fieri,nec pretiosior,nedum maior:sed deterior,sed vilior,sed minor: consumitur namque: ipso vsu,assidua etiam permutatione(quod Iustinia. *vbi supra Instituti.tit.de vsufructu præsensit*)quodammodo extinguitur. Pecunia ipsa perse, dum permanet in suo esse,& substantia,aut massa pecuniæ,posita etiam in societate tantum minor,non autem maior fieri.Pecunia vtique ipsa vel per se, vel exse au-

ctore

ctore in moralibus Aristotele ateotocos est sterilis, & infœcuuda. Vnde, pecunia ipsa perse, non multa potest fieri sed tantum pauca. Hi mille aurei ijdem
A numero, eadem numero aut pecunię, aut massę substantia permanentes; & quandiu permanent, in esse pecunię; fieri plures, aut parere alios: aut ipsi fieri bis mille non possunt: sed tantum pauciores: aut octingenti, aut ducenti, aut toti deperdi. Possunt etiam accipienti, aut excidere, aut vi auferri a prędonibus & illorum, ab vno, in alium locum vectura,
B semper est cum aliquo, & damno & periculo: & vel domi versantur in maximo: Teruntur etiam manibus & viliores, leuioresq. fiunt assidua contrectatione. In societate etiam, magna pars illorum, faciendis expensis ipso vsu vere consumuntur. Hinc mille au
C rei primum, & ante omnia, pauciores necessario fiunt: & vel si toti traduntur negotiationi, antequā de mercibus, vel rebus pro quibus impenduntur, & in quibus immerguntur possit percipi aliquis fructus: qui possit lucro esse: ex quo, totum damnū acceptū, possit deduci, repeti, & refarciri; exspectandū aliquando, & tēporis permultū. Opera hinc opera-
D rij, & mercatoris aut cōducti, aut socij ipsa est, quæ impertit, quæ fœcunditatē pecunię indit agitando, exercendo, distrahēdo illā: ab alijs & alijs in alias, atque alias merces, eam tranferendo. Pecunia nā que, si

ma-

ma neat otiosa; nisi agitetur, exerceatur, distrahatur; nullum potest edere partum: nullum lucrum reddere: nullum dare fructum. At nec dum, si ipsa eadem perpetuo dieſque, noctesque agitetur, teratur manibus, contrectetur, illuc, atque illuc iterum, atque iterum etiam, atque etiam distrahatur; ipsa per se, ipsa ex se Caietane, nullam tibi pariet pecuniam. Sed est necesse pecuniam cum agitari, exerceri, distrahi: tum poni in rebus: quæ sint exse fructiferæ: vt quæ sunt soli: aut in rebus: quæ ipsæ & meliores, & præstantiores: vt animalium pulli, & partus: aut fieri pretiosiores, & pluris æstimari vt vinum, oleum, triticum, & alia: quæ ipso etiam vsu consumuntur. Mercès sane, quæ parua pecunia primum emuntur, & deinde aliquando venduntur magna, aut pro tempo rum, aut pro fori cum varietate, tum diuersitate: hæ tantum sunt: quę maius aliquod queunt mereri pretium: quę, maiorē accepta, reddere pecuniā possunt: quę partū, quę fructum possunt dare: qui lucro possit esse: in quo liceat iam cum spectare, & numerare pecuniam cum eam: quam pecunia numerata: exse non potuit parere: tum eam; quam, qui contulit tantum operam, ad illam, sua virtute, & latenter apposuit. Hac quippe in re, pares quidem sunt OPERA, & PECVNIA. Nec certe opera est pecunia formaliter: nec potest parere pecuniam, ipsa pecunia aut perse

perſe,aut exſe. Vnde, ſi, qui ponit tantum operam,
non poteſt ante lucri diuiſionem deducere pecuniã:
ex ea tantum cauſa: quia nullam poſuit in ſocietate
A pecuniam: æque etiam, nec qui prępoſuit tantum
pecuniam,poterit repetere maiorem ea: quam ipſe
contulit: etiamſi maior multo ſit, quæ reperitur in
negotio: non poterit inquam reportare maiorem:
QVIA PECVNIA, NON PARIT PECV- Ratio
NIAM. Quia pecunia, quandiu permanet pecu- Apodi-
B nia;quia pecunia non agitata,non diſtracta, per ma- ctica.
nens otioſa,nullo modo aut ex ſe,aut ex alia re, po-
teſt parere,emittereue aliam pecuniam. Ideoque,ex
neceſſitate apodicticæ rationis,cogeris iam Caieta-
tane,fateri,ſaltem pecuniam illam, quæ, præter nu-
meratam poſitam a principio, in negotio,ſoluta ſo-
C cietate reperitur,nullo modo poſſe pertinere,ad eũ:
qui poſuit tantum pecuniam: quia illa pecunia per-
ſe,otioſa,nec agitata, hãc nunc repertã,vltra ipſam,
parere nequiuit:quam, qui præpoſuit numeratam,
negotiationi neceſſariam,nunquam contulit. Vnde,
in noſtro exemplo, præpoſitis a Petro mille,traditis
negotiationi,& deinde ſoluta ſocietate, repertis in
D negotio bis mille: ſi deductis a Petro ſemel mille,
pro ſuo capitali,reliqui mille toti non pertinent ad
Ioannem:qui tantum operam adhibuit:nec aut toti,
aut pars,poterunt pertinere ad Petrum. Cede igitur

Caietane rationi,& fatere,illis semel mille aureis prę
positis a Petro:quasi per alluuionē adiectos fuisse a
Ioanne,totos reliquos mille,per ipsam operā: ita la-
tenter,ita occulte,vt dum adijciuntur; haud possit fa
cile sentiri:sed quamuis non quantam pecuniā, quo A
quo temporis momento, Ioannes socius adiecerit,
possis tamen Caietane,si discutere, si numerare vo-
lueris cognoscere,intelligere,reperire, Ioannem sin
gulis diebus,ad mille aureos Petri, vndecim solidos
diurnæ suæ operæ,respondentes,& debitos, & tan-
dem, quinto anno extremo,iam totos hos mille au- B
reos appositisse.Nec aliter,nec secus,nec minus quā
contulit eos Ioannes socius,ponens tantum eamdē
operam,per operarium & mercatorē conductum,ex
vndecim solidorum mercede diurna, singulis dieb.
extremis reddenda: æque etiam ac ipse Petrus: qui
extra societatem, redditis per singulos dies, vnde- C
cim solidis,pro diurna mercede Ioanni,sibi mercato
ri conducto,tandem quinto anno extremo, ad mille
aureos,negotiationi a se ipso traditos,aliosmille etiā
quos pro tantum opera persoluit, adiecit, vel ap-
posuit:& non tantum quingentos.Hæc,prælucente
rationum lumine,ipsaque veritate, iam sentire, iam D
videre,iam fateri vel mutata sententia, tuæ est scien
tiæ,tuę sapientiæ,tuæ Christianæ pietatis,tuæ est re-
ligionis,amplissime Caietane. Verum igitur sit iam,

æque

æque atqueveriſſimũ,factũ etiã apodicticis rationib. neceſſariũ:eum, qui ponit tantũ operã, ponere etiã pecuniã inſocietate:adijcere etiã ſorti, rẽ tũ permanentẽ,tum conſiſtentẽ pecuniã tandẽ Vnde & illud
A prorumpit quoq. neceſſario; operã numerandã eſſe in ſorte:& ſortẽ non tantũ ex re,ex pecunia inquam: ſed ex arte,opera,& induſtria,quoque æſtimandam: quod exigit Seruius Sulpitius, præſtantiſſimi iuris conſultiſſimus:vt refert Accurſius,ad textũ,Inſtitut. *qui ſup.gl.8.ad §.de illa.Leſius vbi ſup.nu.9.* Ioannes igi
B tur in noſtro exemplo;qui nullã formaliter pecuniã, ſed tãtũ operã mille aureorũ, aut mille aur.æſtimatã exhibuit,ſorti mille aureorũ Petri : quoquo tẽporis momento aliquã pecuniã, ſingulis diebus,vndecim ſolidos:tandẽ quinto anno extremo, alios etiã mille aureos,aliorum mille aureorum pecuniã, vere adiecit:& Sors totalis huius negotij,& ſocietatis,ex pe-
C cunia mille aureorũ Petri,& ex opera mille aureorũ Ioannis æſtimata,facta iã eſt neceſſario Bis mille aureorũ.Euulſo iã,ab ima ſede,Caiet.ruę fabricę,&doctrinę primo,& firmiſſimo tibi fundamento , cætera corruere,& iã ſolũ quærere præſenties.Poſuiſſe Ioãnẽ mille aureos demõſtrauimus,etiãſi tãtũ operã po
D ſuerit:Semel mille ſoluta ſocietate tantũ,aut quingẽtos,aut his pauciores,aut plures repertos,totos eſſe cõmunes demonſtrare; iã erit nobis nullius negotij.

Tota pecunia in negotio, soluta societate reperta, quantacunque illa sit, est communis.

TOTA quantauis, quantulacunqueue pecunia soluta societate in negotio reperta, est communis inter socios: nec solum lucrum est commune inter eos: vt plerique contendunt. Pecunia, vel numerata a principio posita, vt supra demonstrauimus, in pecuniæ substantia permanere non potest, nedum aut tota, aut in eadem quantitate. Quoniam, & in ipso primo principio, pars eius non parua, expensis faciendis, consumitur ipso vsu. Ex eadem ipsa namque, fiunt expensæ omnes primo necessariæ. Reliqua tradita negotiationi, & mercibus immersa, quo, de ea possis lucrum exspectare; fere semper debet existere in alijs, atque alijs mercibus: & quando merces emptæ venduntur: pecunia, quæ de venditis repetitur, iam non est ILLA, quam præposuit: qui, (vt loquũtur) posuit capitale: etiamsi, aut solũ tanta, aut minor sit: nec in maiori reperta existit illa. Sed est iam congestum quoddam, & aceruus, & cumulus quidam ex alia pecunia, deducta ex alijs, atque alijs mer-

mercib us:in qua,iam pars aliqua exiſtit eius, quam opera, & induſtria ſocij, ſorti adiecit, & negotio. Hoc idem, ſcilicet, vt omnibus in venditionibus, mutetur & alia ſit pecunia, & tota ex mercibus, &
A venditionibus redacta cumulus quidam fiat, ex pecunia repetita ex mercibus alijs, atque alijs emptis alia,atque alia;hoc inquam vt in omnibus venditionibus ſit:omnino neceſſe eſt. Pecunia namque, quã variæ,quam aliæ,atque aliæ merces excipiunt, & a-
B liæ atque aliæ reddunt,per operam negotiatoris, & mercatoris,& tandẽ nouiſſimæ ſoluta ſocietate reſtituunt,tota redacta eſt in aceruum vnum, & cumulum:& confuſa eſt omnino iam,quam contulit,Ioannes:qui poſuit tantum operam:id eſt perſoluit mille aureos pro tantum opera: cum ea : quam præpoſuit
C Petrus : qui tantum contulit mille aureorum pecuniam:de qua negotiatur. Ea autem, quæ voluntate dominorum confuſa ſunt;vt,ſint communia,neceſſum iam eſt.Inquit enim Iuſtinianus *lib.2.tit.1. §.19. Si enim duæ materiæ,voluntate dominorum confuſæ ſint,totum corpus,quod ex confuſione fit, vtriuſque eſt commune.*

HIS CONSTITVTIS, ac ſtabilitis, in quibus dubitationi nullus relinquitur locus, non licebit po
D ſteris iam,nec tibi vnquam Caietane licuit,in de ſocietate doctrina pronominibus, Vocibuſue habentibus vim determinandi,& demonſtrandi rem, numero

mero, vnitate numerica determinato, eamdem, vti:
nec licebit dicere vnquã illam, illud: quod: aut quã
posuit, qui contulit pecuniam: quæ est capitale. Illa
siquidem tanta determinatione, & certa ita demon- A
stratione, qua iterum, atque iterum dicis, inquis, re-
petis ILLAM ILLVD, de CAPITALI SAL-
VO, & maxime cum ais. Quod si CAPITALE
TANTVM reperitur, saluum erit DOMINO
EIVS: qui ILLVD posuit: vsus his verbis, tantæ
definitionis, tantæ determinationis, & tam certæ
demonstrationis, videris quidem Caietane, palam B
referre pecuniam, ad res eas: quæ soli sunt: aut solo
continentur: donare etiam pecuniam propietate,
firmitate, soliditate, stabilitate, permanentia tandem,
& perennitate: qua stant constituta, ac stabilita im-
mobilia omnia fundus, prædium, ager, domus, area,
& huiusce generis multa alia. Quippe qui, quum C
dicis, sentiet quicquid damni est DOMINVS
pecuniæ: qui ILLAM posuit: Quod si CAPI-
TALE TANTVM, saluum erit DOMINO
eius: qui ILLVD posuit; haud absimile ab illo dicis:
Quod si CAPITALE TANTVM saluum reperi-
tur: id est si stipes, si ager, si prædiũ, si fundus tantum D
inuenitur: nullæ segetes, nulli fructus; saluus erit fun
dus domino eidem: qui antea fuit dominus. Id ipsũ
sentire de pecunia, palam significas, declaras etiam

Caie-

Caietane, cum expressis verbis, & nominatim dicis; pecuniam, rem esse permanentem: & hoc vno, ab operibus pecuniam separas: & quod operæ permanentes non sint: cõstabilire videris pecuniam ijsdem perennitatis, & perpetuitatis cõditionibus, quibus in Inst. Iustinianus donat & prædium, & fundum, & agrum, prope ripam fluminis positum. *FVNDVS enim inquit inundatus vel totus, si recesserit aqua; eius manere dicitur: cuius & fuit. Neque enim inundatio, fundi speciem commutat.* Haud absimile est CAIETANE illud tuum, de pecunia ILLA, quam; & de capitale ILLO: quod contulit: qui posuit pecuniam. Ais namque. *Et si quidem inuenitur damnum Capitalis in parte, vel in toto sentiet quidquid damni est DOMINVS pecuniæ: qui ILLAM posuit. Quod si CAPITALE TANTVM inuenitur; saluum erit DOMINO eius: qui ILLVD posuit. Nam ex eo: quod posuit pecuniam in societate; non desinit esse ILLIVS DOMINVS. Si autem lucrum inuenitur; reddetur CAPITALE ante omnia DOMINO.* Nec secus de fundo, de agro, de prædio Iustinianus. *Si aliqua parte diuisum sit flumen, deinde infra vnitum, agrum alicuius informam insulæ redegerit, EIVSDEM permanet IS AGER: CVIVS & fuerat. Quod si, naturali alueo, in vniuersum derelicto, ad aliam partem fluere cœperit; prior quidem alueus eorum est: qui prope ripam eius*

prædia

prædia possident:pro modo scilicet latitudinis: quæ prope ripam sit. Quod si,post aliquod tempus, ad priorem alueum reuersum fuerit flumen;rursus nouus alueus, eorum esse incipit: qui prope ripam eius,prædia possident. Item, si cuius totus ager inundatus fuerit:si recesserit aqua,palam est EVM fundum manere.CVIVS ET FVIT. NEQVE ENIM INVNDATIO FVNDI SPECIEM COMMVTAT. Præterea: *Quod per alluuionem,agro euo flumen adiecerit, iure gentium tibi acquiritur.Est quidem alluuio,incrementum latens. Per alluuionem autem id videtur adijci: quod ita paulatim adijcitur; vt intelligi non possit;quantum,quoquo temporis momento adijciatur.Quod si vis fluminis de tuo prædio, partem aliquam detraxerit; & vicino prædio attulerit; palam est eam tibi permanere.* Quam tua,de pecunia, cum his Caietane conspirant? Quid interfit inter tua, & hæc haud video,haud reperio.Quod,de operibus socij,id est, quod de pecunijs,aut de mille aureis(in nostro exẽplo)Ioannis,qui tantum operam posuit,sorti,& capitali mille aureorum Petri societas,coitio in vnum cumulum,& confusio,& communio adiecit, acquiritur Petro:qui mille aureos in pecunia:qui capitale præposuit. Est quidem alluuio incrementum latens.Per quasi alluuionem siquidem, de operibus, de pecunijs,de vndecim illis solidis,pro diurna mercede solutis,mercatori conducto,a Ioanne, qui ponit

A B C D

nit tantum operam,id videtur adijci prædio, agroue,& capitali mille aureorum Petri: quod ita paulatim adijcitur, vt intelligi non possit, quantum de
A hac opera diurna, & de hac opera vndecim solidorum,illi debita, quoquo temporis momento capitali,& fundo Petri adijciatur. Vnde nec mirum mihi Caietane:quod nec tu, nec Syluester Magister tuus intellexeritis; per alluuionem illam diurnam vndecim solidorum:qua opera diurna Ioannis, adijcit singulis diebus,agro,& capitali mille aureorum Petri.
B Tandem capitale illud Perri,cui datis formam quam dam,& speciem agri,tandem quinto anno extremo, incrementum iam accipit, iam habet,mille aureorū: quos totos vnus Ioannes, posuit: & ita per alluuionem,hoc capitale,hic ager, bis mille aureorum fa-
C ctum est.Quod incrementum,ita latens est; vt, vos viros vel occulatissimos,doctores vel maximos,Magistros vel clarissimos,in etiam meridiana luce latuerit.Quod operæ res sint non permanentes: quod in motu consistentes perpetuo fluxu fluant, & ferantur impetu, & rapiantur fluminis magna vi. Quod vero de prædio,deue agro,ac fundo,de capitale in-
D quam Petri,aut eius,qui posuit pecuniam, & capitale (vt vobis videtur,) capitali Ioannis, aut eius: qui ponit tantum operam,decepti quidem, & hallucinantes statim sentitis,& fertis iniquissime. Senti-

tis: quoniam & vobis,& clienti vestro Petro pecunia est res quędam cum permanens, tum consistens: quoniam vobis illa pecunia, illud capitale Petri mille aureorum, est determinatum, non solum vnitate specifica,sed vnitate,& idemtitate etiam numerica, A quasi ager,quasi fundus, quasi prædium, quasi tandem stipes. Quoniam illud capitale, certis finibus, & terminis est vobis ita definitum, ita determinatum, ita demonstratum; Vt, vel si aliqua parte diuisum sit flumen; deinde infra vnitum; si inquam illud capitale mille aureorum Petri, positum in B mercibus, vel additis a Ioanne mille aureis, vel adflante fortuna,factum fuerit aureorum bis mille: & postmodū reflante, redactum ad tantum quingentorum: & tandem soluta societate repertis in negotio tantum semel mille, illud capitale Petri mille aureorum, in formam insulæ redactum sit; eiusdem C permaneat is ager, hoc capitale: cuius & fuerat: hoc capitale saluum maneat domino eius: qui illud posuit: hi mille aurei, toti salui maneant vni Petro, domino eorum:qui illos posuit:illa pecunia mille aureorum salua sit Petro domino eius:qui illam posuit: illud capitale mille aureorum,saluum sit Petro domi D no eius:cuius & fuerat:qui illud posuit. Hi mille aurei finita societate reperti salui,toti sint salui vni Petro domino eorum: qui illos mille aureos, eosdem

nume-

numero posuit: eosdem inquam numero vnitate nõ
specifica solũ, sed numerica determinatos: qui posuit
non solum mille aureos, sed illos eosdem numero. Id
est hi mille aurei, qui finita, & soluta societate præ-
A sentes spectantur, sunt ijdem numero illi mille: quos
a primo pricipio Petrus posuit in negotio: quorum
Petrus fuit dominus: quique fuerunt Petri. Ideoq. hi
mille aurei, permaneant eius, cuius & fuerant. Si na-
turali alueo derelicto, flumẽ ad aliam partem fluere
cœperit: id est si operę, si mille aurei Ioannis, qui tan
B tum operã posuit, pars perierint; vni Ioanni toti pe-
reant: prior quidẽ alueus eius est: qui prope fluminis
ripam prædiũ possidet: hoc est; quod de operibus:
quod de mille aureis Ioannis, solutis pro operibus,
permanserit saluum, eius esse incipit: qui prope ripã
eius, prędium possidet: eius inquam esse incipit: qui
in negotio, in societate pecuniã, & capitale posuit,
C habet, & possidet. Totũ enim vnũ medium capitale
saluũ, eius, qui ponit tantũ operam, cedit ei vni: qui
ponit pecuniam: quam vocant capitale. Hoc supra iã
demonstrauimus. Quod si, post aliquod tempus, ad
priorẽ alueum reuersum fuerit flumen, rursus nouus
alueus, eius esse incipit: qui prope ripã eius, prædiũ
D possidet. Si inquã post aliquod tẽpus, Petri capitale,
Petri pecunia, mille aurei Petri pereant, aut mille au
reorum pars; operæ saluæ, id est aut mille, aut

quingenti, aut octingenti aurei salui Ioannis: qui po
fuit tantum operam: toti sint eius vnius: qui prope
ripam prædium possidet: toti sint vnius Petri: qui in
societate capitale possidet. Siquidem, vt supra ex-
plorauimus experimentis opere, actuque reuera cõ A
plentur hęc omnia. Quamuis semper, in casibus dam
ni frequentibus, frequentioribus, frequentissimis,
communiter, & plerumque contingentibus: quan-
do de re in societate posita quicquam perit; vna o-
pera est quæ perit: dum eius quicquam reperitur:
quod possit perire. Quoniam semper, quando de to B
tali capitali, bis mille aureorum Petri, & Ioannis,
quicquam perit: de tantum operibus, de tantum mil
le aureis Ioannis, totum quod perit deducitur:
quoad, exhaustum sit totum mille aureorum capita-
le Ioannis. Quia opera est motus, est actio, pertran-
siens ipsa perse: quæque quasi aqua dilabitur, perpe- C
tuo suo fluxu, nihil post se, nullum relinquens opus:
quod permaneat: quodue possit dici, & reperiri salu-
um. Pecunia vero, quod sit permanens, quod sit
res consistens semper manet salua: dum, quicquam
reperitur saluũ de pretio operę: de quo possit pars
pecuniæ, & capitalis deperdita repeti, & resarciri. Al D
luuio, nihil potest detrahere, nihil fluminis impetus
potest rapere, de capitali consistente, permanente,
& firmo: de capite inquam, de stipite, de agro, de

præ-

prædio, de fundo, de pecunia, de illis mille aureis: quos præposuit Petrus. Nec si totus ager inundetur; id est, etiamsi capitale commune, bis mille aureorum, fere totum semel pereat: etiamsi postea recesserit aqua; id est etiamsi totum bis mille aureorum capitale redeat; aut tantum vnum medium: tantum scilicet mille aurei, totum illud, a quo recesserit aqua: totum illud inquam, quod de bis mille aureis repertum fuerit saluum, vt in primo casu, & experimento, toti mille aurei reperti salui: cum toti quingenti, qui pertinent ad Petrum: tum toti quingenti, qui pertinent ad Ioannem, toti mille aurei salui, attribunntur vni Petro.

ILLVD contra, e quo non recesserit aqua, hoc est, illud totum quod non redijt: quod perijt: mille aurei, qui desiderantur, & quingenti qui pertinent ad Ioannē, & quingenti, qui ad Petrum pertinent, toti pereunt vni Ioanni: qui operam posuit. Totum capitale, totos mille aureos vnius Ioannis, totā tantū operam, inundatio absorbuit. Et inundatio, & impetus fluminis, potuerunt aut commutare speciem agri, & capitalis mille aureorum Ioannis, qui tantum appposuit opperam: & potuerunt totum illud & rapere, & destruere. Opere etenim quasi aquæ dilabuntur. Inundatio vero tadē, idemue fluminis impetus, agri, fundi, prædij, capitalis inquam pecuniæ, & il-

lorũ mille aureorũ Petri, nedũ ſpecie, nedũ vnitate numerica illius, potuerunt cõmutare. Hi mille aurei, qui finito negotio, in ſocietate reperiuntur, ſunt illi ijdem numero: quos in primo principio contulit vnus Petrus. Hinc ſunt cuius, & fuerunt: toti ſunt vnius Petri: cuius fuerunt in primo ſocietatis principio. Palam eſt Caietane, ex tua ſententia, hæc omnia ſequi neceſſario. Nam ex eo, (inquis) quod, quis ponit pecuniam ſuam in ſocietate, non deſinit eſſe ILLIVS dominus. Egregia ſane ratio, veriſſima, & vehemens, nec non acerrima. Auctor quidẽ eius eſt. D. Th. cum Sapientiſſimus, tũ Sanctiſſimus. Dixiſſe, D. Th. pecuniam datam mercatori, aut artifici in ſocietatem manere eius, qui illam poſuit: & cum eius periculo accipientem de illa negotiari: hoc inquam D. Th. præcipere, fateor ſane; & doctrinam ſingularem, & ſanctiſſimam Doctoris Angelici, & ſanctiſſimi amplector quidem, & deoſculor, qua poſſum cum pietate, tum religione. Quæ autem tu, tuo ſolo ex ſenſu, ex tua Metaphyſica præpoſtera his adijcis: quę ſine ratione effingis: quę heterogenia, & aliarum ſcientiarum: quæ maxime aliena, ab hac, in qua verſamur, quamuis ſunt, his tamen ſuperſtruere videris velle: (quod longe a verbo inuidia) argumentum maximum eſt, aut nullius ſcientiæ, nullius peritiæ methodi demonſtrandi, & modi aut artium,

doctri-

doctrinarũ,scientiarũ,constituendarũ,& conscribẽdarũ,permultæ insciticæ,aut negligentiæ. Vnde,quæ in his sunt singularis doctrinæ,& summę scientię tra-
A dita a D. Th. tuis cohęrere nõ possunt. Sed fundamẽtum ipsum a te ex D. Th. doctrina petitum, deformitatem sentiens,commotũ subsultans, ab se projcit illa quam longissime, renuens ferre, quæ nullius sunt ponderis:quæ leuissima: natum,paratum, dignumq; subire tantum grauissima: quæque & stabilitatis, &
B perennitatis habeant permultum. Fundamentum primum,cui D. Thom. suam superposuit doctrinam, est ius gentium, & naturale:quod exprimunt, pronuntiant, & præscribunt tria illa Axiomata Quicquid perit,Quidquid saluum manet. Quicquid lucratur,& fructificat sui tantum Domino. His appo-
C nit,& subijcit. D Th. alia tria,singulum singulo. Quæ explicant declarant,& præfiniunt ius totum, & ius tantum Sociale: quod omni ex parte, ius gentium seruat,& sequitur: vt infra explicabimus. Cum pecunia, tũ res omnis posita in societate aut perit,aut salua manet, aut fructificat, vel lucratur tantum danti. Ratio ex superiori fundamento. Quia manet eius:
D & quia cum periculo eius,accipiens de illa negotiatur:aut artifex operatur. Hæc vna,pauciſſimis comprehensa est,cum doctrina,tum sentẽtia. D. Thomę, ad præscriptum iuris gentium, & naturalis: cuius

etiam

etiam tu Caietane sequi velle videris ductum ab his principijs, omnium quæ adijcis rationem petis: sed interiectis alijs, quæ tu effingis, falsis tuas elicis, & efficis omnes conclusiones falsas. Falso quidem A dicis, vt demonstrauimus: Qui ponit tantum operam: nullam pecuniam, nullam rem permanentem ponit. Falso asseris: solus, qui ponit pecuniã, de qua negotiatur, pecuniam confert. Falso enuntias: Pecunia in societate posita: in pecunia, aut pecuniæ subitantia perseuerat, ac est permanens. Falso affirmas: B Solus, qui posuit pecuniam, de qua negotiatum est, posuit hanc pecuniam totam: quæ præsens spectatur in negotio, soluta societate: quando reperitur aut solum tanta, aut non tanta: quantam ille præposuit. Falso tandem, ex his conficis, concludis, & contendis illud. Hæc pecunia, quæ finito negotio, in societate reperitur aut cum lucro, aut sine lucro: aut C æqualis, aut minor, quam quæ fuit posita a primo principio, tota ante omnia pertinet ad vnum eum: qui posuit pecuniam: Totumque id, ex vna illa ratione, Quia scilicet, posuit ILLAM: quæ in negotio reperitur: quia est illud capitale: quod posuit: qui pecuniam contulit. Horum quidem, nihil D. Thomas: In horum etenim leuium verborum herba, latet anguis: cæcutientibus tantum, hallucinantibus, & quibus calligant oculi. Huius tuæ rationis Caietane,

tane,oratione,latet fallacia:nec ita vt nos,vel obscu
riſſimos,a fulgentiſſimo tuæ purpuræ ſplendore la-
tere valeat. Non enim licet a generale, ad minus
commune,& ad ſingulare,nec ab indefinito, incer-
A to,& commune ad definitum, ad determinatum, ad
certum, ad priuatum, & propium argumentari.
Hæc, & his qui tantum primis labris attigerunt
Logicam triuialia ſunt. Hinc, qui poſuit pecuniam
ſuam in ſocietate,vt recte D.Tho.poſuit pecuniã:&
B fuit,& manet dominus ei⁹:hoc eſt pecuniæ,ſi reliqua
reperitur,& ſalua:Sed non poſuit illã:quæ reperta,&
ſalua ſpectatur:quia,nec ſol⁹ poſuit pecuniã: nec illã:
quæ reperitur ſocietate ſoluta, atq. negotio finito.
Quoniã non illam ipſam, quæ ſpectatur, eamdẽ nu
mero poſuit. Nec huius,numero eiuſdem: quę ſalua
C reperitur,& toti⁹,ipſe ſol⁹ aut fuit vnquã,aut potuit
manere, aut manet,eſtue dominus.Nam illam,quam
collator pecuniæ præpoſuit,iã eam,aut vſus conſum
pſit:aut ſaltem diuerſarum mercium varia permuta-
tione,ipſa,facta eſt alia:& deſijt eſſe illa, eadem nu-
mero.Nec aliter, qui poſuit pecuniam in ſocietate,
(demus)poſuit capitale: ſed nec ſolus, nec illud:
quod die partitionis reperitur: nec ille vnus, huius
D totius,quod ſoluta ſocietate inuenitur ſaluum, fuit
vnquam,aut nunc eſt dominus: vt de prædio, de
fundo dicitur. Quoniam pecunia, quæ finito ne-

negotio in societate reperitur solum, sit TANTA; quantam posuit vnus ille: qui contulit pecuniam: quam dicunt capitale: non tamen est ILLA: quam ille posuit: sed tantum aut illi æqualis, aut ea minor: est aut eiusdem, aut maioris, aut minoris, quan A titatis: erit quanta illa: sed non illa. Atque ita Caietane, pecunia hæc quæ finito negotio reperitur, tota non est eius: qui posuit pecuniam: quia etiamsi posuit pecuniam: non tamen posuit (vt tu intelligere, & dicere videris) eamdem illam: nec si posuit capitale: posuit illud idem: quod reperitur saluum. B Quoniam in societate, in ea etiam, in qua vnus pecuniam confert, alter non confert, vt permultis demonstrauimus, non solum ille, qui numeratam ponit pecuniam, de qua negotiatur: quam appellant capitale: sed ille, qui ponit tantum operam, etiam ponit cum pecuniam, tum capitale latenter, & virtua C liter in eadem ipsa opera: quando ipse perse, & suæ ipsius personæ operam ponit. Qui vero per operarium, & mercatorem conductum, tantum operam ponit: etiam actu aperte, & formaliter, & reuera appo nit pecuniam sorti. Quia operario, & mercatori con ducto pecuniam (vt ponimus in nostro exemplo) nu D meratam persoluit, pro tantum opera. Quod tu Caietane negas: quod sentias illud, maxime contrarium tuæ, quam maxime acutæ Metaphysicæ: quæ motũ,

& om-

& omnia motui subiecta definiens, pronuntiat nec permanentẽ,nec consistentẽ esse operã:sed transeuntẽ suo perpetuo celerique decursu, & fluxu: quod ignores aurũ esse:quod venditur,auro:& pecuniam:
A quod pecunia æstimatur:quod scientias, & doctrinas, contra veræ Logicæ Methodum Apodicticã, & demonstrandi,volueris confundere. Qui,tãta & diuersarũ merciũ,earumq.multiplici permutatione,& inordinata successione: quæ in mercatura est necessaria, pecuniã a principio a Petro positam, nunquam
B aliam fuisse factam:sed perseueraſſe,sed permansisse, & die partitionis existere eamdem illam: & capitale mille aureorum Petri,positum a principio, contendis perseueraſſe illud idem,vsq.ad finem:& die partitionis spectari præsens. Qui,mille aureorum pecuniam:quam præposuit Petrus,vel illa tanta agitatione,distractione,quanta est necessaria, in omni diligentissima negotiatione, & in societate, confusam
C cum pecunia etiam mille aureorum, a Ioanne persolutam conducto operario,pro tantum opera; negas esse confusam:& asseueras mille tantum aureos, finito negotio,repertos in societate,totos esse eosdẽ illos:qui fuerunt Petri,in primo principio:quos vnus
D Petrus præposuit:ideoq.,totos ad vnũ Petrũ pertinere:quia,vt declaras,& pronuntias,vn⁹ Petrus posuit illos,& totos,& eosdẽ illos: qui spectãtur reliqui,&

præsentes. Doctrinas mutuo a se remotissimas, & disiunctas quã longissime, Aristotelea methodo Logica demonstratiua neglecta, ausus es confundere: A
pecuniam mille aureorum Petri, & pecuniam mille aureorum Ioannis, quam Ioannes pro soluenda mercede conducto operario apposuit conuenientem in vnum negotium, congestam in aceruum, in cumulum vnum, inordinatissimum, confusam totam, & repositam primum, (vt supra statuimus) in eadem arca, destinatam vni negotio, spretis legibus Iustiniani Imperatoris, commendatissimis, sua cum antiqui- B
tate, tum æquitate, Institut. *lib.* 2. *Tit.* 1. §. 31. inquit enim: quod ex confusione duarum pecuniarum, duarum sortium, duorum partialium capitalium, duarum tandem rerum eiusdem speciei, partes nullas dissimilares habentium, factum est vnum, non ve
reris negare esse COMMMNE: & velis separare, C
quasi nota aliqua determinatam, & inustam pecuniam mille aureorum Petri, vel mille aureos Petri, a mille aureis, Ioannis: quos, pro tantum operæ mercede, conducto operario persoluenda, destinatos, in eadem arca reposuit: vt dicas, & adfirmes, totos illos
mille, qui perierunt, esse eosdem illos: quos Ioan- D
nes apposuit: totos contra, tantum mille qui salui reperiuntur, esse ILLOS eosdem: quos posuit Petrus.

Causa

Cauſa, vſuræ demonſtratæ, in quo genere cauſæ ſit cauſa aperte demonſtratur.

A

HAC vna via vis, equidem & Caietane, in vnum præterea confundere, quæ differentijs cum ſpecificis, tum eſſentialibus, mutuo interſe pu-
B gnant: & magno interiecto ſpatio, ſeparantur quam longiſſime, propijs tum definitionibus, tum terminis. Quod vera Logica, vera demonſtrandi ſcientia, quam maxime, & iuſtiſſime, ac rectiſſima ex ratione cum reprehendit, tum horret, tum deteſtatur, exſecratur. Adtribuis pecuniæ quæ, maxime propria, ſoli
C ſunt: quod, in proxime ſuperioribus, omnium, & tuæ pecuniæ in ſocietate poſitæ, & tui CAPITALIS, & fundi, & agri, & omnium, quæ ſolo continentur, collatione, explicauimus, demonſtrauimuſque quam potuimus diligentiſſime. Facis, quidem illud tuum ex pecunia CAPITALE, quaſi, SO-
D LVM immobile, permanens, firmum, perenne, immutabile, conſtans, perſeuerans vnum, a ſocietatis primo principio, ad vſque negotium finitum: at que ita vnum, ita idem, vt quaſi vnum, & idem numero videaris Caietane, notis demonſtrandi, & ſeparandi, aut

di,aut prospectandis terminis, & finibus, quasi agrũ determinare, & ab alterius domini agro separare, quum dicis:SI vero CAPITALE tãtum inuenitur, saluum erit DOMINO EIVS, qui ILLVD posuit. A At nec vt solũ,vt ager,vt fundus stabilis,nec vna,& eadẽ vnitate,& idẽtitate numerica permanẽs,vel ad aliquã temporis partẽ potest constitui pecunia posita in societate,aut negotiatione:cũ sit necessum per peruo agitari,distrahi,&partem consummi ipso vsu: nec de pecunia,potest constitui CAPITALE. CAPITALE namque esse;illis tantum reb.potest attribui:quæ eadẽ numero,per aliquod tempus possunt permanere,possunt perdurare,possunt salua sua substantia perse,exse etiã,cum partũ,tum fructũ (qui,separationẽ ab ipsis,possit accipere) edere,referre,dare.In his tantũ rebus,potest vsusfructus constitui:nõ autem in pecunia:vt aperte in Instit.*lib*.2.*tit*.4. Vsusfructus enim a propietate separationẽ recipit, & fructus a re cuius est fructus:& a paręte partus:quę omnia deneganda pecuniæ, & a Sapientissimo quoque,remouenda quam longissime a pecunia. Quoniã vero,vt experimenta ostendunt, si collator pecuniæ,in omni euentu, potest repetere,illud capitale, (vt dicunt)quod præposuit:potest primũ deducere illam pecuniã;quam in primo principio posuit:persæpe repetit aliquam:quæ iam vere perierat: quęque con-

consumpta fuerat ipso vsu,& in primo principio: & repetens tantã,quantã præposuerat, ad resarciendũ sibi iã semel,& vere deperditã;reuera latenter,& occulte,& dolose,& fraudulenter accipit,desumit,furatur partẽ pecunię saluę:quæ iure gentiũ,& naturali rigido,ad eum vnũ pertinet:qui posuit tantum operã aut perse:aut per mercatorẽ conductum:cui vere pecuniã,pro tantũ opera persoluit. Quod, quin, cũ Vsura sit primo,per se,& formaliter, & simpliciter,nulla rationum vi defendi potest: vel si deneget Couarr.Sapientissimus.Perficitur siquidẽ, & absoluitur Vsurariũ mutuum:quod ostendimus cõpletum supra in partitionibus:ex quibus Petrus, quingẽtos aureos,sibi vere deperditos, repetit saluos: desumptis quingentis:qui toti sunt vnius Ioannis.Quo vno fit,vt quingenti,vere, iure gentiũ deperditi Petro,ex præscripto societatis, pereant Ioanni: quod, quin,ex mutuo sit,haud fieri potest. Hoc autẽ totũ esse vsurariũ, Omnes DD.Theologi,Canonici iuris periti,nec non Iurisconsulti fatentur, determinant, & decernunt,D.Th.sequuti.Syl.Soc.1.*n.*2. *& ipso referente Arch.Richard.in* 4.*dist.*15. *Lud.de Ridol.& glo. in c.Pleriq.Bal.in l.*1.*C.pro Socio.Caiet.in summaverbo vsura,casu.*6.*&c.*Potuisset tamẽ hęc vsura caueri;si illius dãni,alia in re(vt infra dicemus)tã frequenti saltem: quã damnum est,iusta fiat compensatio ei:qui ponit quan-

operam. Nullam vero, qui ponit operam, potest compensationem frequentissimi damni exspectare; si, qui, confert pecuniam, in omni euentu, potest ante omnia repetere, quantam posuit: & ponenti operā, A nullum restituere capitale ante diuisionē lucri. Itaq. satis iam euoluta, & longe, lateque explicata videntur, quæ minus vera, quæ omnino falsa inuoluta, implicataque iacent, & latent sub doctissimorum virorum Syluestri, & Caietani documentis, inuolucris iniustitiæ, & itegumentis vsuræ. Vsuram, quamuis i- B psi detestentur, & exsecrentur; Vsuram tamen frequentissimam esse in partitionibus, exemplis, & experimentis quamplurimis exploraūimus: ijsdem, tum etiam rationibus ostendimus, causas incommodorum inæqualitatis inquam, iniustititiæ & Vsuræ, esse duas illas: Nēpe ponenti operā nullū dare capitale quod possit deducere semper ante diuisionē lucri. C Collatorē pecuniæ in omni euētu, quātā posuit ante omnia posse deducere: & quando reperit solū quantam posuit, aut nec tantam, repetere illam totam: & hanc docuimus esse causam cohærentem, continentem, immediatam, & perficientem vsurarias partitiones omnes, in omnibus casibus maxime, eorum, qui D timeri possunt omnium infaustissimis, improsperis etiam, & aduersis. Duo illa in actione partitionum, & exercitio esse causas efficientes, inæqualitatis, &

com-

completę, vel commissæ vsurę, palam iam est: ex superioribus experimentis. Sed extrema hac disputatione demonstrauimus etiam illud: Pecuniam illam, quam vocant capitale, constitui ita quasi capitale
A certo determinatum, & determinandum, illis notis ILLAM, ILLVD, DOMINVS, EIVS: QVI ILLVD posuit, esse causam vsuræ, in genere, aut ratione causæ FORMALIS. Quia, ex huius societatis contractu, & præscripto, dantur pecuniæ, cum
B ratio, tum ea omnia: quæ propia sunt soli. Quo vno, qui confert pecuniam: quæ, (vt dicũt) sola est capitale; facit illam, sibi securam ad omnes casus saltem eorum (qui communiter possunt timeri) omnium infaustissimos. Hoc vno, consequitur, vt, ad casus damni frequentes, frequentiores, frequentissimos, plu-
C rimum, & communiter contingentes, in nostro exemplo, Pecunia Petri, subsitet Ioannis periculo: vt etiamsi perierit, pereat uni Ioanni: Petro vero nulla pars eius possit deperdi; nisi, tantum in casibus: qui iam nec a prudentibus viris, nec a sapientibus huius seculi timentur: aut tantum euenire possunt, per quam raro. Vnde, in nostro exemplo, quasi eos re-
D posuisset in arca Ioannis, ponit in tuto, totos suos mille aureos Petrus: quasi ex ea quidem, de pecunia ad Ioannem vere pertinente, repetit Petrus totos: quos vere ipse deperdit, in casibus etiam infaustissi-

mis: numquam in re alia vlla, Ioanni, damni huius, compensationem facturus. Quibus omnibus efficitur contractum esse non societatis: non iustum: sed iniquissimum, sordidissimum, acvsurarium mutuum. A

A priori eadem Accusatio.

Absoluimus tandem Elenchum Apodicticum, Demonstratiuam, & Analyticam propositam nobis reprehensionem, & accusationem Societatis institutæ ad Syluestri, & Caietani præscriptum. A posteriori, methodo seruata Analytica, & resolutionis. Sed vt circulum perficiamus, (quod argumentum est absolutæ omnibus numeris doctrinæ Apodicticæ) illud idem, a priori efficiamus necessarium: constructa in hanc formam, demonstratione & in hunc modum. B

OMNIS contractus, vel societatis nomine donatus, aut initus, aut institutus, in quo res, quæ ponuntur in societate nec manent dantis, nec conferentis C subsunt periculo est cum ficta societas, tum Mutuum Vsurarium. Sed omnis contractus, ad præscriptum Syluestri, & Caietani, societatis nomine initus, est talis, est huiusmodi. Quoniam in eo CAPITALE eius, qui pecuniam confert: aut pecunia quę dicitur capitale, non stat periculo dantis, saltem ad omnes casus damni: immo ad omnes casus damni, qui frequentes, frequentiores, frequentissimi, plerumque, & communiter contingentes, qui etiam

infau-

infaustissimi communiter possunt timeri non stat pe
riculo dantis. Ideoque nec dantis manet. Nam po-
tius stat periculo vnius accipientis, ad omnes casus
etiam eorum, qui communiter timeri possunt om-
A nium infaustissimos. In his omnibus casibus damni
frequentibus, frequentioribus, frequentissimis, plu-
rimum, & communiter contingentibus, ac etiam
contingentibus raro, & iam infaustissimis, pars capita
lis, & pecuniæ, eius, qui dicitur ponere pecuniam;
quæ cõstituitur capitale, tota perit vni accipienti: vt
B quãdo tãtũ mille aurei, in societate, reliqui reperiũ-
tur. Hoc totum, ex eo, quod, Ponenti tantum operã
æquiualentem pecuniæ, ante lucri diuisionem, nullũ
capitale restituitur: & hic est: qui alterius pecuniam:
accipit, ad negotiandum. Præterea, quia, qui ponit
pecuniam, in omni euentu, ante omnia, ILLAM
exigit, deducit, & repetit: quam præposuit. Quo
C vno, fit necessarium illud: vt in partitionibus, quod
perijt, totum pecuniæ, & capitalis perierit ei vni:
qui posuit tantum operam: quod saluum reperitur,
totum sit saluum, & totum attribuatur ei vni: qui
posuit capitale: & pecuniam de qua negotiatum
est. Hanc assumptionem, qua vna continetur to-
D tum factum, (vt dicunt) nostræ apodicticæ accu-
sationis, inductione, exemplis inquam permultis,
& examinatis, excussisque experimentis (nec aliter

id fieri possibile est) supra demonstrauimus. Est ergo omnis contractus, ad Syluestri, & Caietani præfinitionem, nomine societatis initus, nec societas, A
nec contractus iustus aut nominatus, aut innominatus: sed est MVTVVM VSVRARIVM Iniquissimum, & sordidissimum. Vt ijdem ipsi Syluest. Soc. 1. *num.* 2. *Caiet. in summ. verbo vsur. casu.* 6. cum demonstrant, tum loquuntur. Et hoc, est firmissima demostratione, factum ita euidens, ita necessarium; vt nullus iam tergiuersationi locus relinquatur: vt doctrinę Syluestri, & Caietani de hac societate nihil B
auctoritatis, nihil probabilitatis reliquum sit. Vt tota hæc doctrina Syluestri, & Caietani de societate ea, in qua alter pecuniam confert, alter tantum operam, vel quæ tanti sit, quanti pecunia, (absit, pro Dei Optimi Maximi summa gloria, absit verbo inuidia) religionis officio, auctoritate ecclesiastica im- C
probanda, & Episcopis, ex tota ditione Christiana exsecrationibus ecclesiasticis iam exterminanda videatur. Quod vergat; quod sit, in ruinam quamplurium animarum. Quarum custodiæ Princeps, a Deo constitutus, glorioßissimus Michael Archangelus Imperator cœlestis exercitus: summæ Ecclesiæ D
Pontifex Primopilus: cęteri omnes Pontifices Centuriones, Subcenturiones, aut Optiones: nos tirones nouissimi. Omnium, vnum illud institutum, vnum

num illud ſtudium, animarum curæ cui præſunt inuigilare, rationem reddituri Deo iudici, exactorique rigido, ac ſeueriſſimo: huic vni curę ſeſe totos
A tradere, huic vni ſtudere, incumbere: totis viribus, & neruis tenſione vehementi excitis, & lacertis exagitatis concitatiſſima diſtractione pro vna cõmiſſarum animarum ſalute laborare: diurnis excubijs permultis: ex altiſſima ſpecula, hoſtis antiqui, hoſtium potius accerrimorum inſidias explorare, incurſioni-
B bus occurere, impetum frangere: noctes perpetuas excubare, ſeſeque affligere nocturnis vigilijs frequentiſsimis, circumeuntes, ac circumſpectantes, an aduerſarius diabolus tanquam Leo rugiens circumuenerit homines incautos techniſq. ſuis, & dolis, & fraudibus, teneat irretitos: nec ipſi ſentiant laqueos,
C nodoſque vel ſtrictiſſimos: quibus detineri poſſunt falſa aliqua opinione religati. Vt nunc, ſunt quidem permulti; qui errant, errorem hunc: quem accuſamus & errant illum: non modo rudes litterarum, & homines ignari, plebs cæca, & hominum vulgus; ſed viri etiam non ſolum litterati admodum, ſed
D etiam ſapientiſsimi: & omnes ducti prorſus ſola auctoritate virorum illuſtriſsimorum doctrinæ ſummę, & ſingularis ſcientiæ ſplendore Sylueſtri, & Caietani. Qui nolentes, & ipſi homines errarunt, & frequentiſsimam hominum ſapientiſsimorum turbam

per-

pertraxerunt in hunc funestissimum errorem: errarunt inquam in hac parte saltem: erraruntque toto cœlo: viri alioqui, doctrinarum omnium splendidissimo lumine clarissimi: cum in Dei ecclesiam, A tum in ipsum Deum & pietate, & religione, & sanctitate præclarissimæ, ac faustissimę fasces: quæ vniuerso orbi, mundoue cum sapientiæ singularis, & summæ, tum perfectæ religionis ac sanctæ: tum cuiusdam in omnes animas igneæ, & ardentis charitatis, permagno candore, & splendore fulgentissimo longe lateque cum perlucent, tum refulgent. Quo- B rum nos, (vel si in hac parte doctrinæ, contrarij) sumus obseruantissimi. Eius enim doctrinæ, qua ipsorum, hanc sententiam improbamus, & societatem accusamus: magnam partem ipsis referimus acceptam. Vnde hoc ipsum nostrum studium ipsis, & clientibus eorum, alumnisue offerimus, in animi C grati testimonium, & argumentum: nec timemus: futurum illis inuisum hoc nostrum officium: nec illis: qui, eorum doctrinæ sunt vel studiosissimi: cum, vt de illorum in Deum religione, ac pietate est æquum sperare; interfint ipsi Angelorum choris: D Deum collaudantes: & de nostro pro animarum salute non vulgari studio, agentes gratias Deo: cui omnis gloria & in terra, vt in cœlo. Cui inseruientes,, præscriptionem instituendarum societatum,

æquis-

æquisimam circumscribemns suis propijs termi-
minis,ac definiemus. Huius accesione omni-
bus numeris absolutum iam erit
hoc opus nostrum.

(.†.)

QVIS SIC VT DEVS?

Michael Archangelus

Fortis in prælio

Præpositus Paradisi

Fecit victoriam.

INSTITVTIO SOCIETATIS ÆQVISSIMÆ, ET SECVra, ac tuta, quamiuſtiſſima etiam aut Lex, aut præſcriptio.

Liber II.

CVM Societatem, probatiſſimam fere omnibus, vocauerimus in iudicium; & demonſtrauerimus, auctoritate Eccleſiaſtica condemnandam, exſecrandam, & exterminandā, in fines orbis vltimos: nec deſperamus perfeciſſe aliquando; requiri a nobis iā ſentimus aut leges, aut regulas, aut præſcriptiones certiſſimas, tutiſſimas, & Diuſtiſſimas inſtitutionis ſocietatis æquiſſimæ: ſubijcimus ideo, his omnibus, quę ſequuntur. Quorum in prima parte monebimus, quæ ſunt in inſtitutionib., in primis, & maxime ſpectanda, faciendaue: deinde,

quinque edemus, constituemusque aut genera suprema, aut capita præcipua: ad quæ societates omnes & possint, & debeant reuocari: præterea, afferemus leges. *ff. tit. pro socio*, de societatibus instituendis, a Iurisconsultissimis traditas: nec non earum insigniores glossas: quas omnes explicabimus, nostris adhibitis, nec quidem ingratis: si quid nobis promittere: si spe rare quicquam licet: tum pactionem separabimus a societate: & persequemur pactionis contractum: tandem ad cumulum, adijciemus assecurationem, tractatione extrema haud iniucunda.

Referenda primum, omnia, determinato numero ad pecuniam.

IN omni proposita societatis institutione, nec non eiusdem partium adiectione, & constitutione, primum omnium inspiciendum, qua in re, conferendæ sortes, an in pecunia numerata, an in mercibus, in opera, arte, industria, vsu nauigij, vel aliorum instrumentorum.

SI OMNES sortes, in pecunia numerata conferantur; & operæ æque adhibeantur; si etiam æqua-

liter

liter omnia; nulla, in instituenda huiusmodi societate potest sentiri difficultas: omnia inter socios æquis portionibus communia sint oportet, estque necessum. Si non æqualia, aut non æqualiter; tunc sors cuiusque cognoscenda, determinanda, & notanda certo numero pecuniæ, quanta sit: & referendum id, in rationum libros, vel tabellas: aut saltem commendandum memoriæ certissimæ. Vt, quod sors Petri sit aureorum mille: Ioannis quingentorum tantum. Ex quibus duabus sortibus partialibus, componatur vna sors totalis, & communis, quingentorum & mille. De alijs sortium quantitatibus, idem facito. In huius generis societatum institutionibus, nihil pręterea desiderabitur, ad societatis partes constituendas.

QVOD si aut sors, aut sortes, non in pecunia, sed alijs in rebus conferantur; vt animalibus, oleo, vino, frumento, ferro, &c. aut in opera, vel vsu nauigij, aliorumue instrumentorum; OMNIA hæc primum æstimanda sunt, pretio iusto: & pecunia mensuranda: & ad pecuniam referenda: & sors cuiusque, vel quæ ponitur in mercibus, vel quæ ponitur in opera aut hominis, aut bruti, vel quæ in vsu aut nauigij, aut aliorum instrumentorum, vt supra, sors inquam cuiusque, numero certo pecuniæ determinanda, notanda, & referenda in libros, & tabellas.

Pecunia quidem, ad hanc doctrinam sunt omnia: quæ pecunia mensurari possunt, & mensurantur. Notanda exempli gratia, sors Petri, numero bis mille: sors Ioannis, numero aureorum tantum semel mille: Ex quibus sit constituta, vna communis sors, A aureorum ter mille. His positis, partium societatis iudicium, cuique erit in aperto.

SI AVTEM Petrus, & Ioannes coierint societatem; nec mercibus positis a Petro, nec operibus, aut nauigij vsu positis a Ioanne æstimatis, nec determinatis, certo aliquo numero pecuniæ sortibus, & contingat aut solui, aut finitam iam esse societatem: primum omnium, conuenire debet de pretio, & æstimatione rerum, & mercium, & operæ: & aut socij ex compacto, debent sortes ad pecuniam reuocare: & certo numero pecuniæ, cum determinare, tum notare: & certas, ac definitas constituere: C aut, totum id præstandum, prudentis viri arbitrio, aut ex sententia iudicis circumspectissimi. Quin primum, sortes sint determinatæ; impossibile est adijci partes societatis, ab aliquo, aut viro prudentissimo, aut iudice seueriſſimo, aut viro in rebus Arithmeticis, & regula Algebræ versatissimo. Merces æstimare, non habet difficultatis multum: operæ vero prætium, haud est cuiusuis iudicare, quod sit constituendum: quando opera in societate ponenda. D

Opera

Opera ponenda in societate, sub qua ratione spectanda, & æstimanda.

A DE OPERA posita in societate, sunt qui loquantur: sed pauci: nec multa: qui recte: vt in Instit. §. *De illa. Iustinia. ff. Pro socio. l. Si non fuerint.* Vlpianus: per plura, qui minus recte. In his sunt, vbi supra, &
B Syluester, & Caietanus. Nullos tamen reperio: qui tradiderint necessaria, ad explicationē, & declarationē huius doctrinæ. Nulli quidē leguntur: qui doceāt, qui dicāt qua sub ratione, in hac doctrina opera spectanda: & qui possit fieri, aut fiat vt sit vna opera, alia, aut præstantior, aut pretiosior: aut ipsa sit pretiosissima. Vtrumque, id nos præstabimus: si dabitur:
C quod conquærimur superiores nostros neglexisse.

Opera qui fiat pretiosior.

OPERAM aut vnam, aut vnius, vel alia, vel alterius opera esse pretiosiorem, & id frequentissme; est qui possit dubitare nemo: sunt, quorum opera, est fere nullius prætij: sunt, quorum est pretiosissima. Præterea vnius, & eiusdem, & ad idem negotium; quæ
D exhibetur domi vilior est: prætiosior vero, quæ ab eodem peregre profecturo, & apud exteras gentes: & minoris æstimatur, quæ in terris: & prætiosissima habe-

habetur:quam defert;qui solus nauigat, solus peregrinatur,pericula subit solus.*l.Si non fuerint.*§. *Plerũq.*

Operam vero,cum vnius eiusdem, tum in eodẽ loco,tum in eodem numero negotio, tandem operam vnam,& eamdem numero esse & viliſſimã, & fere nullius valoris,nullius pretij,&valore ac pretio & augeri,& crescere,fieri & multam, & pretiosiorem, & tandem pretiosiſſimã: & superare seipsam pretio, & a se ipsa superari:fortasse,id, cuiquam erit paululũ obscurum. Sed, quisquis es, mirari desine.Quantis omnibus, quæ pecunia possunt mensurari, id commune est.Paucum oleum, vinum, &c. noua alterius homogeniæ quantitatis accessione, fit multum: & aut semel adueniente aliqua maxima alia quantitate, aut multarum minimarum quantitatum, frequentiſſima adiectione, coëuntium in corpus vnum, idem vinum vnum numero, quod erat perpaucum, quod erat fere nullius valoris,& pretij, crescit, excrescit,fit permultũ,fit pretiosius,fit pretiosiſſimum: aut maximi valoris, & pretij. Paruulus etiam equus minimi æstimatur: idem maior factus,æstimatur pluris:idem magnus,permagni æstimatur.Paruula tandem pecunia est vilis:eadem vero, si alterius, & alrius paruulæ pecuniæ frequenti accessione, si tandem immanis fiat, facta est iam etiam pretiosiſſima. Nec aliter vnius,&eiusdem operarij,opera ad vnum

& idem

& idem negotium,vna & eadem numero,in eodem numero negotio est se ipsa & vilior,& pretiosior,& tandem, fit aliquando etiam pretiosissima. Opera
A eiusdem Ioannis,oblata ad societatem,ad quinquennium,& æstimata mille aureis, quæ est vnius horæ, vix ac ne vix,æstimabitur sex nummis: & vndecim solidis,quæ vnius diei:aureis ducentis iam vero,quę integri anni:tota vero,totos quinque annos dimensa,facta est pretiosissima:æstimatur iam, aureis mille:
B & multo pretiosior fiet,bis inquam mille aureorum; si eadem numero, continua successione, ad decem annos fuerit protracta. Ab vno siquidem tempore, quo ipsa mensuratur: quod ipsa percurrit, peragit, accipit eadem numero opera incrementum. Minimi quippe temporis opera, adhuc æstimatur mini-
C mi:eadem,multi temporis penditur multo: pretiosissima tandem eadem fiet; si eadem, temporis permultum peregerit,permultum pertransierit.

Opera eadē duratione tēporis fit seipsa pretiosior.

TEMPVS igitur,etiam maxime spectandum, & temporis in primis habenda ratio his: qui aut scribunt, aut iudicant,aut quomodocunq. tractant,aut
D loquuntur de opera aut exhibita,aut ponenda vel in negotio,vel in societate. Opera siquidē eiusdē,eadē, & in negotio eodē,ex vnius tēporis,quo impēditur duratione,cū dimetiēda quanta ipsa sit,an pauca, an multa,tū an vili,an magno,an maximo ęstimanda.

Pecu-

PECVNIA aut in numerato, aut in mercibus, potest poni in negotio, aut tota simul, & a primo principio, & æqualiter tota, per totum tempus propositum negotio: potest etiam poni inæqualiter, & A diuersis terminis, ac discretis: potest tandem poni æquabiliter successiue. Per singulos vtique dies, temporis præfiniti: vt annorum quinque, solidi, in nostro exemplo, vndecim. Opera autem, nullo modo potest exhiberi simul tota: sed tantum singillatim, & per partes, quamminutissimas etiam, quippe momentaneas. Sequitur nam, & necessario succesio- B nem, & motus, cui, quod actio sit, subijcitur. & temporis, quo, quia motus, mensuratur. Nam, quę temporis breuitate, & paucitate est pauca: eadem, tempore multo, fit multa: & permulta, dierum longitudine. Vnde, nec æstimata aureis mille, nedum, quę æ- C stimatur duobus nummis, aliquando, simul tota potest adponi. Hinc, si opera necessaria negotio, de mille aureis gerendo, per quinque annorum tempus, fuerit æstimata etiam aureis mille: eadem, quæ respondet primo diei, & omnibus singulis, valebit tantũ vndecim aureos: præterea, nummos, & teruntios: quę tantum annum peregerit, ducentos aureos: quæ D percurrerit tres annos, sexcẽtos: quę pertrãsijt totos quinque annos, totos mille aureos meretur: prolatę vero ad decennium, bis mille iam eidem debentur.

DVO

DVO tandem in opera, vt iusto pretio posit æstimari, spectanda in primis. Cum, eadem ipsa opera in se, qualis aut sit, aut soleat esse in hoc operario,
A aut negotiatore, aut mercatore, an iners, leuis, & vilis: an diligens, officiosa, studiosa, egregia, summa: qualem etiam negotium requirat, exposcat: si gerendum domi: si migrandum ad exteras, & remotissimas gentes, & terras: si nauigandum: si pericula aut multa, aut magna, & grauissima, aut contingentia,
B plurimum, subeunda. Expendenda primum hæc omnia: atque ex his, primum æstimanda, opera ipsa in se quanta vel quanti sit, an prætiosa, an pretiosior alia, an pretiosissima. Deinde tempus, aut gerendo negotio necessarium: aut decurrendum, aut decursum, etiam spectandum. Quoniam a duratione temporis,
C quod percurrit, quod pertransit, eadem ipsa opera etiam pretiosissima, ad se ipsam collata, est non multi pretij, vt quæ vnius diei, vnius hebdomadæ, vnius anni: quæ trium annorum, pretij iam magni: quæ sex annorum; iam se ipsa pretiosissima, pretiosior multo. Operæ eidem, tempus vnum, aliquando, pretium adijcit etiam permagnum.

D SVB hac vna ratione, consideranda opera, in mercatura, siue extra societatem, siue locata, siue in societate aut ponenda, aut posita iam, præstita & exhibita. Quod subijciatur motui; ad hoc vnum spe-

ctandum ; vt intelligatur, operam non posse apponi, quæ aliquo prætio æstimatur, simul totam : sed successiue tantum : quam affectionem habet opera, ab ipso motu, cui subijcitur. Hæc vna affectio motus, in A opera, de societate Scriptori, Doctoriue est, & fuit Syluestris, & Caietanis spectanda: vt quanta ipsa sit, & quanti æstimanda, possit inueniri, iudicari, definiri, constitui, determinari : sub hac tantum ratione, vt quantitati subijcitur, & sub ratione quantitatis: non sub ratione entis, & vt ens est : non quod, motui subiecta, sit non consistens, non permanens: B quę consideratio aut obseruatio ad vnum Metaphysicum spectat.

OMNIA hęc, iam nos manifeste docent, perperā a Caietano, & loquutione impropria multo, nedum versato in veris, sed tantum commentitijs Metaphysicis, & neglectis constituendarum, & constituen C darum artium methodis Logicis, ab Aristotele traditis, adlatam illam diuisionem sociorum: Socios alios esse eiusdem, alios diuersæ rationis, inquiens. Cum diuisio, quæ rerum obseruat rationes, naturas, quidditates, essentias, ad vnius Metaphysici contemplationem, pertineat. Qui vnus, contemplatur D res omnes, & pecuniam, & operam, vt entia sunt: & docet (per sciendi modum, intellige per veram Logicam) quærere rerum omnium genera, differen-

tias,

tias, propia, ad definitiones, (si id negatur descriptiones) cum inueniendas, tum constituendas, & contrahendas res omnes, intra propios terminos. Neglegit autem Caietanus, & despicit, quæ
A sunt propia huius tractationis, & doctrinæ: quæque sunt perneceſſaria, ad inſtituendas ſocietates, & earum partes adijciẽdas,& conſtituendas. Rectius quidem multo, ſi dixiſſet aut cum Iuſtiniano, & in abſtracto, ſocietas alia eſt in qua vterque pecuniam,
B alia in qua alter pecuniam confert, alter non confert: aut ſocietas alia eſt, in qua ſortes ſunt eiuſdem,& æqualis quantitatis: alia; in qua, ſortes ſunt diuerſæ,& inæqualis quantitatis. Hęc enim vna conſideratio, & ſpectatio, poteſt nos deferre in cognitionem partium: quæ ſociorum cuique debentur lucri, & damni: an ex æquis, an ex iniquis
C partibus, vel in coëunda, vel in ſoluta iam ſocietate, ſocij eſſe poſſint. Quo autem hæc, aut ęqualitas, aut inęqualitas ſortium,& ſi inęqualitas; quanta illa ſit: & quot partes lucri, & damni cuique ſorti reſpondere valeant, aut debeantur; inuenire quis poſſit; & diiudicare; nihil iuuat, illud accipere a Metaphyſica, pecuniam, rem eſſe permanentem: ope
D ram contra, non permanentem: quod motui ſubijciatur: ſed potius, ſpectare quanta ſors cuiuſque ſit,& dignoſcere vnum id: huic doctrinę, n agnũ adiumentũ

hoc solum adfert: Vnde hoc vnum tenere, in hac doctrina, diligenter curandum.

Pecuniam, & Tempus, duo hæc tantum, in societatum institutionibus, spectanda: & adijciendis societatis partibus: & tantum vt quanta.

A

QVONIAM, ad pecuniam docuimus referendam, & reducendam quoque operam, cæteraq. omnia, quæ ad societatē propositā destinantur, positaue fuerunt: & sortem cuiusque, certo pecuniæ numero, esse determinandam, & notandam: & in primis hoc vnum constituendum: his iam positis, ad horum commodiorem tractationem, explicationem, & doctrinam prę monemus; in omni societatis institutione, aut soluta iam societate, in partium eius adiectione, & constitutione, siue lucri, & damni diuisione, in primis spectanda tantum duo hæc Pecuniam, & tempus. Sed, hæc eadem duo, non vt entia sunt, esse nobis, esse in hac doctrina considerandā: quod in errorem traxit & Syluestros, & Caietanos: ne eorum erremus errorem permagnum in doctrinis, ac etiam tota via a veritate cum eis aberremus: sed considerandā nobis tantum, vt quanta:

B

C

D

nec

nec secundum omnes quantitatis affectiones: sed solum in, & quantum, cum quantis omnibus, æqualitatem recipiunt, & inæqualitatem, & vna quantitas ad aliam; & pecunia ad pecuniam, & tempus ad
A tempus relata, sunt sibi ipsis mutuo, aut æqualia, aut inæqualia. Determinatis iam, & prænotatis certo numero pecuniæ, sortibus: quanta sit sors: quam quisque sociorum confert: tandem videndum, quam habeant sortes aut duæ, aut plures inter se habitudinem, & proportionem. Habitudo namque, & pro-
B portio, debet esse saltē inter duo. Eiusdem autem ad se ipsum, nulla est habitudo: nulla proportio. Obseruandum maxime in sortibus, & notandum illud in primis, an ipsæ sint inter se æquales, an inæquales: si inæquales, quot partibus aut maior superet, aut minor superetur. Hæc eadem etiam obseruatio temporis, est omnino necessaria, in hac doctrina. Contin
C git enim aliquando, vt sortes, etiam quæ ponuntur in pecunia numerata, nec eodem, nec æquali tempore, nec ad idem conferantur: sed temporibus diuersis, & inæqualibus. Hinc, quoniam tempus etiam est quantitas; & partes temporis sunt quantitates, & tempus ad tempus relatum, vnum, alij sit quoque æ-
D quale, aut inæquale: ideo in societatis futurę institutione, aut iam solutæ lucri, & damni partitione, illud quoque constituendum, aut spectandum: an tem-

pus,

pus,quod vna sors est decursura, aut pertransijt, in societatis negotio occupata, sit æquale tempori, quod altera:an vero inęquale.Nam,(quod nulli dubium) sorti, quæ quinque annos deseruit societati, A plures partes attribuendę lucri,& damni; quam eiquę duos tantum.Antequam igitur societatis partes constituas,adijciasue;accipias oportet,& habeas habitudinem:qua,se tempora diuersa respiciunt:si non fuerint eadem:aut ęqualia.Quin hæc teneas; nec inuenire partes societatis vnquam continget.Habitu- B do vero,inter aut duas, aut plures quantitates, vel æquales,vel inæquales,Mathematicis,est Proportio. Ideo,quoniam tota haec de societate doctrina,circa diuersas sociorum sortes,& positas, ad diuersa tempora; atque in his,tantum, debet considerare, horũ quãtitates: & has alias,ad alias referre:& habitudinẽ quam seruant inter se,ac proportionem in primis,& C intentissimis mentis oculis, spectare quisque: quo valeat sine errore iudicare,quot lucri,& damni partes,ad quemque sociorũ pertineant:de PROPORTIONIBVS si non scientia, notitia saltem, est necessaria ei:qui, de societate scribit, aut doctrinam, aut leges.Secus nihil verum, nihil omnino tutum, D nihil certum potest docere:potest praecipere. Proportionum vero scientiam,in Mathematicis reperies tantum. Ab his ideo, quaedam de proportionum

gene-

generibus mutuanda. Alioquin, omnis de societate disputatio, & tractatio est necessum, vt inexplicabilis maneat, ac in obscuro.

A

Breuis quædam, & rudis, de Proportionibus tractatio.

B QVI exactam, & exquisitam, de proportionibus desiderabit doctrinam: Mathematicas adeat Disciplinas. Nos, tantum ab illis, nostro instituto necessaria mutuabimur: eaque ad haec nostra transferemus, nec omnia, nec eodem dicendi genere, aut stilo, nedum exquisitum aliquid, de proportionibus afferemus. Id enim esset agere Mathematicos:
C nec non scientias confundere. Quod sine crimine in Methodis Logicis, & pessimo, potest facere sapientum nemo. Sed rudi stilo, & typo: quod commodius multo: quo & facilius, & cum maiori legentis haud Mathematici, vtilitate, ab hac nos disputatione, expedire valeamus.

D PROPORTIO igitur, est habitudo, inter saltem duas quantitates, aut aequales, aut inaequales. Eatenus quidem solum quantitates inter se admittere possunt proportionem, quatenus aequalitatem habent, aut inæqualitatem ad se inuicem

colla-

collatæ. Hinc etiam, quoniam sortes, quas socij conferunt in societatem sunt quantitates, & diuersæ: necessum etiam est cum vt adinuicem conferantur: & collatę interse sint aut æquales, aut inæquales. Præterea cum æqualitatem recipiant, & inęqualitatem, A proportionem admittere, & hanc doctrinam, subijci scientijs de proportione, est quoque omnino necessarium. Ex vna etenim proportione, metiri oportet partes & lucri, & damni: & diiudicare, quot cuiq. sorti respondeant partes: quot etiam, & quantę ad sociorum quemque pertineant. Secus, iudicium haud potest certum esse: sed errori quam maxime B proximum.

PROPORTIO itaque, est, alia æqualitatis: alia inæqualitatis. Proportio æqualitatis, est habitudo inter duas quantitates æquales: vt habitudo inter duas sortes: quarum vtraque sit semel mille aureorum. Hæc non potest subdiuidi in alias species. Pro- C portio inæqualitatis, est habitudo inter duas quantitates inæquales: huiusmodi est habitudo inter sortem mille aureorum, & sortem quingentorum.

PROPORTIO inæqualitatis partitur iterum, in proportionem maioris inæqualitatis, & porpotionem minoris inæqualitatis. Proportio, quam sors D mille aureorum collata, ad sortem quingentorum habet, est proportio maioris inæqualitatis. Qua ve-

ro, fors quingentorum, respicit eamdem mille aureorum sortem, appellatur proportio minoris inaequalitatis. Verum, etiamsi, vtriusque inaequalitatis proportio, vsui nobis esse possit, cum ad constituendas aequissimas, societatum instituendarum, praescriptiones: tum ad, negotijs finitis, aliquo sine erran
A di periculo, peragendas partitiones: Proportionem tamen, maioris inaequalitatis, in hac de societate doctrina, ad aptius omnia explicanda, & constituenda, commodiorem & nobis, & nostro instituto, futu
B ram, quia arbitramur; ideo hanc tantum, in hac tractatione maxime necessariam persequemur.

PROPORTIO maioris inæqualitatis iterum, atque iterum distribuitur. Primum in genera varia: in proportionem scilicet multiplicem, super
C particularem, superpartientem, multiplicem super particularem, & multiplicem superpartientem. Hęc omnia quinque genera: vt facilius ab omnibus deprehendantur, eorum quæ tractamus exemplis illustrabimus. Natæ ex his sunt, atque his ijsdem innituntur, Regulę Algebræ, quas
D vocant societatis, & fractorum, vulgo notæ

Proportionis maioris inæqualitatis quinque Genera.

A

PROPORTIO maioris inæqualitatis Multiplex, est habitudo maioris quantitatis, ad minorem: quando maior, minorem continet aliquoties: vt bis, ter, decies, centies, millies, &c. ita, vt minor maiorem metiatur. Vnde, quando maior quantitas, tantum bis minorem continet, dicitur dupla: B quando ter, tripla: quando decies, decupla: quando centies, centupla. Hinc, propottio inter sortem mille, & aliam tantum quingentorum, est dupla: & quę inter quingentos, & tantum centum est quintupla: quæ inter mille & centũ, decupla: quę tandem inter decies millia, & tantum centum, centupla. Hinc pro C portio hęc multiplex, maioris inęqualitatis, subse etiam continet infinita alia genera.

PROPORTIO Superparticularis, est habitudo maioris quantitatis ad minorem: quando maior minorem semel duntaxat continet, & insuper vnam eius partem aliquotam, scilicet dimidiatam, D tertiam, quartam, &c. Hinc, si illa pars aliquota: contenta in maiore quantitate est dimidiata pars minoris quantitatis; constituitur proportio sesquialtera: si

est ter-

est tertia pars, consurgit proportio sesquitertia: si quarta, sesquiquarta: si millesima, sesquimillesima. Ideo proportio inter sortem trecentorum, & sortem ducentorum est proportio sesquialtera: quæ inter quingentos & quadringentos sesquiquarta: tandem, quæ inter octingentos & septingentos, sesquiseptima: & sic de cæteris. Vnde, hæc quoque proportio in infinita genera diuiditur.

A

PROPORTIO Superpartiens, est habitudo maioris quantitatis ad minorem: quando maior minorem semel duntaxat continet, & insuper aliquot eius partes aliquotas, non efficientes vnam aliquotam. Qualis est proportio sortis octingentorum, ad quingentorum sortem. Diuiditur proportio superpartiēs iterū, atque iterū in infinita alia genera. Primū, habita ratione numeri partiū aliquotarū. Si enim maior

B

quātitas minorē semel cōprehendit, & duas eius partes aliquotas nō constituētes vnā aliquotā, cōficitur proportio superbipartiēs: si tres partes aliquotas, supertripartiēs: si decies, superdecupartiēs, &c. Diuiditur deinde, quodlibet horū generum habita ratione denominationis partiū aliquotarum, in infinita adhuc genera. Nā proportio superbipartiēs inter dūas

C

quantitates inęquales, quarū maior continet minorē semel, & duas ei' partes tertias, dicitur superbipartiēs tertias. Quod si duę illę partes fuerint quintę appel-

D

labitur superbipartiens quintas:& ita de reliquis proportionib. Nec secus, proportio superdecupartiēs, inter duas quantitates inæquales,quarum maior excedit minorem,decem partibus vndecimis, appellabitur superdecupartiens vndecimas. Quod si, decem illæ partes,sint,decimæ tertiæ, vocabitur proportio superdecupartiens tertias: & sic de reliquis omnibus superdecupartientibus proportionibus. Ex his, proportio inter sortem septingentorum, & aliam sortem quingentorum,est proportio superbipartiens quintas: Proportio inter mille & septingentorum aureorum sortem, & sortem nongentorum, est superoctupartiens nonas: tandem proportio inter sortem mille & septingentorum, & sortem semel mille aureorum, est superseptupartiens decimas. A B

PROPORTIO multiplex superparticularis, est habitudo maioris quantitatis ad maiorem, quando maior minorem aliquoties, vt bis, ter, vel quater, &c. continet, & præterea vnam eius partem aliquotam. Vnde proportio inter sortem quingentorum,& aliam sortem ducentorum est proportio dupla sesquialtera: proportio inter sortem bis mille aureorum, & aliam sortem septingentorum, est proportio tripla sesquiseptima. Proportio hæc composita recte dicitur ex multiplici, & superparticu- C D

ticulari. Hinc diuiditur primum habita ratione proportionis multiplicis in genera infinita, æque ac multiplex: vt in duplam ſuperparticularem, & triplam ſuperparticularem, &c. prout maior quantitas
A minorem bis comprehendit, aut ter, quaterue, &c. & inſuper vnam partem minoris quantitatis aliquotam. Vnumquodque rurſus horum generum in infinita alia ſubdiuiditur, habita ratione proportionis ſuperparticularis. Nam proportio verbi gratia tripla ſuperparticularis, continet ſubſe triplam ſeſ-
B quialteram, (quando ſcilicet maior quantitas minorem ter continet, & præterea dimidiatam eius partem) triplam ſeſquitertiam, triplam ſeſquiquartam, & ita infinitas alias.

PROPORTIO denique multiplex ſuperpartiens eſt habitudo maioris quantitatis ad minorem, quando maior aliquoties complectitur minorem, &
C inſuper aliquot partes eius aliquotas, non conficientes vnam. Qualis eſt proportio ſortis mille & centum aureorum, ad trecentorum aureorum ſortem. Diſtribuitur autem hæc proportio primum habita ratione proportionis multiplicis. Vt multiplex in duplam ſuperpartientem, &c. Deinde quodlibet ho
D rum, habita ratione numeri partium, ſub ſe continent genera infinita. Vt ſub tripla ſuperpartiente, continetur tripla ſuperbipartiens; tripla ſupertri-

partiens

partiens,&c.Postremo quæuis istarum,habita ratione denominationis partium aliquotarum, in genera adhuc infinita secatur.Vt tripla supertripartiens diuiditur in triplam supertripartientem quartas: in A
triplam supertripartientem quintas, &c. Vnde proportio sortis octingentorũ, ad aliã fortẽ trecentorũ est proportio dupla superbipartiẽstertias.Proportio mille & septingẽtorum aureorũ sortis,ad sortem sex centorum est proportio dupla superquintupartiens sextas.Proportio item sortis bis mille & octingento B
rum aureorum, ad aliam sortem quingentorum est proportio quintupla,superpartiens quintas:&c.

HÆC duximus,nobis quasi necessario repetenda ex Mathematicis: nec plura ausi sumus excerpere: eriamsi magno nobis fuissent adiumento, ad hanc doctrinam apertius explicandam. Qui hærebit in ali C
quibus,& plura, aut maiorem explicationem desiderabit:adeat fontes: Mathematicas inquam:e quib. hęc hausta.Horum enim cognitio, vel si nõ exacta, tamen mediocris est perquam necessaria:in primis, ijs scriptoribus, qui desiderant exacte pertractare societatis doctrinam,reipublicæ necessariam. Tum sacerdotibus: qui mercatorum audiunt confessiones. D
Scientiæ namque proportionum expertes de æquitate,deque equalitate societatum nullo modo,recta cum ratione,nedum vera queunt iudicare. Mercatores

tores ea etiam indigent, maxime ad conficiendas
suas rationes: ijs vero nostra admonitio haud opus
est. Quippe qui & nobis; & omnibus Theologis, &
de societate scriptoribus & regula, & canon esse
possunt. In vnam fane regulam Algebrę, societatum,
A & fractorum conferunt omnem suam curam, diligen
tiam suam omnem. Nos hæc tantum delibauimus: vt
possimus, (si dabitur) aliquando potiri fine optimo,
nobis proposito, fructu laborum honestissimo. Om-
nes huius doctrinæ scriptores multi de pecunia, mul
B ti de sorte, de capitali etiam multi: deque his inter
omnes Syluester, & Caietanus permulta con mi-
niscuntur otiose, & perperam confingunt: propor-
tionis vero haud attingunt nomen. Quod non mi-
ror: est quidē id in Mathematicis reconditum quid,
& abstrusum. Mathematicæ vero in omnibus iam A-
C cademijs, & Scolis Theologorū in primis neglegun
tur, vt linguæ: sed proh dolor, maximo cum doctri-
narum omnium detrimento. Quod Plato egre sen-
tiens, a se repellebat omnes non Mathematicos, eisq.
in Academiam ingressum interdicebat præfixis, &
propositis in portarum liminibus his verbis. Nullus
D ingrediatur Mathematicarum expers. Sunt quidem
Mathematicæ scientiæ perquā necessariæ cū ad res
permultas, tum ad omnes disciplinas facilius, & aper
tius explicandas: maxime ad hanc doctrinam.

Omnes

Omnis de Societate tractatio, subijcitur Mathematicis, & scientiæ de Proportionibus.

METHODOS demonstrandi, scientiam sequuti, & de tradendis disciplinis, præceptis Aristotelicis inhærentes, in hac doctrina, in hoc loco diuidemus genera societatum, & species constituemus, per ea: quæ sunt propia quantitatis: & ijsdem differentijs: quibus Geometria proportiones. Spectatis etenim sortibus: quæ pecunia mensurantur, & certo numero pecuniæ determinantur, notantur, separantur: spectata etiam pecunia ipsa; ad quam omnia in societate posita referuntur, & debent iam esse reuocata; opera tandem ipsa primo, & perse motui, & tempori, & numero, & quantitati denique hæc omnia subijciuntur: doctrina de societate Geometriæ, Arithmeticæ, & Algebræ immediate subijcitur, & cum vulgo subalternatur. Nec aliter, quam Musica eidem etiam Arithmeticæ. Et quia subiectum Musicæ est sonus cum numero, aut numerus sonorus. Ideo Musica de suo subiecto, de sono scilicet, easdem & quærit, & demonstrat aut propie-

propietates, aut affectiones : quas de numero, de quantitate & Arithmeticus, & Geometres. Hinc Musicus in primis, studio omnis cum proportionis,
A tum proportionalitatis,& maxima adhibita cura, ac diligentia cum Harmonicam, tum Geometricam, tum Arithmeticã proportionalitatem persequitur, & quaerit in numero sonoro,& demonstrat. Ijsdem nos Methodi,& deMonstrandi legibus strictissimis, quia obligamur;& quia subiectum circa quod,agentes de societate versamur; & omnia posita in socie-
B tate reducta sunt ad pecuniam,& pecunia ad numerum,& opera per se & immediate ad motum,& numerus & motus,&omnia sub hac ratione subijciuntur quantitati; omnis quantitas ad quantitatem collata recipit aut æqualitatem, aut inæqualitatem, &
C æqualitas omnis, ac inæqualitas reducenda ad aliquod genus, ad aliquam etiam speciem proportionis,ac tandem proportio quoque omnis, relata ad proportionem admittit quandam aut Harmonicam, aut Arithmeticam proportionalitatem, nec non Geometricam.Habitudo namque vnius proportio-
D tionis ad alteram, eiusdem rationis, Mathematicis proportionalitas est. His inquam omnibus adstricti: quoniam in omni societate, duę saltem sortes spectantur:quæ sunt duæ diuersæ quantitates: nec fieri potest, quin, hæc, mutuo sibi sint aut æquales, aut

inæquales, quin etiam æqualitas inter ipsas, aut inæqualitas sit proportionum aliqua; hinc quidem Methodi doctrinę necessitate vincti, & adtracti (quo nos ab his & facilius, & tutius, & fœlicius expedia- A
mus) diuidemus societatem ijsdem proportionum differentijs: primum in societatem æqualitatis, & inę qualitatis. Deinde, quoniam societas æqualitatis, semper est vno modo æqualis: quia sortes æquales cuiusuis quantitatis siue sint magnæ, siue paruæ semper sunt æquales, & eamdē seruant proportionem æqualitatis, eam relinquimus indiuisā. Nullas etenim B
potest habere diuersas species. Ideo, tantū subdiuidemus societatē maioris inæqualitatis, prætermissa societate minoris inæqualitatis: & partiemur societatē maioris inæqualitatis, in eadē illa quinque genera proportionis maioris inaequalitatis. Vt societas alia sit, in qua sortes interse proportionem seruāt æ- C
qualitatis: alia in qua proportionem seruant maioris inaequalitatis, & huius alia in qua proportionē multiplicē: alia, in qua, superparticularem: alia in qua multiplicem superpartientem. Ita quando sortes sunt vel aequales, vel inaequales sed ad æquale, & per æquale tempus, & æqualiter omnino colla- D
tae sunt.

QVONIAM autem tempus etiam est quantitas, & tempus vnum potest referri, ad aliud tempus; &

vnum

vnũ alteri esse aut æquale,aut inæquale:& vt habitu
do inter hoc tẽpus,& illud proportio sit; ideo inter
tempus vnius sortis,& tempus alterius, vel spectato
solo tempore, omnia eadem sex genera proportio-
A num,quæ inter sortem,& sortem notauimus,est ne-
cessarium omnino vt reperiantur.Vnde, quamuis in
ter sortem mille aur.Petri, & sortem Ioannis etiam
mille aureorum habitudo,sit proportio æqualitatis:
vel si hae sortes, & haec proportio immutatae ma-
B neant:potest,solum tẽpus mutari,& per omnia gene
ra proportionũ:quae sunt vel diximus infinita. Tem
pus vel si solũ spectemus, habitudo inter tẽpus sor-
tis mille aur.Petri,& tẽpus,sortis etiam mille aureo-
rũ Ioannis,potest mutari.Nam potest esse proportio
aequalitatis;tum etiam mutatis tẽporibus fieri pro-
C portio maioris inaequalitatis, & diuidi in omnia
quinque genera: vt sit videlicet Proportio multi-
plex:Proportio superparticularis: Proportio super-
partiens:Proportio multiplex superparticularis:Pro
portio multiplex superpartiẽs. Tandẽ sub quolibet
genere,eadẽ inter tẽpora,aut diuersorũ, aut inter se
diuersa, possũt reperiri infinita proportionis gene-
ra,quæ inter sortes, quae inter alias etiã diuersi ge-
D neris quãtitatis. Abstrahit enim Mathematicus ab
omni sensibili materia. Potest itaque manente eadẽ
proportione inter sortes; mutari tẽporũ proportio

in infinita,ac varia genera. Æque etiam, manente temporis proportione immutata, ac eadem; potest proportio quæ est inter sortes, trahi ad eadem infinita proportionum genera diuersa.

PRÆTEREA, vt proportio quę est inter ipsas A sortes,& proportio quæ est inter tempus vnius sortis,& tempus alterius,possunt esse vnius & eiusdem generis, vt vtraque proportio sit aut æqualitatis, aut dupla,aut decupla, aut cētupla;æque potest etiã fieri,vt sint gęneris diuersi:vt proportio videlicet inter sortes sit æqualitatis:proportio vero inter tēpus B vnius, & tempus alterius sit aut multiplex,aut super particularis:item si vtraque sit multiplex alia sit dupla,alia quintupla,aut octupla,&c.Hoc est,potest in societate contingere; vt,sortes interse sint æquales, & sortium tempora etiam sint æqualia: item vt sortes interse sint æquales,sed tempora inęqualia: præ- C terea vt ipsæ sortes sint inæquales, sed tempora æqualia:tum etiam vt omnia, & sortes ipsæ inęquales sint,& tempora quoque inęqualia:tandem vt quando sunt inæqualia tempora,& inæquales sortes,inęqualitates illæ sint eiusdem generis: sint etiam diuersi:id est,vt vtraque sit multiplex: aut vt inæqualitas D vnius sortis ad alteram, sit habitudo, & proportio maioris inæqualitatis multiplex:inæqualitas temporis vnius sortis, ad tempus alterius sortis sit aut superpar-

perparticularis, aut alterius generis, vt superpartiens, vel multiplex superparticularis, vel multiplex superpartiens: postremo etiam si vtraque inæqualitas sit proportio multiplex, adhuc sint diuersi generis, scilicet inæqualitas inter sortes sit proportio dupla: inæqualitas vero inter sortium tempora sit aut tripla, aut sextupla, &c: aut contra: Idem habeto iudicium, de alijs generibus.

A

MIRVM in modum hinc illud miror: nec mirari satis queo, nec vnquam desinam mirari, in scriptoribus omnibus de societate, in de societate legum conditoribus, in ipsis etiam legibus, tantam obliuionem, tantam neglegentiam TEMPORIS. Rei cuius, in de societate legibus; in de societate omni contractu; in de societate doctrina; in societatum institutionibus; in partium societatis adiectione; in partitione lucri & damni; in omni denique de societate iudicio, aut contentioso, aut pacato maxime, & simpliciter est necessaria obseruatio intentissima. Mercatores adhuc, qui in conficiendis rationibus, rationem etiam magnam habent temporis, nullam Doctores Theologi, nullam Iurisconsulti: nedum leges, vllam: hanc admirationem permultum adaugent.

B

C

D

HVIC ergo nos necessitati satisfacere quoniam ardemus; ponemus etiam cum mercatoribus; esse

socie-

societates alias sine differentia temporis, alias cum temporis differentia: vel cum aut aequalitate, aut inaequalitate temporis: quod faciunt auctores, & scriptores Algebrae, & qui regulas societatis, & A fractorum praescribunt. Quippe qui regulas Algebrae adferunt communes omnibus rationibus conficiendis: regulas praeterea subijciunt priuatas Societatum: & tandem propias societatis cum temporis inaequalitate.

EX TANTA varietate, & inaequalitate earum B rerum, quae in vnam instituendae societatis doctrinam, & leges coëunt quã multiplex, quam varia potest exspectari, exprimi, componi societatis forma? Permulta deinde, & infinita pacta, conuentiones, pactiones, & conuentiones infinitae; necsolum, quas. *ff. pro socio, l. si non fuerint.* tradidit Vlpianus: nec tantum, quas in Institutionibus reliquit scriptas Iustinianus: nec modo, quas praescripsere caeteri omnes superiores iuris vrriusque Consultissimi: quae omnes quidem numerantur quam pauciſſimae. Sed quarum, vel genera sunt infinita, generalissima tantum ac suprema, aut, saltem capita praecipua, ad quae caetera omnia, & species & genera possint reduci, D possint reuocari, ex vna intima, & recondita nostra arte Logica, Logicae P. I. Nunnesij Valentini, Logici Clarissimi paruula scintilla, edamus primi (assumere

no-

noſtrum nobis liceat) proferamus inquam primi, emittamus, iam in communem vtilitatem, COMMVNISSIMÆ OMNIVM PARENTIS, AC SVMMÆ CHRISTIANÆ REIPVBLICÆ.

A

Quinque ſumma genera, aut capita ſuprema ſocietatis conſtituuntur: ad que omnia caetera reuocanda.

B TRIA nobis in primis, in hac de ſocietate doctrina, docuimus ſpectanda; Sortes, Tempora; horum etiam omnium interſe habitudines, & proportiones. Ex his, quinque ſocietatis ſuprema genera, aut capita communiſſima ad quae, caetera omC nia videntur poſſe reuocari exprimimus, elicimus, componimus, efformamus, conſtituimus: nec temere, nec otioſe, nec ſine ratione: & lectori vel ſapientiſſimo, pergrata forte.

GENVS primum, conſtituit Societas aequalitatis, primo, & aequaliter æqualis: aut Societas vtrinD que aequalis. Haec eſt omnium ſimpliciſſima: hinc & omnium prima. Nullas ideo haec poteſt habere, per quas diuidatur differentias. Secundum genus, efficit Societas maioris inaequalitatis: mino-

minoris inęqualitatis genera, æquæ ac proportionis breuitatis studio prætermittimus. Quoniam vero inæqualitas, cum inter sortes, tum etiam inter tẽpus & tempus spectatur, ex varia duorum, sortiũ inquã, & temporũ æqualitate & inęqualitate, tẽperatione, & in vnam societatem coitione, quattuor educimus A genera eius societatis: quæ est maioris inæqualitatis. Vnde Secundum genus, est Societas maioris inæqualitatis, ex tantum vna parte inæqualis: in qua videlicet sortes sunt æquales, & tantum tempora sunt inæqualia. Tertium genus, societas maioris inæqualitatis, ex etiam tantum vna parte inæqualis: in qua B scilicet, tantum tempora sunt æqualia: sed sortes inæquales. Quartum, Societas, maioris inæqualitatis, vtrinque inæqualis: id est, in qua & sortes sunt inęquales & tempora inęqualia. Hoc quartum genus rursus diuidimus. Nam societas vtrinque inęqualis C alia est: in qua maior sors, plus temporis peregit tota simul: aut in qua maior sors est: quæ primo principio tota simul posita fuit: & minor per partes, & successiue. Alia, in qua, minor sors est, quę pręponitur tota simul: maior autem per partes, & successiue apponitur. Quę duo, maximam adferunt differentiam. D Horum, Quartum genus constituit, Societas maioris inęqualitatis: vtrinque inęqualis: in qua, sors maioris quantitatis pręponitur tota simul: sors

vero

vero minoris quantitatis, est quæ apponitur per partes, & successiue. Quintum genus, complectitur Societas maioris inæqualitatis vtrinque inęqualis: in
A qua, sors minoris quantitatis confertur tota simul: quæ vero est maioris quantitatis successiue adijcitur, & per partes. Singula horum, quoniam & nostra, & noua explicabimus (si dabitur) ex nostro sensu; & vt fiant dilucidiora exemplis illustrabimus: Nō dū tamen possumus, omnium plenam reddere ratio nē: necessariū enim nobis ad id, tempus denegatur.
B Nec perfecta possumus (vt decet) edere parta nouissime. Imperfectissima quidem vt sint est necessum omnium rerum prima principia. Et prima omnis editio, informē emittit partum: lambendo dein genitrix perfectionem, & formam indit.

C

Primum Genus.

Societas æqualitatis, & primo, & æqualiter æqualis: aut Societas vtrinque æqualis.

CVM sit Mathematicis in Arithmetica Numerus par, pariter par, cumque haud absimile videatur
D Societas ęqualitatis æqualiter æqualis; hinc nos Mathematicos imitati, ex analogiæ, & proportionis præscripto, societatem æqualitatis, æqualiter æqualem determinamus esse eam: in qua omnia sunt

æqualia,aut quæ est vtrinque æqualis. Quoniam in ea, & sortes sunt omnino æquales,& tempora sunt æqualia.Qualis est illa:in qua,sociorum vterque,cõfert mille aureos,omnino æqualiter,& eodem tempore,& per idem,& ad idem tempus. Vt si vterque mille aureos contulerit, & vterque totos simul, & per totum idem tempus:aut vterque æque per partes æquales,& æque successiue posuerit, vt si vterq. contulerit,duodecim solidos,diebus singulis. A

HAVD multum ponendum laboris, in huiusce Societatis,inuenienda æquitate Omnia ex hac socie tate,sunt, æque cõmunia : omnia a primo principio coëunt in vnum aceruum,in vnum cumulũ:omnia& lucra,& damna, & quæ die partitionis in societate reperiuntur,sunt diuidenda inter socios,æquis portionib.Hæc societas,quoniam est simplicissima, nullas admittit differentias : quib. in alia aut genera,aut species possit partiri. Ideo de il'a nec plura. B C

Secundum Genus.

Societas inæqualis, maioris inæqualitatis, in qua sortes sunt æquales, tempora inæqualia. D

SOCIETAS inæqualis maioris inæqualitatis, in qua sortes sunt æquales,tempora vero inæqualia, consti-

constituit in hac tractatione secundum genus, habita ratione omnium, & primum Societatis inæqualis maioris inæqualitatis. Accedit enim propius hæc so
A cietas, ad societatem æqualitatis, & reliquis generibus est perfectior. Cum, sortes, quę, consistētiæ, plus retinēt & permanētię, habeat æquales: inæqualitatē sentiat tantū temporis. Societas igitur inęqualis maioris inæqualitatis, in qua sortes sunt ęquales, tempora inæqualia, erit qualis illa. In qua, Petrus præpo
B nit 1095. aureos, 12. solidos, semel mille nonaginta quinque aureos, & duodecim solidos, totos simul a primo principio, & habet eos in societate occupatos, totos quinque annos: Ioannes apponit etiam 1095. aureos 12. solidos, aut semel mille nonaginta quinque aureos, duodecim solidos: hos autem per partes minutissimas, per partes temporis momenta-
C neas, sex nummos singulis horis: duodecim solidos, par quinque annorum singulos dies: quia aut perse ponit tantum operam, aut per operarium conductum. Hoc idem exemplum, vbi licebit, in posterum, in hac doctrina, persequemur: quod apertius, & manifestius multo, quæ eo illustrabimus, videātur posse a quolibet deprehendi: & sit aptius, ad peragen-
D das partitiones. Potest tamen quisque, huiuscemodi societatis, infinita sibi effingere exempla. Nam, qui non eodem tempore, ac alter confert suam

sortem, potest adijcere eam magna diuersitate cum partium sortis, tum temporis: potest apponere pecuniam æqualiter in omnibus terminis præstitutis: vt duodecim solidos per singulos dies, aut additurus solidum, vel dradmam, vel aureum per singu- A
los: aut singulis sex mensibus centum aureos: sexto tantum mense extremo, aut primo mense decem aureos, secundo viginti: aut aliter tempore aut continuo, & successiuis horis, aut diebus: aut posita inter capedine, & præstitutis diuersis terminis, & multis, vt extremis singulis, aut hebdomabimus, aut mensi- B
bus, aut annis, aut paucis terminis vel tribus, vel duob. tantũ, vel tãdẽvno. Liberũ est cuiq. pro arbitrio componere exempla. Multa quidem & infinita sunt: quæ adferre ad hęc possunt inæqualitatem. Infinitę, & varię ex his possunt oriri societatis differentiæ. Habita ratione proportionis maioris inęqualita C
tis temporis: aut spectato tantum tempore inaequale. Haec vna societas, secundi generis, potest inueniri in omnibus quinque generibus, proportionis mnltiplicis, & quae illis subijciuntur: quae, in quolibet sunt infinita, vt obseruauimus in vnoquoque. Nam proportio maioris inaequalitatis, inter tempo D
ra inaequalia, vt docuimus potest esse aut multiplex, aut superparticularis, aut superpartiens, aut multiplex superparticularis, aut multiplex superpartiens.

Vnde

Vnde haec vna,huius generis,ſocietas, ſpectato ſolo tempore, per omnes omnium generum proportionis maioris inaequalitatis differentias, circa diuerſa tempora inaequalia poſſibiles, poteſt diſtri-
A bui.Sequitur quidem, omnia quinque genera ſupre ma,proportionis maioris inæqualitatis. Fontes aperuimus: id ſatis : hauriat quiſque quae voluerit:effin gat exempla pro arbitrio : vt exercere poſſit ſuum ingenium conficiendis rationibus: ſi admodum otio ſus.Nos iam,in huius generis ſocietatibus, qui de-
B beant fieri partitiones finitis negotijs, vt ſeruentur ęqualitas,& iuſtitia doceamus.

IN HVIVS generis ſocietatibus,vt prę fati ſumus,& poſuimus ſortes ſunt aequales:ſi qui ſucceſſiue collaturus erat ſuam, totam iam appoſuit: & qui tantum operam confert; totam mille aureorum operam,exhibuit.In noſtro exemplo:Petrus contu Partitio
C lit mille nonaginta quinque aureos duodecim ſoli- in hac
dos totos ſimul:Ioannes appoſuit etiam mille nona ſocie-
ginta quinque aureos duodecim ſolidos aeque ſuc- tate.
ceſſiue,duodecim ſolidos,per totos quinque anno- Neque
norum dies ſingulos.Hoc poſito.Repertis,finito ne lucrũ.
gotio,in ſocietate, tantum his duabus ſortibus; re- Neque
D pertis inquam tantum bis mille centum vno & no- Dam-
naginta aureis,& ſolidis quatuor;nullum ſentitur lu num.
crum in negotio,nullum damnum:tantum, & integrae

grae sortes spectantur saluae. Vterque, æque potest exigere, totam, & qui posuit tantum pecuniam: & qui apposuit tantum operam, vel per se, vel per mercatorem conductum. Petrus, potest deducere, tantum mille nonaginta quinque aureos, duodecim solidos: non quia posuit illos, (vt loquitur Caiet.) sed quia tot, ac tantos præposuit: Ioannes, etiam potest deducere, & repetere totos reliquos mille nonaginta quinque aureos, duodecim solidos, quia totidem apposuit. A

Lucrum aur. 1000

REPERTIS, 3191. aur. 4. solid. id est ter mille centum vnum & nonaginta aureis, & quattuor solidis: quia omni damno deducto, quia deductis a Petro mille nonaginta quinque aureis, duodecim solidis; a Ioanne etiam nonaginta quinque, & duodecim solidis: quia vterque, non illos, sed totidem præposuit: quia inquam, his deductis, reliqui spectantur, tantum mille aurei; hi tantum sunt verum lucrum, commune inter Petrum, & Ioannem. B C

QVAMVIS hoc lucrum, inter socios est commune: non tamen æquis portionibus. Ratio est, & necessaria quidem: quia Petrus, quos contulit, totos posuit a primo principio, & totos quinque annos, habuit eos occupatos, in societatis negotio. Ioannes vero, quos apposuit, non contulit eos totos simul, nec totos a principio: sed successiue, duodecim solidos, D

lidos,diebus singulis: ideoque, non totos quinque annos,habuit occupatos,totos suos mille nonaginta quinque aureos duodecim solidos in negotio: sed
A duplo minori tempore:quam Petrus suos.Hinc huius lucri mille aur.ex præscripto regulę Algebrę, & societatis cum inæqualitate temporis, duæ partes ad Petrum pertinent:tantum tertia ad Ioannem.

Obseruandũ

Petrus, 1095.*aureis* 12.*solidis*,*lucratur* 666.*aur.*8.*sol.* $\frac{5902379}{1000648}$

Lucri Partitio

B *Ioannes*, 1095.*aureis* 12.*solid.lucratur* 333.*aur.*11.*sol.* $\frac{5902372}{1000648}$

REPERTIS in negotio,eo finito, tantum 1191. aureis,4.solidis:id est mille centum vno,& nonaginta aureis,& quattuor solidis:quia non potest deduci totum damnum:quia nõ reperiuntur,toti bis mille,centum vnus & nonaginta aurei, & quattuor so-
C lidi:quantos,ambo socij, Petrus, & Ioannes simul contulerunt, damnũ verum reperitur: & quia mille aurei desiderantur in negotio,mille etiam aureorum est verum damnum,inter socios commune.

Sortes æquales. Partes societatis,inequales.

Damnũ aur. 1000.

ETIAMSI, hoc damnũ, inter socios, commune sit;haud tamẽ ęquis portionibus. Damni etenim, atque lucri eadem est ratio. Ex eadem siquidem ratio-
D ne,propter quam, lucri, Petrus retulit duas partes: Ioanni attribuimus tantum tertiam:quia scilicet,tẽpus,quo fors tota Petri seruiuit negotio, fuit duplũ eius

eius temporis: quod eidem inseruiens, sors Ioannis pertransijt: ex eadem, Petrus, damni tenetur sentire duas partes: Ioannes vero tantum tertiam.

Damni Partitio.

Petrus, de 1095. *aur.* 12. *solid. deperdit* 666. *aur.* 8. *sol.* $\frac{5902379}{10006481}$

Ioan. de, 1095. *aur.* 12. *solid. deperdit.* 333 *aur.* 11. *sol.* $\frac{5602372}{10006481}$ A

Sortes æquales Partes damni inæquales.

HÆC sunt omnino necessaria, ex Regula Algebrae, & societatis cum inæqualitate temporis: nihil dubites Sapientissime, etsi nouũ, veritatem, amplectere. Id quidem ratio aequalitatis, aequitatis, & iustitiæ, & summum ius naturale exigunt: vt qui temporis (ita loquamur) multum contulit, plures ferat B partes lucri: qui paullum, pauciores. Nec secus est æquissimum, vt sociorum quisque easdem lucri & damni partes ferat. *l.* 30. Mutius.

Acroamaticum simul & Apodicticũ.

HIS apodictica ex ratione demonstratis, & ad oculum, ac stabilitis, factum est necessarium illud: C summae, 1191. aur. 4. solid. id est, mille centum, vnius, & nonaginta aureorũ, & solidorum quattuor: huius summae, duas partes pertinere ad Ioannem: ad Petrum tertiam. Quis Sylvester, quis Caietanus talia vnquam obseruauit? Est tamen omnino necessarium. Nam Petrus, de 1095. aur. & 12. solidis quos D praepositi: vt constat ex proxime superiore æquissima, & necessaria partitione, deperdit vere 666. aur. 8. solid. & numm. vt supra his de 1095. aur. & 12. solid.

Obseruãdum maxime.

deductis,reliqui facti salui Petro sunt,tantum 429. aur.4.solidi. &c. idest quadringēti & viginti nouem aurei & quattuor solidi.& de hac summa 1191.aur.
A & solidorum. 4.hi tantum quadringenti, & viginti nouē aurei, & quattuor solidi possunt pertinere ad Petrum:& Petrus, de hac summa salua, hos tantum potest deducere,repetere,referre:quod, his deductis a Petro,reliquum est, totum pertinet ad vnum Ioannem.Quippe qui,de 1095. aur. 12. solid. quos
B appposuit,tantum tertiam partem, tantum trecentos triginta tres aureos,vndecim solidos, &c. perdidit. His vero tantum deductis,de illis 1095. aur. 12.solidis:reliqui facti salui sunt vni Ioanni,toti 763. aur. & solidus: & hi toti septingenti sexaginta tres aurei,& solidus,pertinent ad vnum Ioannem: & vnus
C Ioannes, ex rigido iure gentium, potest totos hos septingentos sexaginta tres aureos & solidum exigere, deducere, & repetere: vere sibi saluos: de 1095.aur.& 12. solidis:quos aut posuit in sua ipsius opera:aut conducto operario persoluit.

Sortes æ quales

D Partitio partis, & totius summæ saluæ 1191.aur. 4.solid.

Petrus potest repetere tantum	*429.aur.4.sol.num.*
Ioannes potest exigere & repetere totos	*762.aur.sol.num.*

Partes sum. saluæ inæquales.

Sylu. & Caie. sententia

Reprehenditur.

Caietanus dixisset, in hoc casu, Petrum ante omnia posse deducere totos suos 1095. aur. 12. solidos: quia, vnus Petrus, illos posuit: quia, hi 1095. aurei, 12. solidi, sunt capitale Petri: & A totum hoc capitale, saluum esse domino eius: Petro scilicet: qui ILLVD posuit: & hos tantum, in hoc negotio, fuisse damno: & quoniam, his repetitis a Petro, est iam omne damnum deductum; tantum reliquos 95. aureos, decem & sex solidos esse lucrum commune; & æquis portionibus diuidendum contendisset Caietanus. Qui- B bus a Caietano positis, Petrus, in hoc casu, ante omnia, deduceret totum suum capitale: totos suos mille nonaginta quinque aureos, duodecim solidos: deinde, diuideret lucrum nonaginta quinque aureorum, & decem & sex solidorum: & accepto medio lucro; lucraretur quadraginta septem au- C reos, decem & octo solidos: & referret de negotio 1143. aureos decem & octo solidos: Ioannes, accepto medio lucro, acceptis, 47. aureis, decem & octo solidis; de hoc negotio, tantum hos quadraginta septem aureos decem, & octo solidos reportaret: & recuperaret sui capitalis. D

IN casu veri, & dãni magni deperditis vere mille aureis; vt est manifestũ, ex superioribus, Petrus, non solum, non deperdit quicquam (quoniam ante omnia,

nia, deducit totum ſuum capitale, mille nonaginta quinque aureorum,& duodecim ſolidorum: verum etiam lucratur quadraginta ſeptem aureos, decem & octo ſolidos. Solus Ioannes, ſentit totum hoc ma
A gnum damnum, mille aureorum: & ſolus Ioannes deperdit, totos hos mille aureos: qui in negotio de ſiderantur: nec ſolum id mali, imponitur Ioanni: ſed, etiamſi, damnum, tantum mille aureorum eſt; Ioannes, qui poſuit vere in pecunia 1095. aur. 12. ſo
B lidos, & accepto tantum medio lucro, recuperat ſolum 47. aur. 18. ſolidos, non modo ſentit totum ve rum damnum, mille aureorum: quod eſt grauiſſimum: ſed vltra, aliud damnum: non ſolum, deperdit ipſe vnus, totos mille aureos: qui vere perierunt: ſed præterea, adhuc deperdit, alios quadraginta ſeptem aureos decem, & octo ſolidos: quod, grauiſſimo mul
C to grauius. Hinc, in eodem numero caſu, maximi & grauiſſimi damni, in quo, Ioannes, de ſuo (vt loquun tur) capitale, 1095. aur. &c. deperdit 1047. aureos: & ſolidos: Petrus, non modo, non deperdit quicquam: non ſolum, recuperat totum ſuum capitale: totos ſuos 1095. aureos, 12. ſolidos: verum etiam, lucratur 47. aur. 18. ſolidos.

D PETRVS, vt conſtat ex ſuperiori æquiſſima partitione, in hoc caſu, damni mille aureorum de ſuis 1095. aureis, 12. ſolidis, vere, deperdit totos 666. au-

reos,& solidos 8.& seruata iustitia potest recuperare,& referre de negotio,tantum 429.aureos, 4.solidos: At ex Doctrina Caietani, reportat 1143. aureos,decem & octo solidos. Ex præscripto igitur Syluestri,&Caietani,Petrus,in casu veri damni,non A modo recuperat totos 429.aureos,& 4. solidos sibi vere saluos:quod æquissimum est:verum etiam, repetit saluos & securos 666.aureos,8.solidos: de suis 1095.aur.12.solidis,iam semel,& vere,iure gentium sibi vni deperditos:quod inquissimum: quod sordidissimum:quod palam complet actu, & opere mu- B
Episcopis Auscultandū
tuum vsurarium: nec solum id iniquitatis: verum, etiam, vltra id totum, in casu grauissimi damni, in eodem numero casu,in quo verissime, & iure naturali exactissimo,ipsemet deperdit 666.aureos, 8.solidos,adhuc lucratur 47.aureos,18.solidos. Quibus acceptis relinquit Ioanni tantum 47. aur.18.so- C lidos.

IOANNES, ex eadem superiori partitione, in hoc casu damni, mille aureorum, de suis 1095.aur. 12.solidis,vere, deperdit tantum, 333.aur. 11. solidis:saluos sibi uni vere,reperit,& potest exigere,& repetere,& referre de negotio,totos 762.aur.1.so- D lid.&c.Sed declarantibus,& pronuntiantib. Syluestro,&Caietano,Ioannes,ex societate hac,in hoc casu,tantum 47.aureos,18.solidos potest referre. De-

finien-

finientibus igitur, sua sententia, Syluestro, & Caietano, Ioannes, qui de suis 1095. aureis, 12. solidis, tãtum recuperat 47. aur. 18. solidos; deperdit, non so-
A lum, totos 333. aureos, 11. solidos vere sibi deperditos: quod ratio ipsius iustitiæ exigit: verum etiam de 762. aureis, & 11. solidis sibi vere saluis, deperdit, totos 666. aureos, &c. Vnde, ex doctrina Sapientissimorum virorum Syluest. & Caietani, Petrus vnus repetit fere totum saluum: repetit, non solum, totos 429. aureos, & 4. solidos, sibi vere saluos: sed etiam extor-
B quet 762. aureos, vni Ioanni saluos, fere totos: extorquet etenim de illis, 666. aureos, &c. & ita lucratur 47. aur. 18. solidos.

SOLVS Ioannes deperdit, totum deperditum in negotio: totos mille aureos: qui tantum perierunt: nec id solum, deperdit siquidem, vnus Ioannes, non modo, totos 333. sibi deperditos: sed etiam,
C totos 666. deperditos vni Petro: nec hos tantum, sed præterea, totos 47. aureos, 18. solidos: quos, in casu damni 1000. aureorum, Petrus technis, & cauillis, & his stratagematis, & præstigijs lucratur. Quis igitur defendendam contendet: quis iam non sentiet, improbandam, nec nõ exterminandam, a Dei ecclesia,
D iniquissimam adeo, & cruentissimam societatem? vel si, eius latebras haud sentientes, probauerint eam, & introduxerint Sylueſter, & Caietanus?

Episcopis Archiepiscopis Exsecrãdum.

EST

Obseruandū maxime.

EST præterea, in illa superiori nostra partitione æquissima, ex hac secundi generis societate, mirandum illud, & maxime obseruandum; permultas posse reperiri societates: in quibus sociorum sortes erunt æquales: lucri tamen, & damni partes pertinentes ad vnum, erunt maxime inæquales, relatæ ad A alterius socij partes. Quod impossibile esse, asseuerat Couarruuias, vbi supra 2. concluſ. tertia obseruatione: & responsione Philippi Cornei: & vt idem obseruat, idem tenuit Vlpianus, æquissimi iuris consultissimus, *l. Si non fuerint*, & vere, id quidē B

Lex. 29. & Couarruuiæ Sentētia repellitur.

Vlpian. inquit enim Couarruuias: Censeo, vtramque pactionem iniquam fore: scilicet cum eam: qua, cautum est inter socios: vt, qui ex eis minorem portionem, in societatem contulit, æqualem habeat lucri partem, cum his, qui maiorem impenderunt: tum illam, ex qua, conuenit inter socios, paria conferen- C tes, de inæquali portionum diuisione: cum vtrobique contra legem societatis, non æqua sit lucri diuisio: nec congruens partibus, in societatem deductis. Vtrumque tamen, nos æquissimum reperiri, immo necessarium, ad seruandam æquitatem: & supra ostendimus, & infra, in societate quinti generis, al- D

Lessij Sētentia improbatur.

teram partem demonstrabimus.

LESSIVS, *vbi supra numero* 10. idem tenet, etiam quod Couarruuias. Inquit enim. Si opera ipsius, valebat

lebat quanti sors alterius, debetur ei, dimidium totius summæ. Si erat æqualis tertiæ, quartæ, quintæ, vel sextæ parti pecuniæ; debetur ei tertia, quarta, quinA ta, sexta pars totius summæ: quæ reperitur finitis negotijs totum hoc quam longe a veritate? Quod, Lessius, docuerat, præceperatq. Lex Sexta, improbatur. Iurisconsultissimus Pomponius. *C. ff. pro Socio. l. Si Societatem*, ait enim: Et conueniēs est, viri boni arbitrio, vt non vtique, ex æquis portionibus socij simus: veB luti si alter plus operæ, & industriæ, alter plus pecuniæ in societatem collaturus sit: quasi, si non plus alter operæ, & industriæ, alter plus pecuniæ conferat in societatem, ex æquis portionibus socij esse debeant. Quod etiam infra in quinto genere demonstrabimus non verum.

QVOD nos ostendimus, præstitimusque in C hoc exemplo: in quo, tempus sortis pecuniæ, de qua negotiatur, est duplū illius temporis, quod pecunia soluta pro opera, deseruit negotio: poteris tu, verū reperire, & efficere; si proportio inter tempus, & tēpus sit aut superparticularis, aut superpartiens, &c. Quodsi multiplex, aut tripla, aut quadrupla, aut quintupla, &c. In omni aut iudicio, aut partitione, D spectandę primum sortes: quę, æquales semper sunt in omnib. huius generis societatibus: ideoque, quandocunque aut sine lucro, aut cū lucro integrę reperiun-

riuntur,& saluæ, æquales vt repetantur, quæque a conferente se, est necessum omnino: vt iustitia, vt æqualitas seruetur. QVOD si aut lucrum, aut damnum, in negotio sentiatur; spectanda intentissimis mentis oculis inter tempus,& tempus habitudo, & proportio,cuius generis sit: & cognita proportione,ex directione eius facienda damni, ac lucri diuisio:Secus,vix ac nec vix possibile,inuenire,partitionem æquam. Si temporis pecuniæ, ad tempus operæ,(breuitatis studio in posterum ita loquemur: accipito)habitudo fuerit proportio maioris inæqualitatis,& multiplicis, & dupla, vt in exemplo supra: ita,vt tempus pecuniæ,sit duplum temporis operæ; & lucri,& dãni duę partes pertinebunt ad collatorẽ pecuniæ:ad collatorẽ operæ,tertia: & in casu damni,summæ repertæ saluæ, ad eum, qui posuit tantũ operam,vel pro illa pecuniam, pertinent duæ partes:ad eum,qui, præposuit pecuniam,tertia. Necessarium id esse,& explicauimus,& apodicticę demonstrauimus supra. Verum,si temporis pecuniæ,ad tempus operæ,proportio fuerit tripla;& lucri & damni tres partes ad collatorem pecuniæ pertinebunt: ad eum,qui posuit operam,tantum quarta:Summæ saluæ contra;ad collatorem operæ,tres partes: ad eum qui præposuit totam simul suam sortem, tantum quarta. Idem habeto,de reliquis, iudicium: seruata tamen

A

B

C

D

Acroamaticum vere

tamen proportione. Quod si, operæ tempus, plus fuerit; aliter iam iudicandum. Qualiter vero, ex regula Algebræ, & societatis cum tempore, relinquimus
A tibi quærendum. Viam nos & commonstrasse, & fecisse, & aperuisse, sit satis. Nec de huiusce societatis, secundi generis, a nobis nunc, plura requiras: auemus iam subdere tertium genus.

Tertium Genus.

B *Societas inæqualis, maioris inæqualitatis, in qua sortes sunt æquales, tempora inæqualia.*

C TERTIO vt loco, superioribus societatibus, subdamus eam; in qua, sortes quæ conferuntur, sunt inæquales: tempora tantum æqualia; & hãc, reliquis, præponamus; ratio id methodi exigere videtur. Maiorem etenim inæqualitatem admittunt societates vtrinque inæquales. Hinc, vt quæ æqualitatis (quę perfectio quædam est) quippiam retinent, omnes antecedant; rationi rectæ, & methodis,
D est maxime consentaneum.

SOCIETAS inæqualis maioris inæqualitatis, in qua, sortes sunt inęquales: tempora æqualia, erit huiusce modi. Societas, in qua, Petrus confert mille

aureos, Ioannes tantum quingentos: vterque suos, & totos simul a primo principio: & eos habet totos æque in negotio occupatos, totos quinque annos.

IN HAC societate, nihil iam potes sentire difficultatis, explorata iam omnia ex superioribus sunt. Omnia in ea sunt inæqualia: & vel sortes, vel capitalia, & lucra, & damna, & summarum quæ reperiuntur, (quantaecunque illæ fuerint, aut cum lucro, aut sine lucro, aut accepto damno) partes: omnia inquam inæqualia: & necessario. Reducenda vero omnia etiam, ad æqualitatem Geometricæ proportionis, sortibus, & inter ipsas habitudine, spectatis intentissime, adtribuendũ sociorum cuique siue damni, siue lucri, siue repertae summae, quantum proportione seruata, respondet eius sorti. Immo in hac, nulla habenda ratio vel lucri, vel damni: sed spectata proportione, qua se respiciunt sortes ex illius, & regulae Algebrae praescripto, diuidendę inter socios summæ quantæcunque. Quomodo; accipe in proposito exemplo. Quoniam Petrus posuit mille; & Ioannes tantum quingentos; sortis mille aureorum, ad sortem quingentorum, habitudo est proportio dupla: quia mille aureorum sors, quingentos bis continet, & nihil supereſt; & in, ex his, vna summa, vel capitale, vel sorte, Petrus, posuit duas partes, bis quingentos scilicet; Ioannes tertiam:

tam: tantum videlicet semel quingentos; Hinc necessario, cuiuslibet, finito negotio, repertæ summæ, duæ partes pertinebunt ad Petrum: ad Ioannem tertia. Repertis mille, & quingentis mille ad Petrum:
A ad Ioannem, tantum quingenti: Repertis ter mille, ad Petrum duæ partes, bis mille videlicet: tertia ad Ioannem: semel inquam mille. Repertis tantum septingētis & quinquaginta; duæ partes, bis scilicet ducenti & quinquaginta, vel semel quingenti ad
B Petrum: ad Ioannem tertia, semel inquam ducenti, & quinquaginta. Idem efficies, si partiaris lucrum, & damnum attributis Petro duabus partibus, & tertia Ioanni. Quod exigit, ratio ipsa, duplæ proportionis, inter sortes. Vnde, omnes proportiones scilicet inter sortes, inter partes lucri, & damni, & partes summæ repertæ, pertinentes ad vtrumque so
C cium, vnam & eamdem seruabunt Geometricam proportionalitatem.

HÆC Societas, etiam potest admittere, sortes omnis generis proportionis, maioris inaequalitatis: quæ in vnoquoque genere, vt in quolibet monuimus, sunt infinita. Quamobrem, vel in constituendis societatis partibus, id est lucri & dam-
D ni partibus determinandis, in societatis institutione; vel in peragendis partitionibus spectanda primū omnium, habitudo inter sortes: ad quod genus

proportionis maioris inæqualitatis reducenda sit: vel sub quo genere proportionis, contineatur. Proportionis genus cum teneris; assignatio, & constitutio partium societatis, poterit esse sine errore, & necessaria. Nam, quod de dupla, nos exemplis demonstrauimus, & docuimus: idem, haud dubie inuenies facillime, in omnibus generibus, & eorum quolibet. Vnde, si habitudo inter sortes fuerit proportio multiplex decupla; eandem debent partes, cuiusuis summæ, vni sociorum attributæ seruare, ad partes decretas alteri: exempli gratia. Si sors Petri fuerit mille aureorum, & sors Ioannis, centum: quæ est proportio decupla; lucri, & damni, & cuiusuis summæ repertæ, finitis negotijs, ad Petrum decem partes pertinebunt: vndecima ad Ioannem. Si forte, fors Petri foret decem millia aureorum, & fors Ioannis tantum centum; habitudo inter sortes erit centupla: & omnium, vel lucri, vel damni, vel summæ cuiusuis, vni Petro decernendę, centum partes: & vna, centesima tantum attribuenda Ioanni. Si fors Petri, fuerit mille & centum aureorum, fors vero Ioannis tantum mille, quia habitudo inter has sortes est Proportio superparticularis sesquidecima; quia hæc fors mille & centum, semel continet sortem mille aureorum, & insuper vnam decimam, id est centum præterea; Ideo in partitionibus siue

A B C D

lucri,

lucri, siue damni, siue quantæcunque summæ, pars attributa Petro, vt aequalitas seruetur, debet semel continere, totam partem Ioanni attributam, & vltra diuisa illa parte Ioannis in decem æquales partes, quantum est vna earum: debet complecti. Secus inæqualitas, & iniustitia aderit in partitione.

EX HIS, vt infra latius demonstrabimus suo loco, manifeste deprehenditur, quam longe aberrauerit a via, Azon, *Gloss. ad l. Si non fuerint*, ad illa verba: Si vero placuerit, vt quis duas partes, vel tres habeat, alius vnam. Ait enim, vel verius hoc valet vsque ad tres partes, non vltra: Nam sic figit hęc lex suos pedes. Ostendimus siquidem, & vltra tres partes, & vltra decem, & vltra centum, posse valere: & partes aut lucri, aut damni pertinentes ad vnum socium, posse superare partes attributas alteri, eodem excessu, quo eius sors, sortem alterius superat. Potest autem vnius ad alteram habitudo, proportio esse non solum cẽtupla: sed etiam millecupla: Nec tantum: sed in numeris, etiam licet abire in infinitum: & societatis partes, possunt ab inuicem, etiam infinite distare. Nam numeri infinitatem sequuntur. Et his, hoc genus iam sit absolutum. Quartum iam adijciamus.

Azon, Gloss. reijcitur.

Quar

Quartum Genus.

Societas maioris inæqualitatis vtrinque inæqualis: in qua omnia & sortes, & tempora sunt inæqualia: & in qua sors maior est, quæ præponitur simul tota. A

Ratio Methodi.

HACTENVS, tradita sunt genera, quæ retinent æqualitatem aut vtrinque, aut saltem ex altera parte: nunc, de illis agendum: quę nullam seruant æqualitatem: sed inaequalia sunt vtrinque, vel ex vtraque parte: quorum, duo aut genera, aut capita constituimus: quorum primum sit Societas maioris inæqualitatis vtrinque inaequalis: in qua & sortes, & tempora, omnia inquam sunt inaequalia: sed sors maioris quantitatis est: quae, tota simul ponitur a principio: ex quo est prior haec societas. Quae, qualis sit, docebimus exemplo illius: in qua, Petrus præponit totos simul, mille & nonaginta quinque aureos, duodecim solidos: Ioannes vero, qui ponit tantum operam, quingentis quadraginta septem aureis, decem & sex solidis aestimatam, eamq. exhibet aut per se, aut per conductum negotiatorem: cui, pro diurna mercede; B C D

cede, quinque annorum, diebus singulis, sex solidos persoluit; hanc apponit sortem succeſſiue.

A SORS Petri, quae eſt mille & nonaginta quinque aureorum, & solidorum duodecim, bis continet, Ioannis sortem: quae eſt, tantum quingentorum quadraginta septem aureorum, & solidorum decem & sex: quia haec, illam bis dimetitur. Vnde, habitudo inter has duas sortes, eſt proportio maioris inaequalitatis, multiplex: quæ conſtituit
B primum genus, & eſt proportio dupla. Hinc iam neceſſario & lucri, & damni, Petro, duae partes decernendae: Ioanni tertia: ſi aequalitas, ſi iuſtitia ſeruanda. Eſt quidem id neceſſarium, ex regulis Algebræ, & Societatis. Verum nec tantum hęc, quæ eſt inter sortes proportio, ſpectanda, in hac ſocietate: ſed temporis, neceſſario habenda ratio. Nam Petrus, totos ſuos mille nonaginta quinque aureos, tradidit negotiationi a primo principio, & totos habuit, integros quinque annos, in negotio occupatos: Ioannes vero, & ſubduplam tantum ſortem poſuit; & eam ſucceſſiue, ſingulis diebus ſolidos tantũ ſex: & ſuos quingentos, quadraginta ſeptem aureos,
D decẽ & ſex ſolidos, nõ habuit eos occupatos totos, in negotio, totos integros quinq. annos. Ideoq. nedũ tertia pars lucri, quę illũ contigiſſet, ſi inæquali

tem-

tempore ac Petrus, occupatam habuisset suam sortem; potest pertinere: sed tantum, altera pars tertiæ: tantũ dimidiũ tertiæ. Quia tẽpus, quod sors Ioannis subdupla, sortis Petri, percurrit, deseruiens negotio; etiam est subduplum, eius temporis: quod, sors Petri in eodem negotio perseuerauit occupata. Vn A de lucri, & damni, quattuor partes ad Petrum pertineant est necessum: ad Ioannem tantum quinta: Quia, quod Petrus posuit in societate totum, & sors vel pecunia, & tempus est duplum eius: quod posuit Ioannes. Et, quia sors est dupla, ex hoc solum; iam duæ partes pertinent ad Petrum: ad Ioannem B tantum tertia: accessione etiam dupli temporis, aliæ duae etiam adijciendae necessario, eædemque Petro attribuendae, & detrahendæ Ioanni: vt Petro quattuor, Ioanni quinta tantum decernenda videatur. Sed, vt illustriora reddantur, quę adferimus omnibus cum noua, tum obscura: ad partitionem, C exemplo eodem proposito, accedamus.

Casus neque lucri, neque damni.

Partitio REPERTIS in negotio aureis 1643. solidis 8. D Nullum in negotio lucrum, nullum adest damnum: sed tantum sors totalis spectatur salua. Quoniam

niam Petrus prępoſuit 1095. aureos, 12. ſolidos: Ioannes ſubduplum: quingentos ſcilicet quadraginta ſeptem aureos, ſolidos decem & ſex, vel 547.
A aur. 16. ſolidos, toti ſimul effecerunt cõpleueruntq. illos eoſdem 1643. aur. & 8. ſolidos. In his, nihil deſideratur illorum, nihil requirendum ſentitur. Nullum igitur adeſt damnum. Quoniam ſociorum quiſque reperit ſaluum, totum quod præpoſuit. Itaque Petrus poteſt deducere, totos 1095. aureos, 12. ſolidos; non quos, ſed quantos præpoſuit. Nec ſecus
B Ioannes, (quamuis tantum operam aut poſuit, aut perſoluit, & in ea vel pro ea, adiecit pretium eius) poteſt recuperare totos 547. aureos, 16. ſolidos: quos, etiamſi ſucceſſiue, veriſſime eos adpoſuit Petri ſorti: & quoniam, his repetitis, nihil licet ſpectare reliquum; vere nullum eſt lucrum: nec illud in poſte
C rum licebit effingere vel Sylueſtris, vel Caietanis: qui, ad hanc vſque diem, & Sapientiſſimis fere omnibus, habent perſuaſum, totos 547. aur. 16. ſolidos, adpoſitos a Ioanne, eſſe lucrum, in hoc eodem numero caſu: & huius, vnum totum medium, adſcribunt Petro: Ioanni concedunt reliquum medium
D tantum. Quo vno, Petrus, iam lucratur 273. aureos, 13. ſolidos, & tantum 1095. aureis, & 12. ſolidis collatis: qui extra ſocietatem, vel præpoſitis totis his 1643. aur. ſolidis, nedum nummum potuiſſet lucrari:

Ioannes contra,de eodem ipso suo capitali,(loquaquamur cum vulgo)deperdit 273.aureos, 10. solidos,9.nummos:deperdit totum medium, deperdit (in eodem numero casu,in quo Petrus lucratur)totos eosdem illos 273.aureos,10.solidos,9.nummos: quos lucratur Petrus:potius furatur. Et hoc est medium lucrum,quod auctoribus Sylvestro,& Caietano,qui confert pecuniam,dat ponenti tantum operam:rapere scilicet illi, plerumque capitalis , totum medium: & lucri & capitalis , fere semper tantum; quantum est totum medium capitalis.Condemnanda igitur Doctrina Sylvestri , & Caiet. in hac parte. A B

Lucri Casus Partitio

REPERTIS in negotio,aureis 2644. solidis 10. Petrus, potest ex supra demonstratis deducere totos 1095.aureos,quantos posuit,& 12.solidos: Ioannes æque totos 547.aur.18.solidos:quantos adiecit: & quoniam,his repetitis a conferentibus,verissimũ est,omne damnum,fuisse deductum;ideo,reliqui mille & tantum,& toti sunt lucrum verissimum. Huius lucri,ad Petrum,pertinent vt diximus quattuor partes,& quinta ad Ioannem.Id est,iam facile ex superioribus duobus generibus:ex secundo etenim constat,collatis æqualibus sortibus , Lucri mille aureorum,duas partes ad Petrum pertinuisse,& ad Ioannem tertiam : idque , ex vnius temporis inæqualitate : effecimus necessarium , pertinere ad Petrum C D

666.aureos,8.solid.&c.ad Ioannem tantum 333. aureos,11.solidos & nummos, &c. Ex tertio deinde, quoque demonstrauimus, appositis a Petro 1095. aureis, 12.solidis,a Ioanne tantum 547.aur.& 6.so-
A lidis;tempore æquali; lucri mille aureorum, ad Petrum, duas partes,666.aureos, 13.solid.4.nummos, ad Ioannem tertiam videlicet 333.aureos, 6. solid. 8.nummos posse pertinere ex vna id inæqualitate sortium in dupla proportione.Ex his ipsis,perse ve-
B nit necessarium illud;in hoc quarto genere,& in proposito casu lucri mille aureorum adtingere Petrum, quattuor partes, id est octingẽtos aureos:ad Ioannẽ quintam:pertinere tantum ducentos.Quod efficiũt, conuenientes in eandem societatem, duę inęqualitates duplæ proportionis,cum inter ipsas sortes, tum inter tempus,& tempus.

C *Petrus,præpositis* 1095.*aur.*12.*solidis lucr. aur.* 8000.
Ioannes appositis 547.*aur.*6.*solidis succeßiue lucr. aur.*200.

QVÆ ratio est lucri,eadem est damni:id est lucri & damni eædem sunt partes.Lege etenim 30. Mutius,Non potest ita societas coïri, vt aliam lucri, aliam damni socius ferat. Hinc. Casus dãni & Partitio

REPERTIS in negotio tantum aureis 642.
D & 16.solidis ; quia mille perierunt, huius damni ad Petrum quattuor partes pertinent : ad Ioannem,quinta.

Petrus, de suis 1095. *aur.* 12. *solid. deperdit totos aur.* 800.
Ioãnes, de suis 547. *aur.* 6. *solid. deperdit tantũ aur.* 200.

TANDEM, ex his, facilis quoque erit partitio summę reliquæ. Nam Petrus, deductis de suis 1095. aureis, 12. solidis, totis octingentis; qui ei vere perierunt, tantum 265. aureos, 12. solidos, inuenire potest saluos: & hos tantum, potest iustitia seruata, de negotio reportare: Ioannes de suis 547. aur. 6. solidis, deductis tantum ducentis; qui tantum ei perierunt, salua veritate, reliquos 347. aureos, 6. solidos, vt reperiat saluos, iam factum est omnino necessarium. Hinc. A B

Partitio summæ 642. aur. 18. solidorum, repertæ saluæ.

C

Petrus potest repetere sibi saluos: tantum 295. *aur.* 12. *sol.*
Ioannes potest exigere totos reliquos 347. *aur.* 6. *sol.*

Sylvester autem, & Caietanus docent, deperditis mille, reliquos 647. aur. 18. solidos, totos pertinere ad vnum Petrum. Ioannem, horum, nullam posse referre partem: quam recte; iudicent iam, qui, horum, iam absolutam scientiam possunt habere: ex his quæ demonstrauimus supra. D

Huius

HVIVS quarti generis ſocietas, quoque poteſt exerceri, circa ſortes, & tempora, inter quæ habitudo, poſſit eſſe proportio omnis generis. Hoc
A eſt inter ſortes, quarum, aliæ ad alias habeant proportionem maioris inæqualitatis aut multiplicem, aut ſuperparticularem, aut ſuperpartientem, aut multiplicem ſuperparticularem, aut multiplicem ſuperpartientem: & eadem admittit proportionum genera, hæc ſocietas ſpectatis inæqualibus temporibus. In quibus, & illud obſeruandum, poſſe contin-
B gere; vt proportio inter ſortes ſit vnius generis, proportio vero inter tempus vnius ſortis, & tempus alterius, ſit diuerſi generis: poteſt fieri inquam, vt, proportio inter ſortes ſit dupla: proportio inter tempora, ſit aut quintupla, aut ſuperparticularis, aut ſuperpartiens, &c. Quorum obſeruatio, eſt perquam neceſſaria, vel ad conſtituendas in inſtitu- Obſeruatione maxima.
C tione partes ſocietatis; vel inueniendas lucri, damni, & reliquæ ſummæ partitiones æquiſſimas.

EST PRÆTEREA obſeruatione illud digniſ- Dignissimum.
ſimum, & plenum admiratione; in huius quarti generis ſocietatibus, plurimum euenire, & neceſſario Qui plus contulit repetit minus
vt, in caſibus damni, qui plus contulit, in ſocietate,
D reliquæ ſummæ ſaluæ, minus recipiat: plus vero qui appoſuit minus: Quod manifeſtum apparet, in ſuperiori partitione damni: ex qua Petrus, qui præpoſuit

duplum

duplum, contulit scilicet 1095. aureos, 12. solidos: recuperat tantum 295. aur. 12. solidos. Ioannes autem, qui adposuit tantum subduplum, tantum videlicet 547. aureos, 6. solidos; repetit saluos 347. aureos, 6. solidos. Quod etiam sequitur, in societatibus secundi generis, & quinti generis, seruata semper proportione. Atque hæc, de societatibus quarti generis: quintum iam adhibeamus.

Mirãdũ maxime Necessariũ tamẽ.

A

Quintum Genus.

B

Societas maioris inæqualitatis vtrinquè inæqualis: in qua sors minor est, quæ præponitur simul totæ: maior vero, quæ succesiue apponitur & per partes.

RELIQVVM iam est, & in posteriorem locum, consulto nobis relatum quintum genus societatis: quæ inæqualitatis, quam superiores, plus multo habet. In ea enim, sors minoris quantitatis, est quæ pręponitur simul tota: succesiue vero, illa adponitur: quæ est maioris quantitatis. Cuiusmodi illa: in qua, Petrus præposuit simul totos semel Sexcentos triginta nouem aureos, duos solidos: Ioannes vero bis eosdem: id est mille ducentos septuaginta octo aureos, & quattuor solidos: hos vero suc-

C

D

ro succeſſiue: quattuordecim videlicet ſolidos, per dies ſingulos, annorum quinque.

A *Petri ſors, tota ſimul.* 639. 2.
Ioan. ſors, dieb. ſing. 5. annorũ 14. ſolidis, tandẽ 1278. 4.
LVCRVM aut DAMNVM 600.

IN hac ſocietate ſpectanda nobis duo. Inæqualitas ſortium primum: deinde temporis etiam inæ-
B qualitas. Habitudo ſortis mille ducentorum ſeptuaginta octo aureorum, & quattuor ſolidorum, ad ſortem ſexcentorum triginta nouem aureorum & duorum ſolidorum, eſt proportio multiplex, & dupla. Hac tantum proportione ſpectata lucri, aut damni Sexcentorum aureorum, ad Ioannẽ duæ partes, quadringenti ſcilicet aurei pertinent: ad Petrũ
C tantum tertia: aurei vtique ducenti. Verum: quoniã temporis ratio quoque habenda: quia Petrus, ſuos ſexcentos triginta nouem aureos, duos ſolidos, habuit eos totos, occupatos in negotio, totos integros quinque annos, Ioannes vero ſuos mille ducentos ſeptuaginta octo, & quattuor ſolid. nõ poſuit eos totos ſimul: nec habuit totos eos, poſitos & occupa-
D tos in negotio totos integros quinque annos: ſed vt verſatus in regula ſocietatis reperies, duplum minus tẽpus, quã Petrus ſuos 639. aureos 2. ſolidos.

Hinc

Hinc,illud neceſſarium lucri,& damni, fere æquas partes deberi ſociorum cuique. Quoniam etiamſi, ſors Ioannis,ad ſortem Petri relata ſit dupla:& damnum & lucrum expoſtulet duplum: tempus autem ſortis Petri,ad tempus ſortis Ioannis relatum,quoque eſt duplum:& ſi ſortes fuiſſent æquales,duplum A
expoſceret etiam lucrum & damnum. Verum, quia proportio maioris inæqualitatis dupla ſortis Ioannis,ad ſortē Petri,ex vna parte, & proportio maioris inæqualitatis dupla temporis ſortis Petri, ad tempus ſortis Ioannis, ex altera parte conuenientes in ſocietatem vnam, contemperantur mu- B
tuo,& ex duabus diuerſis,eiuſdem generis,eiuſdem ſpeciei,eiuſdemque gradus, maximis inæqualitatibus,vna maxima, & ſumma conſurgit ÆQVALITAS. O virtus, O potentia vnius proportionis vere admirabilis.

HINC lucri, vel damni propoſiti Sexcento- C
rum aureorum,æquales partes ad vtrumque ſocium pertinent:quoniam etiamſi fractiones ſolidi,& nummorum,& teruntiorum intercedant,quia tamen parum pro nihilo reputatur:æquales eſſe dicemus.

Partitio Lucri,& Damni

Petrum,cuius ſors 639.2.adtinent	299.19.	4467183 / 9345087	D
Ioannem cuius ſors 1278.4.adtinent	300.	5481704 / 6345087	

Sortes inæquales.

EX HAC vna partitione lucri & damni, perfecta

fecta iam manet etiam reliquæ totius summæ salu- Partes so
uæ partitio & æqua, & iusta. Primum omnium ad cietatis
iustam summæ saluæ partitionem, deducendum an- æquales
A te omnia, totum, quod, de cuiusq. sorte est deperditum: deinde totum reliquum est vere saluũ, & cuique totum illud, quod, toto vero damno ad eũ pertinente, de eius sorte, deducto, reliquum fuerit: & illud tantum.

REPERTIS in negotio aureis tantum 1917. 6. Nullum in negotio sentitur lucrum: nullum damnũ:
B sed tantum totale capitale integrum; & sortes partiales tantum, cum toti 1278. 4. quantos Ioannes contulit, tum toti 639. 2. quantos præposuit Petrus: & quisque, repetitis a se vno positis, potest sibi compensare totum damnum illatum, & acceptum: & his deductis, & hac facta compensatione, est ve-
C rum totum damnum fuisse deductum, & cumulate factã esse omnis damni compensationẽ, & supersse nil: quod possit intelligi lucro esse. Quo in euentu.

Petrus cuius sors 639. 2. *Recuperat tantum* 639. 2.
Ioan. cuius sors 1278. 4. *Recuperat totos* 1278. 4.

Ex Syluestri, & Caietani sententia, toti mille du-
D centi septuaginta octo aurei, quattuor solidi, quos apposuit vnus Ioannes sunt lucrum: & huius, totum vnum medium retinet sibi Petrus, reliquum solum alterum medium retinet Ioannes. Petrus, qui præ-

posuit tantum 639.aureos,2.solidos,refert de negotio,1278.aureos,4.solidos.Ioannes,qui adposuit vere 1278 aureos,4.solidos, quos in pecunia numerata persoluit operario conducto, recuperat tantum 639. aur.2.solid.Ioannes de eodē suo capitali 1278. aureorum,4.solidorū, & totum vnum mediū, totos 639.aur.deperdit:in casu in quo vere nullū est damnum: Petrus contra,in eodem numero casu,in quo, Ioannes deperdit 639.aur.2. solidos.: ipse lucratur 639.aureos,2.solidos:in quo verissime nullum est lucrum.In casu,in quo nullum est damnum, Ioanni imponitur damnum 639.aureorū,2.solidorum : in eodem,in quo nullum vere est lucrum,Petrus lucratur 639.aur.2.solid.Petrus verissime FVRATVR Ioanni SEXCENTOS TRIGINTA NOVEM aureos, duos solidos. Quis igitur asseueret, defendat adhuc societatem Sylvestri, & Caietani ab ecclesia non esse explodendam?

A

B

C

REPERTIS in negotio 2517.aureis, 6.solidis.Petrus potest deducere tantum 639. aureos, 2. solidos:quantos posuit in principio. Ioannes, quoque potest exigere, deducere, & repetere totos 1278.aureos, 4. solidos,pretium operæ quam tantum aut per se,aut per alium præstitit. Deinde,quoniam his totis deductis, iam omne damnum est deductum, & reliqui inueniuntur tantum, 600. aurei,hi

D

rei,hi tantum sunt lucrum commune,fere æquis portionibus inter socios diuidendum : vt in superiori lucri,& damni partitione videre licet. Ideo reportabunt de negotio,Petrus, tantum 939. aureos.Ioan-
A nes, totos reliquos 1278.aureos,4.solidos.

IVXTA doctrinam Sylueſtri,& Caietani,tantum Sexcenti triginta nouem aurei,duo solidi,quantos posuit Petrus,hi solum sunt Capitale in hoc ne-
B gotio:& tantum his deductis,dicunt omnedamnum esse deductum: & reliqui 1878 aurei,6. solidi hi toti sunt lucrum totale , & commune societatis,æquis portionibus inter Petrum, & Ioannem diuidendum : Petrus ante lucri diuisionem deducit totum, (vt Caietanus loquitur) suum Capitale , totos 639.aureos,2.solidos:quia tantos posuit.Ioanni,qui
C operam tantum posuit,nullum ante lucri diuisionem conceditur capitale : sed toti 1278. aurei , 4. solidi: quos Ioannes persoluit operario conducto pro opera,efficiuntur,aut dicuntur lucrum , cum Sexcentis: qui tantum , sunt verum lucrum . Atque ita hi toti 1878.aurei,6 solidi sunt lucrum. Huius , vnum totum medium retinet sibi Petrus : & Sexcentis tan-
D tum , lucratur ipse vnus , lucratur inquam 937. aureos , 13. solidos : in casu , in quo , verum lucrum solum est, tantum 600.aureorum: Ioanni con-

cedit tantum alterum medium, tantum 937. aurei, 13. solidi: Ex quo, Ioannes, in casu veri lucri sexcentorum aureorum: non modo non lucratur; sed potius de ijsdem 1278. aureis, 4. solidis: quantos ipse pro opera persoluit conducto operario, & posuit in societate, & adposuit Petri sorti, deperdit aureos TRECENTOS, & Quadraginta. Petro, cui seruata iustitia, tantum debentur 939. aurei, 2. solidi concedunt, & attribuunt Sylvester, & Caietanus 1576. aureos 13. solidos. Ioanni, cui ex rigido iure iustitiæ debentur, 1578. aur. 4. solidi, restituunt tantum 939. aureos, 13. solidos. Quod pertinet verissime ad vnũ Ioannem; id totum decernunt Petro. Contra, quod potest pertinere ad Petrum: illud solum reliquum faciunt Ioanni. Tandem ita factum, vt ex decreto Sylvestri, & Caietani Petrus furetur Ioanni sexcentos triginta nouem aureos, duos solidos. Solus Petrus, deglutit totale lucrum societatis, totos 600. aureos. Preterea, de eodem capitale Ioannis 340. aureos FVRATVR Petrus Ioanni, 639. aureos, 2. soli. & tantum quantum est totum medium capitale Ioãnis. Atque id non solum in hoc casu: sed in omnibus casibus, qui in hac societate possunt exspectari, dum mille ducenti & septuaginta octo aurei, & quatuor solidi, quantos posuit solus Ioannes, reperiantur. Quamuis tantum reperiantur 1278. aurei, 4. solidi

A B C D

lidi: quantos posuit solus Ioannes; ex præfinitione Syluestri, & Caietani, Petrus, ante omnia deducit 649.aureos,2.solidos: deinde reliqui 639. aurei, 2.
A solidi toti sunt lucrum: medium retinet sibi Petrus: & in casu veri damni 639.aureorum, & duorum solidorum,Petrus lucratur 319.aur.1.solidos. Ioannes deperdit non solum:totos 639.aureos, 2. solidos:qui vere perierunt societati:sed præterea, de capitali sibi saluo, deperdit 639.aureos, 2.solid.Quis ergo,hanc crudelissimam societatem,non exsecran-
B dam,non exterminandam ab ecclesia Dei putet? si non exuit omnem prorsus humanitatem.

REPERTIS in negotio aureis tantum 639.& 2.solidis.DAMNVM sentitur verum 1278. aureorum,4.solidorum.Hoc est damnum totale, & commune in hac vera societate. Hoc damnum ex superiori partitione, æquis portionibus est inter socios
C diuidendum.Huius ideo damni, ad vnum Petrum, tantum vnum medium, toti 639. aurei, & 2. solidi pertinent: alterum tantum medium solum, cæteri etiam 639.aurei,& 2.solidi possunt ad Ioannem pertinere.Solus Petrus deperdit sexcentos triginta nouem aureos,& duos solidos. Ioannes tantum potest
D deperdere,quantum Petrus: sexcentos inquam triginta nouem aureos.Deinde,quoniam his,1278.aureis,& 4.solidis deductis,est verissimum,est certissimum,

mum, est necessarium, omne damnum verum, acceptum in capitali, totum inquam quod vere perijt societati, totum deperditum societati fuisse deductũ: id est, totos mille ducentos septuaginta octo aureos, & quattuor solidos, qui vere & semel perierunt, fuisse deductos, de sorte totali posita in negotio, & societate: quæ totalis sors fuit 1917. aureorum, & 6. solidorum: Ideo toti 639. aurei, & 2. solidi, toti inquam Sexcenti triginta nouem aurei, & 2. sol. qui deductis totis 1278. 4. qui vere perierunt, reliqui spectantur: & sunt nobis, quasi præsentes, sunt vere, & necessario salui. Reliqui igitur, & salui reperiuntur in hac societate, verissime, Sexcenti triginta nouem aurei, & duo solidi. A B

DE his 639. aureis, 2. solidis, est nobis dimicatio acerrima cum Syluestro, & Caietano, viris quidem Sapientissimis: haud vero in hac parte. Toto cœlo C erenim errarunt. Syluester, & Caietanus, in ea sunt sententia, vt adfirment, vt asseuerent, HOS TOTOS. Sexcentos triginta nouem aureos, duos solidos, vere saluos, hos inquam totos pertinere ad vnũ Petrum. Tum, quia solus Petrus posuit in societate pecuniam, & rem permanentem, & rem consistentẽ. D Tum, quia solus Petrus posuit Capitale, & posuit hoc idem Capitale, horũ Sexcentorum triginta nouem aureorum, & duorum solidorum: & totum hoc capi-

capitale, ſaluum eſſe DOMINO EIVS: qui ILLVD poſuit: & hos Sexcentos triginta nouem aureos, duos ſolidos, totos eſſe ſaluos domino eorum,
A videlicet Petro: qui ſolus, ILLOS totos poſuit: quia ſolus Petrus poſuit pecuniam. Quamobrem, de hoc Capitali ſaluo, Sexcentorum triginta nouem aureorum, & duorū ſolidorū, Ioanni deberi nil. Quia Ioannes, nullam pecuniam, rem nullam conſiſtentem, rē nullam permanentem appoſuit ſorti: ſed tantum exhibuit operas, aureis mille, ducētis ſeptuaginta octo,
B & ſolidis quattuor æſtimatas: & has operas, perſe, haud ex neceſſitate negotiationis, ſed ex ſua ipſarū natura totas omnino perijſſe, nihilq. de illis poſſe ſupereſſe, poſſe ſpectari ſaluum nihil. Quoniā non ſunt res conſiſtentes, res permanentes: ſed conſiſtentes in motu, & perpetuo fluxu. Quod ſi permanentes eſ-
C ſent, & permanſiſſent ſaluæ: ad vnum, in noſtro exēplo Ioannem, qui ILLAS, qui operas poſuit pertinerent. Hęc omnia ſunt eadem partim verba, partim ſenſa, verborum Sylueſtri, & Caietani.

NOS contrariam, ex maxima omnium contrarietate, ſententiam opponimus: & adfirmamus, & adſeueramus, & pronuntiamus, TOTOS HOS
D SEXCENTOS TRIGINTA NOVEM AVREOS DVOS SOLIDOS pertinere ad vnū Ioannem: deq. his ſaluis, Ioānem, Petro debere Nil.

Epiſcopis Acroamaticū maxime & Apodicticum.

Omnia.

Omnia cum ex superioribus, tum & maxime, ex propijs societatis huius quinti generis, palam manifesta bimus, quam breuissima oratione: & his rationibus. Quia non solus Petrus posuit pecuniam, & rem consistentem, aut permanentem: non solus Petrus posuit capitale: sed etiam Ioannes posuit rem permanentem, & consistentem: etiam Ioannes posuit pecuniã: etiam Ioannes contulit in eamdem arcam, in vnum, & idem cumulum, in vnam, & eamdem confusionẽ, cum 639. aureis, & 2. solidis Petri, posuit Ioannes, etiam in pecunia numerata, duplam pecuniam, eius, quam posuit Petrus, posuit inquam MILLE ducentos septuaginta octo aureos: & ex hac eadem cum arca, tum confusione, educti fuere primum, Sexcenti triginta nouem aurei, duo solidi toti simul, ad emendas merces, & ad negotiationem, de reliquis mille ducẽtis septuaginta octo aureis, & quattuor solidis, soluta est merces omnis operæ, vsus scilicet nauigij, & operarum personalium: quas operarij mercenarij, & conducti præstitere. Veniat nunc quis Syluester, adpropinquet quis Caietanus; & dicat, hos Sexcentos triginta nouem aureos, duos solidos: qui reperiuntur in mercibus, esse I L L O S sexcentos triginta nouem: quos posuit Petrus: & hos esse illud idem capitale sexcentorum triginta nouem aureorum: quod posuit Petrus: accedat quis Caietanus &

A B C D

nota

nota aliqua inuſtos, aut ſuperſcriptione notatos, oſtendat eſſe illos: quos in arcam illam, & confuſionem contulit Petrus: demonſtret tandem, has mer-
A ces repertas, & æſtimatas tantum ſexcentis triginta nouem aureis; eſſe illam pecuniam, eſſe illos 639. aureos: quos, has merces, eſſe illud capitale: quod poſuit Petrus in pecunia numerata: cæteros vero illos mille ducentos, & ſeptuaginta octo aureos, quos operibus, & vſu nauigij ſoluendis, in eamdem con-
B fuſionem coniecit Ioannes, eſſe eoſdem illos: qui in negotio, & ſocietate deſiderantur, quique perierũt. Ecquis, aut Sylueſtrum, aut Caietanum talia dicentes, non crederet, eos ſolum ſomniare? haud vero dicere conſulto? Si igitur, Sexcenti triginta nouem aurei Petri ſunt, fueruntue capitale; mille ducenti ſe-
C ptuaginta octo aurei, & quattuor ſolidi Ioannis æque etiam, nec minus fuerunt, ſuntue capitale. Aut ſi tantum Sexcenti & triginta nouem, ex quibus tantum, vel ſolis, negotiatur, ſunt capitale; reliqui vero 1278. aur. qui ſoluti ſunt pro vſu nauigii, & mercede operarũ non poſſunt dici capitale: quis de 1917. aur. 6. ſol. collatis primum in eamdem arcam, in eãdem
D confuſionem, deinde detractis, deductiſue ſexcentis triginta nouem, ad rem gerendam, fuiſſe deductos tantum eos eoſdem: quos Petrus poſuit: reliquos vero in arca, eſſe tantum, eoſdẽ illos 1278. quos adiecit

Ioannes. Quis, ni expers, & sensus & rationis hæc diceret: Posuerit ergo Ioannes pecuniam numeratam, & mille ducentos septuaginta octo aureos, & quattuor solid. in pecunia numerata: æque ac Petrus: qui posuit tantum semel Sexcentos triginta nouem aureos, duos solidos. HIS demonstratis, & stabilitis, REPERTIS in societate tantum SEXCENTIS triginta nouem aureis, duobus solidis: deperditi vere sentiuntur bis Sexcenti triginta nouē aurei, duo solidi. MILLE inquam ducenti septuaginta octo aurei, & quattuor solidi: DAMNVM verū adest 1278. aureorum, & 4. solidorū. Huius veri damni, ex superioribus, vel supra demonstratis, vnum totum medium, pertinet ad vnum Petrū: Solus Petrus deperdit 639. aur. 2. solid. quemadmodum, deperditis de totali capitali societatis, tantum Sexcentis, vt cōstat ex superiori partitione, solus ipse deperdit trecētos. Cum igitur solus Petrus deperdat 639. aur. 2. solidos; Petrus nihil potest habere saluū: nec nummū. Necessarium, id est, & manifestum. Tantum posuit 639. aur. 2. solid. & perdidit totos 639. aureos, duos solidos: quos posuit: ergo nihil potest habere saluū. Quia quod ipse posuit, totum perijt. Illius damni totalis mille ducentorum septuaginta octo aureorum, & quattuor solidorum, tantum alterum medium, tantum inquam semel sexcenti triginta nouem aurei,

A B C D

rei, duo solidi pertinent ad Ioannem: non aliter ac deperditis tantum sexcētis, trecenti toti pertinēt ad Petrum, tantum trecenti ad Ioannem. At Ioannes, in
A societatem, non solum posuit semel Sexcentos triginta nouem: sed bis sexcentos triginta nouem aur. duos solidos: & deperdit tantum 639. aureos, & 2. solid. reliqui igitur etiam 639. aur. & 2. solidi, qui numquā, qui nullo modo perierunt, vt hi toti reperiantur salui; & sint salui vni Ioanni, est omnino ne-
B cessarium: & totos, (ad sensum Caietani) vni Ioanni domino eorum: qui vere illos posuit saluos esse: quia fuerunt permanentes, & consistentes, & quia posuit pecuniam. Ideoque de hoc medio capitali sibi vni toto saluo, Ioannem, Petro debere nil, necessum omnino est. Ex ijsdem primis principijs, ex quibus Sylu. & Caiet. contendunt ostendere, totos hos 639.
C aur. 2. solidos pertinere ad vnum Petrum, & eorum nihil deberi Ioanni: nos contra, demonstrauimus, & effecimus cum verissimum, tum necessarium, eosdem sexcentos triginta nouem aureos, duos solidos, totos ad vnum Ioannem pertinere: & totos vnius Ioannis esse, & de his nihil deberi Petro.

D MAXIMA hæc contrarietas, haud sane, ex primis principijs, & generalissimis: nec ex maioribus propositionibus: sed ex minoribus tota. Contendunt.

Syluester, & Caietanus, Ioannem, qui posuit tantum operam, mille ducentorum septuaginta octo aureorum, & duorum solidorum; nullam pecuniam, nullam rem permanentem, nullos mille ducentos septuaginta octo aureos, duos solidos adposuisse. Nos A
contra, & supra, multis demonstrauimus, Ioannem, qui, aut per mercatorem conductum, cui, & pecuniam, & mille ducentos septuaginta octo aureos, & quattuor solidos persoluit formaliter, & verissime in pecunia, vel potius immisit in eamdem arcam, & confusionem, cum Sexcentis triginta nouem aureis, B
& duobus solidis præpositis a Petro, aut perse, tantum operam mille ducentis septuaginta octo aureis, & quattuor solidis æstimatã exhibuit totam; pecuniam vere, & reuera, mille ducentos septuaginta octo aureos, & duos solidos adieciſſe. Verum, cum ad vsque hanc diem, Petrus Syluestri, & Caietani du- C
catum sequutus, totos hos 639. aureos, 2. solidos extorqueat, FVRATVR, tum in hac societate, tum in
Iniustitia & Vsura manifesta.
hoc casu; Ioanni, totos hos 639. aureos, 2. solidos. In quo vno, iam est manifesta iniustitia non solum: sed etiam Vsura. Nam Sexcenti triginta nouem aurei, duo solidi, quantos Petrus posuit, toti & vere & se- D
mel perierunt, æque ac totidem Ioanni: & Ioanni, totius sui capitalis, bis Sexcentorum triginta nouem aureorum, vnum tantum medium, semel sexcenti tri

ginta

ginta nouem aurei, duo solidi perierunt: alterum totum medium, toti semel Sexcenti triginta nouem aurei, duo solidi manent salui. Hi inquam Sexcenti triginta nouem aurei, duo solidi, toti pertinent ad vnum Ioannem, & sunt necessario, ex rigido, gentium iure, vnius Ioannis. Ideo, quoniam sub pallio æquissimæ societatis, eos totos extorquet Petrus, opere, & actu perficitur illud; Vt Petrus, hac via faciat sibi reddi, & persolui a Ioanne mercatore saluos, quasi non perijssent, totos illos Sexcentos triginta nouem aureos duos solidos: qui sibi, vere, & semel perierunt: & sibi resarcit, totum damnum Sexcentorum triginta nouem aureorum, qui vere sibi vni, toti perierunt, de Sexcentis triginta nouem aureis duobus solidis, verissime saluis vni Ioanni.

A Acroamaticũ & Apodicticum

B Epiſcopis Auſcultãdũ maxime Cauẽdũ anxie

DAMNVM in hoc casu reperitur, & sentitur cũ verissimum, tũ grauissimum, MILLE ducentorum septuaginta octo aureorum, & quattuor solidorum. SOLVS tamen Ioannes subit, & sentit TOTVM hoc GRAVISSIMVM damnum: Petrus, huius damni grauissimi, nullam partem sentit vel exiguam. Quamuis Petrus, ipse vnus deperdit, totos 639. aureos: quantos posuit: & ipse vnus est, cui nihil relicquum est saluum: & qui perdidit totum: quod posuit: ipse tamen vnus est: qui repetit saluum totum: quod ei vere perijt: ipse vnus est: qui nihil deperdit.

C Societas crudelior Leonina

D

Petrus

Petrus, ipse vnus, repetit totos sexcentos triginta
nouē aureos, duos solidos: qui toti pertinent ad vnū
Ioannem: & vni Ioanni, toti salui sunt: & sunt vnius
Ioannis. Ideoque Ioannes, cui vere sexcenti triginta
nouem aurei, duo solidi vere sunt salui, & qui vnus A
potest hos totos exigere: qui vnus non perdidit to-
tum, quod posuit: qui vnus potest recuperare, totos
639. aur. 2. solidos; ipse, Ioannes vnus inquam est: qui
nihil recuperat: quia a Leone cruentissimo, & ini-
quissimo, qui cum societatem iniuit prohibetur, ar-
cetur: Ioannes vnus est: qui deperdit totum quod po B
suit: totum quod ipse posuit, & totum quod Petrus:
Solus Ioannes deperdit 1278. aureos: qui vere pe-
rierunt vtrique & sibi, & Petro: Ioannes vnus deper
dit & totos ter 639. aureos, 2. solidos: Cum totos se-
mel 639. aureos, 2. solidos: qui sibi perierunt: quod
est iustum: tum iterum 639. aureos, 2. solidos: qui ve- C
re perierunt vni Petro: quod est iniquissimum, & sor
didissimum: tum & tertio totos, 639. aureos, 2. soli-
dos: qui nullo modo perierunt: qui reuera salui sunt
vni Ioanni: & quod iniquissimo iniquius: & sordi-
dissimo, sordidius, & Ioannes deperdit totos eos:
quia Petrus vnus, totos eos extorquet, sub pal- D
lio societatis æquissimæ tum Syluestro, tum
Caietano: nobis vero iniquissimæ ex certissima,
omni ex parte, ex omnino (pro qua vna sudamus) ex

omnino

omnino necessaria veritate. D.O.M. faxit, vt veritas
hæc omnibus illucescat (qui cõtra sentiunt) hominibus: in primis, curæ animarum præfectis, &
A pis, & Archiepiscopis: vt, tollatur e medio Christiano rum populorum iniquissimus adeo, & ab vsura manifesta sordidissimus contractus. Corollaria maxime Obseruãda.

IN PARTITIONIBVS, ex hac quinti generis societate, quas fecimus æquissimas, & omnino necessarias demonstrauimus, notabimus illa quæ se-
B quuntur maxime obseruanda.

PRIMVM, ex sortibus, aut capitalibus partialibus maxime inæqualibus, partes societatis, æquales debere esse necessario aliquãdo, si iustitia seruanda: vt in exẽplo proposito supra in huiusgeneris societate: quod *Couar. vbi sup. 2. concl.* haud credit possibile. *Pomp. l. 6. Si societatem. Vlp. l. Si non fuerint.* §. 1. 1.

C PRÆTEREA, in huiusmodi societatibus, aliquãdo perisse totum capitale eius, qui posuit tantum pecuniam, & manere saluum totum vnum medium capitale eius, qui posuit tantum operam: & hoc in proposito proxime supra exemplo effecimus omnino, primo, & perse necessarium: quod Syluester, quod Caietanus, quod, qui in eorum verbis iura-
D runt, nedum esse probabile contendunt. 2. Obseru. maxime.

TVM etiam, nonnumquam posse quoq. contingere, hisce in societatibus, vt pecunia, quæ superest, 3.

inter socios communis non sit: sed ad vnum alterum pertineat tota: & pertineat tota ad vnum eum: qui posuit tantum operam: quod denegat Couarruuias vbi supra: quod nouum: quod forte mirabuntur omnes.

HVIVS generis Societas potest habita ratione & sortium & temporis reperiri, aut institui in omnibus generibus proportionum: quæ, vt docuimus, in vnoquoque sunt infinita. Infinita spectatis tantum sortibus: Infinita, spectato solo tempore. Infinita certius multo, proportione vtraque spectata. A B

HÆC sunt quinque suprema genera, capita saltem summa omnium societatum: ad quæ videntur & posse, & debere reuocari omnes, omnis generis, societates. Hæc nos, (vt videre est) nec sine ratione, nec sine Logica Methodo, (vocent licet nos, vel expertes cum primis Logicæ, tum scientiæ omnis, & doctrinæ: quod, Vtrum illud, in Logicis illis contentiosis frequentissimum, a nobis nunquam audierint) ex sortium, & temporum æqualitate, & inæqualitate collegimus, noua quædam, nec pauca, nec dispicienda, aut neglegenda, nedum (si licet sperare) ingrata: in quibus, si tu in scientiarum omnium doctrina Sapientissime, multa adhuc desiderabis; ignoscito quæ so nobis, & dato huic nostræ summæ ingenij imbecillita- C D

cillitati,& vehementi ſtudio edendi ſolum, quæ eſſent & numeris omnibus abſoluta, & perfectiſſima: ſed deſiderio iuuandi communem omnium parentem,ſummam in primis, & Criſtianam Rempublicam,in re haud dubie grauiſſima, vel informia adhuc,vel rudia emittimus: tu Sapientiſſime, trutina adhibita quam ſeueriſſima caſtiga,expunge,tu redige in aptiorem & meliorem ordinem: tu his adde quæ nos haud potuimus:tu hoc opus,quam deſiderabis indue & perfectiſſimam,& pulcherrimam formam: compone tandem ornamentis iucundiſſimi, & decoris, & coloris: referam quidem omnia cum pretioſiora,tum præſtantiora tibi accepta: nec non gratiam referam,& gratias agam quam potero maximas.Erit ſane, tuum officium magno adiumento, æque etiam commodo cum nobis, tum Chriſtianæ Reipublicæ; ſi certiſſimam, ſi veriſſimam poſteris reliquerimus inſtituendæ iuſtæ ſocietatis regulam.

Societas a Pactione diuerſa demonſtratur.

QVO plenius,cumulatiuſque, & perfectius ſatisfacere poſſimus inſtituto noſtro,in hac parte: mo-

te: moneamur primum oportet, societatem, a pactione differre multum: & separandam. Nec est id commentum nostrum. Præsensere iam Iurisconsultorum nonnulli. Accursius enim *Gloss.* 8. *ad .textum. Instit.&* §.*De illa.*& Adeo.ita ait. Hæc pacta inæqualia, tum demum locum habent, quando alter plus contulit operæ,vel industriæ,quam alter,&c.in fine. Alij, inquit, idem quod Ioannes: sed tali ratione, QVIA iure CONVENTIONIS valent,non Societatis,*ff.de polli.l.*1.§.*Si conuenerit.Ad l.Si non fuerint. Gl.* 4.Aliud igitur societas,aliud seu conuentio, seu pactio. In superioribus nos,& nunc, & infra, (quoad moneamus,) de societate semper: pactionem reiecimus ad extremum locum. A B

Societas est contractus ciuilis, C sequitur tamen,& seruat ius fraternitatis,& naturale.

QVIA MVLTS societas,ipsa perse sit contractus ciuilis,& societatem non coire, cuilibet liberum sit; & tantum iure ciuili teneatur persequi, & adimplere contractam; Ius tamen in societatis institutione,in partium societatis constitutione,aut partitione lucri & damni,& summæ saluæ spectandum, D

& ser-

uandum, ipsum ius naturale, ius ipsum fraternitatis est: quod præsensit Azon, *vt. ff. eod. l. verum, in fin.* Quoniam, ius, quod quilibet sociorum habet, ad rem, quam contulit in societatem: & præterea ad to-
A tum lucrum ex ea, vel partum, & similiter ad sentien dum totum damnum, in eadem contingens, ius gentium quidem, ac solum naturale est.

IVS TOTVM gentium, & naturale præscribunt, declarant, & pronuntiant tria illa prima pro-
B nuntiata, & Axiomata: quæ in omni doctrina de rerum dominio, & in omni, de quolibet contractu, circa rem familiarem tractatione, sunt prima, & cōmunissima principia: & omnium elementa demonstrationum: Quicquid perit, Quicquid saluum manet. Quicquid parit, fructificat, lucratur, sui domino tantum. Vnde, quoniam, qui, ponit rem suam in societa-
C te, manet dominus eius; vt possit de ea exspectare licite lucrum, tāquam de re sua, vt separetur a mutuo vsurario, D. Tho. 2. 2. q78. art. 2. ad 5. colligit ex illis principijs totum ius sociale, ad præscriptum iuris gentiū, & naturalis: Quicquid, quod positū in societate perit, Quicquid, quod positū in societate manet saluum. Quicquid q̄ positū in societate parit, fructifi-
D cat, lucratur, tātū, & ei vni: qui illud posuit in societa te, perit, manet saluum, & lucratur. Nā ex eo, inquit Caiet. quod rē suā posuit in societate, nō desinit esse

dominus eius. Non tamen hæc ita accipias, vt Caietanus. Qui existimat, pecuniam positam in societate, eamdem numero quasi fundum, esse quoddam capitale, idē numero constans & permanens ac perseuerare, & perdurare toto societatis tempore: & A negotijs finitis, reperta si fuerit pecunia, esse ILLAM eamdem numero: quam posuit: qui contulit pecuniam: esse ILLVD idem capitale: quod præposuit: qui pecuniam contulit. Sed potius amplectere veritatem: quam aperte demonstauimus supra, sententiam Caietani infirmantes. B

HÆC tria Axiomata, (vt diximus) sunt prima principia, & elementa demonstrationum: quæ in hac doctrina, occurrunt frequentissimæ: vel si negent, vel si irrideant: qui neglegentes veram Logicam, hanc, & vsum communium, & primorum principiorum doctrinarum omnium, & eius quam tractant C haud agnoscunt. Ex his enim petendæ, cuiusuis iustæ partitionis lucri, & damni, & repertæ summæ omnes tum causæ, tum rationes: quibus ignoratis, nihil tutum, nihil certum, nihil securum. Sed, vt vtilissimam agnoscas nostram Logicam, & vsum principiorum illorum, & demonstrationes verissimas, acerrimasque in hac doctrina sentias: praxim exspecta: vt etiam practicam, veram Logicam cognoscas. Collatis a Petro tantum 639. aureis, & 2. solidis totis si- D

tis simul a principio, a Ioanne 1278. aureis, 4. solidis: sed successiue, per singulos dies quinque annorum, solidis 14. toti constituunt vnum capitale totale, & commune societati, 1917. aur. & 6. solid. Repertis finito negotio quinto anno extremo tantum, & totis ijsdē 1917. aureis, & 6. solid. Nullum adest damnum: ratio demonstrationis: quia potest deduci, & repeti idem capitale totale, & commune societati: toti nquam 1917 aurei, & 6. qui, ab ambobus socijs fuerunt præpositi redierunt, & possunt recuperari. Nullum sentitur lucrum: demonstratur ex ea ratione. Quoniam, repetitis totis 1917. aureis, & 6. solidis, est verum omne damnum & solum esse deductum: & nihil supereſt: quod possit intelligi lucro esse. Hæc summa & pecunia, adhuc ante diuisionem est communis: non tamen æquis portionibus: sed spectatis sortibus: quæ præpositę fuerunt. Ad Petrum tantum 639. aurei, 2. solidi: tertia tantum pars huius summæ pertinent: ad Ioannem duæ partes, bis sexcenti triginta nouem aurei, & duo solidi: id est 1278. aurei, & 4. solidi. Ratio natiua, germana, quidditatiua, & formalis: qua id demonstratur, est illa. Quoniam, Quicquid, quod positum in societate, negotio finito, saluum reperitur, vni apponenti manet saluum. Solus Ioannes potest repetere totos 1278. aureos, 4. quia ipse solus posuit, totidem. Petrus solus po-

test

test repetere totos,& tantum 639.aur. 2. solid. quia tantos solum præposuit.

REPERTIS 2917.aureis, 6.solidis; Toti & tantum semel mille aurei sunt lucrum. Demonstratur apodictice,ex illo principio.Quia deductis totis A
1917.aureis,9.solidis; superstunt, toti,& tantum semel mille aurei. Totum hoc lucrum est commune, inter Petrum, & Ioannem æquis portionibus: huius lucri mille aureorum,totum vnum medium, toti quingenti pertinent ad Petrum: & reliqui tantú quigenti pertinent ad Ioannem. Fit hoc necessarium ex apodictica illa ratione,causa,prima,& immediata:quia,Quicquid,quod positum in societate lucratur, vni apponenti lucratur: pro tempore,quod deseruiens societati peragit.Solus Petrus,potest deferre totum lucrum,natum de suis 639.aureis,2. solidis: & quod his respondet: totos scilicet aureos C
500. Ioannes item solus, refert totos reliquos 500. qui respondent 1278.aureis,2.solidis,ab eo appositis. Hoc, ex primis principijs efficitur necessarium.Quamuis Ioannes contulit plus pecunię quam Petrus: duplam pecuniam eius quam Petrus posuit: lucri tamen non plus potest accipere quam Petrus: D
quia temporis posuit minus: quia tempus sortis Ioannis, est subduplum temporis sortis Petri: tum etiam Petrus quamuis contulit pecuniam subduplam

plam pecuniæ Ioannis, æquale lucrum potest exigere: quia contulit Petrus, (ita liceat loqui) contulit in quam plus temporis: posuit duplum eius temporis: A quod contulit Ioannes.

REPERTIS in negotio tantum semel 639. aureis. 2. solidis; verum DAMNVM in negotio reperitur 1278. aureorum, & 4. solidorum. Hoc damnum demonstratur ex euidenti illa ratione. Quoniam, quod desideratur, in summa reperta, de capitale totale, & commune societati, & quod, summa reperta, non est sufficiens compensare, damni acB cepti id est capitalis positi, illud totum, dicitur verum damnum. Hoc damnum 1278. aureorum, & 4. solidorum commune est inter Petrum & Ioannem: & est commune æquis partibus: Quamuis Ioannes posuit plus pecuniæ quã Petrus, posuit nãq. duplam C pecuniam, eius quam Petrus cõtulit: tamen, quia Petrus posuit plus temporis, quã Ioannes: posuit enim duplũ, eius temporis: quod posuit Ioannes. Petrus & Ioan. ex æquis partib. socij sunt. Solus Petrus sentit totũ damnũ: quod respondet eius sorti: solus Petrus deperdit totos semel 639. aur. 2. sol. solus Petrus totã suã ipsius sortẽ: Solus Ioã. deperdit totos reliquos D 639. aur. 2. soli. qui damno continentur. Hoc totum ex illa genuina, germana, quidditatiua, adæquata, & formali ratione: quia Quicquid, quod positum in so-

in societate perit, perit vni conferenti: qui mansit dominus eius. RELIQVIS in hac societate, repertis in negotio tantum semel 639. aureis, 2. solidis. HÆC PECVNIA nunc, nec tota est vnius Petri; vt contendunt Syluester & Caietanus: nec est communis inter Petrum, & Ioannem: quoniam in hac, A nullã partẽ habet Petrus: sed tota est priuata: tota est propia vnius Ioãnis: tota pertinet ad vnum Ioannẽ. Solus Ioannes potest referre totos hos 639. aureos, 2. solidos: Causa natiua, germana, adęquata, quidditatiua, formalis, desumitur ex illo Axiomate. Quicquid, quod positum in societate saluum manet: vni B conferenti manet saluum. Hoc Axioma demonstratur a D. Thom. ex illo primo, & altero principio. Quicquid manet saluum, sui tantum domino manet. At cuiusuis rei positæ in societate, dominus manet, & dominus est ille solus: qui eam posuit: quod verbis expressis docet D. Thom. 2. 2. q. 78. art. 2. ad 5. & C sequitur Caietanus: quum vbi supra inquit: Nam ex eo, quod posuit pecuniam suam in societate, non desinit esse illius dominus. Petrus autem, in hac proposita societate, solum posuit 639. aureos, 2. solidos: & in aduerso casu DAMNI, mille ducentorum, & quattuor solidorum, ex præscripto societatis quinti D generis, id est spectata vtraque proportione, fortium inquam & temporis: spectata vtraque inæqua-

litate;

litate;huius damni, ad vnum Petrum, pertinet totum vnum medium, æquæ ac in superiori casu, lucri mille aureorum:& solus Petrus,ita,ex iure gē-
A tium rigido, deperdit totos 639. aureos, & 2. solidos,æquæ ac Ioannes: qui, deperdit quoque solus totidem alios 639.aureos, 2. solidos. Petrus igitur iam deperdit totum suum,totos 639.aureos,2. solidos,quantos posuit: Petro igitur nihil reliquum est saluum:etiamsi 639.aurei, 2. solidi, reliqui spectentur: sed solus Ioannes, potest exigere, & repetere
B hos totos. Ratio est apodictica, demonstratiua inquam,necessaria,& Mathematica, his:qui veram, & practicam,non solum argumentatiuam,& contentiosam(ne dicam sophisticam)agnoscunt,& amant Logicam: his,qui vel primis labris attigerunt Mathe-
C maticas: his, qui regulam Algebræ, & Societatum haud ignorant: his tandem, qui rationis lumen vel solum habent. Quoniam solus Ioannes, posuit bis sexcentos triginta nouem aureos, & duos solidos: solus inquam Ioannes contulit totos 1278. aureos, 4.solidos:& in casu damni proposito, solos 639.aureos, 2. solidos, æque ac Petrus,potuit deperdere:
D Reliqui igitur etiam 639.aurei,2.solidi, soli Ioanni sunt saluiidque necessario. Solus igitur Ioannes,est dominus totorum horum 639.aureorum, & 2. solidorum.Quia,quod, omni deperdito deducto, reli-

quum adhuc reperitur, de sorte cuiusque, illud totum vere & necessario ei vni: qui illam sortem, illam quantitatem, illo certo numero pecuniæ, (vt nunc 1278. aureorum, 2. solidorum, Ioannes posuit) determinatam contulit, illud inquam totum ei vni est saluum: & nunc soli Ioanni toti 639. aurei, & 2. solidi: qui in hac societate, & in hoc casu, finito negotio, præsentes salui spectantur. A

HOC vno exemplo, multarum rerum veritatis, potuimus Sapientissime reddere te certissimum: reperiri etiam demostrationes certissimas in hac doctrina: prima principia, & elementa demonstrationum esse tria illa Axiomata priora, quæ ius naturale præscribunt, determinant, definiunt: immediata, & adæquata, & propia huius doctrinæ esse, tria illa, quæ primis subiecta, tantum ius Sociale dicunt, expri muntque, Quicquid, quod positum in societate &c. Principio: um, &, Axiomatum aut vsum maxim m, aut vel accomodationem, vel applicationem i dicauimus, aperuimus sententiam Syluestri, & Caietani in re grauissima, non veram; falsam potius manifeste demonstrauimus: Ioannem scilicet, qui posuit tantum operam, mille ducentis septuaginta octo aureis, quattuor solidis æstimatam, vere in pecunia consistentes, & permanentes, 1278. aureos, B C D

4. so-

4.ſolidos,ſorti Petri,639.aureorum, & 2.ſolidorum appoſuiſſe: & in caſu damni, deperditam fuiſſe totam illam pecuniam, quam Petrus poſuit, & perijſſe vere, totum illud capitale quod Petrus con-
A tulit: & ſolam operam manere ſaluam: ſolam operam Ioannis, non tamen totam manere, & ſpectari ſaluam: perijſſe mediam Ioannis operam: ſolum operam, quæ fuit tanti, quanti fuit pecunia Petri: ſolum operam 639.aureorum, & duorum ſolidorum:
B quia tota pecunia Petri, tantum fuit 639.aureorum, &c. reliquam operam mediam, qua ſors Ioannis, ſortem Petri ſuperauit, ſoli Ioanni eſſe ſaluam: quia ſalua & permanēs reperitur: & quia ſi perijſſet; ſi in quā in negotio interemptione rerum omnium contingente, omnino nihil reperiretur: hæc opera, hi 639. aur. 2. ſolidi, pretium, & æſtimatio mediæ operę Ioan
C nis; hæc tota media opera, hi toti 639. aurei, 2. ſolidi, vni Ioanni, ſoli Ioanni perijſſent: hoc damnū, huius mediæ operę, horum 639. aur. & 2. ſolidorum inter Petrum, & Ioannem ſocios, commune non eſſe. Petrus nō teneretur de hoc damno: nullam partem huius pretij, & æſtimationis, & horum 639. aureorum, & 2. ſolid. teneretur perſoluere ſocio Ioanni:
D Oſtendimus ſane, contra ſentētiam Sylueſtri, & Caietani, hanc pecuniā repertam reliquam, & ſaluā, nō pertinere totā ad vnum Petrum: quod Sylueſter, &

Caietanus contendunt, nedum aliquam illius exiguam partem: sed potius omnino contra, totam pertinere ad vnum, ad solum Ioannem: qui tantum operam posuit: necessariam negotio, de 639. aureis, & 2. solidis, gerendo mercatori, soli profecturo, peregrinaturo, soli nauigaturo, soli permagna pericula adituro: & quod in hac re est præcipuum obtinuimus, obtinuimus, contra & Sylvestros, & Caietanos: & munitiunculam eorum euertimus, & æquauimus solo: demonstrantes posuisse pecuniam, eum qui posuit tantum operam. Idque totum effecimus, ex ijsdem illis primis principijs, ius naturale præscribentibus: quibus ipsi innituntur. Quum dicunt de capitali saluo, nihil debetur ei, qui ponit operam. Si operæ permanentes essent, ei essent saluæ, & permanentes, & saluas vna praxi demonstramus. HÆC tandem omnia, potuimus perficere vna. P. I. Nunnesij, Doctoris, in Methodis demonstrandi Logicis, sapientissimi, & clarissimi vera Logica: quæ tota in vna praxi spectatur, & in vno vsu permulto. His subdenda nobis videtur, explicatio ambiguitatis: quam sentimus: quum, apud Iurisconsultos occurrit nobis, illud verbum D A M N V M: quod in hac doctrina est frequentissimum: nec non LVCRVM.

A B C D

Quid

Quid in mercatura dicatur Damnum, quid etiam Lucrum.

A LVCRVM in primis nobis definiendum, & determinandum: DAMNVM deinceps. Videntur quidem duo hæc, quasi mutuo relata, mutuo se ipsis definiri: quod videre licet apud Iurisconsultos. *ff. Pro socio*. NEQVE enim inquit Seruius *l. Mutius*: potest LVCRVM intelligi, non omni DAMNO deducto: neque DAMNVM, non
B omni LVCRO deducto. Ad eamdem legem Viuianus *Gloß.* 1. Nec de facto sic contrahitur societas, vt LVCRVM dicatur, nisi deducto omni DAMNO. In Institutionibus, illa præmonitio, Adnota id LVCRVM dici, quod omni DAMNO deducto supereſt. Extremo textu tandem. QVOD tamen ita intelligi oportet; vt si in alia re LVCRVM, in alia
C DAMNVM illatum sit, compensatione facta; SOLVM QVOD SVPEREST intelligatur LVCRO esse. Hæc a Iurisconsultis.

Damnum, & lucrum in Iurisprudentia, & mercatura, quot modis accipiantur.

D MVLTIPLICI acceptione, hæc duo verba, LVCRVM, & DAMNVM, & a Iu-

& a Iurisconsultis, & a Mercatoribus vsurpantur.

DAMNVM, vel damno sunt primum, maxime Mercatoribus, illa omnia: quæ necessaria fuerunt ad gerendum negotium: quæque in eo gerendo posita sunt. DAMNVM itaque sunt, in primis, tota pecunia: de qua negotiatur: tum tota, quæ expenditur faciendis, & soluendis expensis: quaque negotium gestum est: & ad vsque finem perductum. In nostro videlicet exemplo: Petro extra societatem, quoniam, ad negotium quod agressus est gerendum, necessarij ei fuerunt bis mille aurei; semel mille de quibus negotiaretur: & iterum alij etiam semel mille: de quibus Ioanni mercatori, ad quinque annos conducto, solueretur pretium locatæ operæ: toti hi bis mille aurei fuerunt verissimum damnum: quoniam primum, hos totos posuit in negotio, & exposuit periculo, iacturæ, naufragij, & damni. Nec secus in societate, simul ambobus Petro, & Ioanni: semel mille tantum, Petro: Ioanni etiam mille. Vnde, finito negotio, illud solum, quod omni hoc damno deducto; illud inquam solum, quod totis his bis mille aureis deductis; illud solum, quod, compensatione facta, illius totius damni, bis mille aureorum: quod, negotium, Petro, in re illa posita vt gereretur, intulit, sensimus, & inuenimus superesse; docui-

docuimus in omnibus, quas fecimus partiones supra, lucrum verum fuisse. Hinc, in societate, simul ambobus Petro & Ioanni, Repertis in negotio 2500;
A demonstrauimus lucrum esse, tantum 500: Repertis 3000, docuimus lucrum esse, tantum 1000. Repertis 4000, ostendimus lucrum esse; tantum 2000. Quando autem, nihil vltra bis mille aureos, nihil amplius potuimus reperire; etiam adseuerauimus, in negotio nullum lucrum verum adesse, æque simul ambo-
B bus socijs Petro, & Ioanni, atque extra societatem, soli Petro.

DAMNVM in hac acceptione vsurpant Mercatores nostri: quum in rationum suarum libris, in vna libri pagina, scribentes quæ conferunt ad negotium; in eoque ponunt; vtuntur his verbis, GASTOS, DAÑOS, Datum inquam: in altera
C pagina, e regione, scribunt GANANCIAS, PROVECHOS, Acceptum videlicet, & relatum de negotio, totum illud dicunt, & vocant lucrum: quia illud totum prouenit, de re collata, in negotium. Vnde ad explicationem illorum verborum *Institutio*. vt si in alia re lucrum, in alia damnum illatum sit, compensatione facta, solum,
D quod supersit intelligitur lucro esse; constituere possumus, duas res, reuera diuersas & maxime: Rem videlicet totam collatam ad negotium: quæ

vere

vere primum, & semel damno conferenti fuit, & illam ponere in negotio, damnum intulit conferenti: Res alia; est tota illa: quam, negotium reddit, quam que negotium parat, parit, gignit, confert: hæc primum & perse, & sola spectata, tota dicitur lucrū: quia recenter nata: quia nūc oritur, nascitur de negotio. Duas igitur res diuersas, licet nobis nūc spectare: in quarum vna, in illa inquam, (in nostro exemplo) in pecunia bis mille aureorum, posita in negotio, extra societatem, vni Petro tota, damnum illatum fuit: in hac alia, recenter nata, & accepta de negotio lucrum: Etiamsi aut tantum bis mille aur. aut ter mille, aut tantum semel mille, tota est lucro: in ea illatum est lucrum, eidem Petro: Si pecunia posita in negotio, & pecunia accepta de negotio, singillatim, & separatæ, & per se spectentur; duæ res diuersæ sunt: & reuera quoque, illa fuit damnum: & hęc est lucrum. Hæc sunt apud mercatores frequentissima: dum, quæ scripta sunt in pagina, in qua DAÑOS, non conferuntur ad ea: in qua, GANANCIAS. Conferenda tamen hæc duo mutuo interse, adinuicem: & si facta collatione, tunc videatur, & inueniatur; quæ sunt lucro exæquare, ea quæ fuerunt damno; tunc dicetur, iam factam esse damni compensationem: quoniam, pecunia accepta, & reportata de negotio, in nostro exem-

A B C D

exemplo, repertis bis mille aureis, hæc pecunia bis mille aureorum, quæ lucrum dicta est, æqualis est pecuniæ, bis mille aureorum: quæ posita fuit in negotio: & ideo dicta damnum: & ita facta est iam illati damni compensatio: & omne etiam damnum est iam deductum. Quod si, de hac recenter nata in negotio, quæ dicta est lucrum, deducta tota ea, quæ fuit posita, & collata ad negotium: & fuit damno, qua deducta est verum, omne damnum fuisse deductum; tunc quicquam adhuc supereſt; tandem solum, quod omni damno deducto, & quod, damni illati facta cōpensatione, supereſt, illud inquam solum intelligitur lucro esse. Hinc in nostro exemplo, si, de summa reperta in negotio, eo finito; quæ dicta est lucrum: deductis bis mille aureis, positis in negotio, est verum, Omne damnum, de lucro fuisse deductum, & damni compensationem fuisse factam: si tunc, hoc omni damno deducto, & hac facta compensatione, tantum mille aurei supersunt: hi mille aurei solum, sunt verum lucrum: sumitur iam hoc verbum lucrū, strictius & contractius multo: ad significandum solum illud lucrum: quod omni damno, prius deducto, & totius damni accepti, prius facta compensatione, supereſt. Ita, vt hoc lucrum, possimus dicere, Lucrum de lucro: aut lucrum, damnum excedens: aut lucrum, quo lucrum, id est negotij prouentus,

Damnũ quum de lucro, possit deduci.

superat damnum: superat pecuniam collatã: superat sortẽ: superat capitale. De hoc lucro vero, quod ita cõtracta, & stricta significatione sumitur: non potest iam damnum deduci. Quamobrem, quum *ff. l. Mutius.* dicitur lucrum non potest intelligi, non omni damno deducto; est quasi verbis expressis, & nominatim dixisset: verum lucrum, & lucrum propia significatione & stricte sumptum, non potest intelligi an sit in negotio, & quantum sit; non toto damno, non totali capitali deducto, de eo lucro: quod large, aut latius sumptum dicitur lucrum: id est prouentus de negotio. Sed nec lex dicit damnum deducendũ de lucro: aut lucrum de damno: nam solum dicit oportere damnum, id est capitale primum deduci vt possit intelligi an sit lucrum: tum etiã deduci lucrũ, vt ex illo, possit cognosci, quod, & quantum fuerit damnum, non tamen dicit deducendum lucrum de damno: aut contra.

TANDEM, si de hac re, & pecunia, quæ prouentus est in negotio, & lucrum dicta est, non potest deduci omne damnum, non potest deduci tota pecunia; quæ collata fuit, & posita in negotio: quæque fuit capitale totale, non potest, vel tota ea accepta, fieri compensatio, totius damni accepti, & illati; nedum potest exæquare illam pecuniam: quæ fuit damno: nedum est æqualis illi pecuniæ: quæ fuit totale capita-

capitale:sed exceditur ab illa: & superatur hæc quæ est lucrum,& prouentus,ab ea: quæ fuit capitale & damnum; est verum Damnum. Vt in nostro exemplo,si finito negotio, non reperiuntur bis mille au-
A rei:manifestum est adesse in negotio damnum.Et totum illud:quo lucrum large sumptum, exceditur a damno,illud,quo prouentus superatur,a totali capitali,& totū illud,quod res, & pecunia in negotio reperta, superatur a re & pecunia collata, & posita in
B negotio, illud solum & illud totū dicitur est & propie,& strictius,& contractius, verum damnū. Ita vt possimus dicere,hoc damnum, esse damni damnum: esse damnū,quo lucrū exceditur a damno:quo prouentus negotij exceditur, & superatur, a pecunia collata,a sorte,a capitale.Hinc, in nostro exēplo, vel extra societatē,vel in societate,Repertis in negotio,
C tantū 1000; affirmauimus damnū fuisse mille aur.Repertis 1800,ostendimus damnū sentiri, tantū ducentorum aur.Repertis 1500: demonstrauimus damnū adesse verum, quingentorum aureorum: Repertis tantum 800.necessarium fecimus,damnū verum esse mille,& ducentorum aur.Et in his omnibus casibus nullum lucrū verum,posse intelligi,necessarijs,& a-
D podicticis perficimus argumentis. De hoc Damno, quod sic strictius,& proprie contrahitur, ad significandū verissimū damnū;ad denotandū damni,& ca-

capitalis,aut sortis, aut totius, aut partis damnum, iacturam,& naufragium;de hoc inquam damno,loquutum fuisse Seruium. *l. Mutius*. credas oportet: quum dicit:Neque damnum potest intelligi non omni lucro deducto:quæ oratio per Isodinamyam,ad A maiorem explicationem potest ad hanc transferri. An in negotio adsit damnum, an non, & quantum illud,non potest intelligi;quin prius, lucrum sit deductum:id est quin prius pecunia,quæ reperta est in negotio, quæ dicta est lucrum, large sumpto lucro, deducta sit,& accepta de negotio,& collata ad eam, B quæ posita fuit in negotio,& fuit capitale:& ex collatione mutua vnius, ad alteram,cognoscatur damnum,& quantum. LVCRVM igitur, dupliciter in his ijsdem sententijs,accipitur a Iurisconsultis, æque etiam ac Damnum: & largius, & strictius. Lucrum large sumptum, est totus prouentus in negotio, si- C ue magnus, siue paruus: lucrum est tota pecunia reperta in negotio,quantacunque illa sit: & de hac intelligendum, omne damnum posse deduci: quod est capitale:quia communiter illud superat: Lucrum strictius, & contractius, & proprie sumptum est solum illud, quod deducta parte ea, quæ,est necessarũ, primũ deduci de lucro, ad cõpensationẽ damni D illati faciendã:ad compensandũ damnum acceptum: ad restituendum inquam capitale totale, id inquam

quam ſolum, quod ſupereſt, propie, & vere eſt lucrum.

DAMNVM eodem modo large ſumptum, eſt
A tota pecunia, quomodolibet collata, & poſita in negotio: damnũ totale, & omne damnũ eſt, in pecunia & ſumma reperta in negotio, tota illa pecunia: quæ eſt tãta: quãta, quæ fuit capitale totale poſitũ in negotio. In noſtro exẽplo, repertis ter mille: vna ſignificatione, toti ter mille ſunt lucrum large ſumptum: quia toti ſunt prouentus negotij: eorumdem, bis mil
B le toti, alia acceptione, ſunt damnum: quoniam, hi bis mille aurei, ſunt quantitas, & pecunia æqualis ei toti; quæ fuit damnũ, & fuit capitale totale: & hi bis mille aurei ſunt æquales illis, etiã bis mille: qui poſiti fuerunt in negotio: & hi bis mille aurei, dicuntur damnum: quia primum, neceſſario deducendi ſunt, ad cõpenſandum damnum: ad reſtituendum capita-
C le: quod poſitum fuit in negotio: & ideo dictum fuit damnum: itaque damnum eſt: quod deducitur pro damno: ijdem numero bis mille aurei, ſunt lucrum, large accepto lucro: quia ſunt prouẽtus in negotio: & ijdem ſunt damnum: large etiam accepto damno: eo, quod, deducendi primum, ad faciendam com-
D penſationem, illorum etiam bis mille aureorum; qui primũ collati, fuerũt capitale totale, & fuerũt damnum: ſic in ſacris litteris, peccatũ dicitur: quod red-

ditur

redditur pro peccato: similiter in his: damnū dicitur: quod redditur pro damno; & pro capitale totale primum posito.

DAMNVM strictius, contractius, & propie sumptum est illud solum: quod totum lucrum large sumptū, quod totus prouentus, tota pecunia reperta in negotio, deducta ad faciendam damni compensationem, non fuit sufficiens, totum damnum compensare, resarcire: sed damni partem incompensatam reliquit; & totum illud, quod non fuit cōpensatum, & illud solum, propie, & vere est damnum. Damnum inquam propie est: quod dicimus damni Damnum, extinctio, iactura, naufragium, interemptio eiusdem rei: quæ fuit & capitale, & damnum: & interemptio, aut totius, aut partis

DAMNVM & LVCRVM si vtrumque larga significatione summatur, & in eadem societate reperiuntur, & in eodem numero negotio, & in eodem numero casu, & tandem in eadem numero re, ad res diuersas collata, vel diuersis rationibus accepta: vt in nostro exemplo docuimus, ijdē bis mille aurei, sunt lucrū, & sunt damnū: & in casu veri lucri, eadem numero pecunia & summa, quæ est in negotio prouentus, tota primū simul, & per se sumpta, est lucrum: quia est prouentus, & redditus, & commodum, & emolumentum, de negotiatione: eadem

dem,pars & damnum,large ſumptum: & pars eſt lucrum ſtrictius ſumptum,& propijſſime:Illa,quamuis eſt lucrum;quia prouentus;eſt tamen damnum: quia
A ſua æqualitate reſpondet damno,& eſt tanta : quantum fuit capitale totale,& totũ poſitum in negotio, & totum damnum: & deducenda primum, & ante omnia,& reddenda conferenti, in damni compenſationem:& pro damno. Hæc vero; quæ, illa, quæ fuit damnum, deducta, reliqua eſt: hæc eſt LVCRVM veriſſimum,& contractius,& propijſſime
B ſumptum. In noſtro exemplo; Repertis in negotio ter mille aureis;hæc ſumma,ter mille aur.ſimul ſumpta tota,eſt lucrum large ſumptum:quia tota eſt prouentus,& redditus,& commodum de negotio: pars eſt damnum:bis mille aurei,toti ſunt damnum: quia reſtituendi ſunt, pro totidem bis mille:qui toti fue-
C runt ad negotium & capitale & damno:& in eorum cõpenſationem primum, & ante omnia,deducendi ſunt:& quoniã,his totis bis mille,& primum deſumptis,de hoc toto lucro,de hac tota ſũma, & aceruo, (ita ſtatuamus)ter mille aur.eſt verũ,omne damnum iã eſſe deductũ,de toto hac re,& de toto prouentu, & lucro:& illis bis mille deductis, reliqui reperiun-
D tur,ſemel mille aurei:ſoli,& toti hi ſemel mille aurei, ſunt Lucrum, propijſſime ſumptum. Ita tandem de eodem aceruo, & cumulo, de eadem confuſione,

de ea-

de eadem summa pecuniæ; ter mille aureorum, reperta in negotio, eo finito; quæ tota per se spectata, est prouentus, & lucrum large; deduximus damnum: deduximus bis mille aureos: qui sunt pro damno: & dicuntur damnum large: & tandem reliqui facti A sunt, & superstites, semel mille aurei: qui soli, qui toti ideo sunt verissimum LVCRVM: quia, facta damni, bis mille aureorum, compensatione, reliqui, & superstites cognoscuntur.

IN his ipsis licet spectare, LVCRVM strictius & propijssime sumptum, & necessario in eodem numero casu, & in eadem numero re, & in eodem numero B aceruo, & in eadem numero summa, reperiri simul cum damno sumpto large. IMMO est impossibile, hoc lucrum prouenire; quin præcesserit hoc damnum: & hoc lucrum reperiri; sine simul cũ hoc damno: quin hoc damnum simul reperiatur. Nam hæc pecunia mille aureorum, quæ est lucrum, non C potest supereſſe: nec supereſſe intelligi: quin adsit præsens, & reuera deducatur primum; illa, quæ dicitur damnum: quo omni deducto, de tota summa, & lucro sumpto large, hæc, quæ relinquitur, iterum accipienda, iam intelligitur, & sentitur tota, & sola, esse lucrum verissimum: & sumptum strictissime. Recte D igitur Accursius, *ad l. Mutius. 4. Gloss.* reprobat Sententiam Seruij Sulpitij, & Ioannis, & subdit:

Damnũ & Lucrum simul.

Sed

certe quicquid dicatur in lege ista : tamen lucrum, & damnum est in eadem societate . Alias enim qualiter vnum de altero deduceretur, &c. Non ita Azon : qui in sua sum-
A ma pag. 87. negat in vno eodemque negotio, posse reperiri simul lucrum, & damnum. sed contrarium ad testatur Euangelium sanctum: quum dicit: Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet . Dauid item, primum insinuauit, prę mittet s illud: Euntes ibant , & flebant, mittentes semina sua ; & subijciens statim. Venientes
B venient cum exultatione , portantes manipulos suos.

QVAMVIS tamen, hoc lucrum propijssime sumptum, & strictius, haud possit exspectari ; quin præcesserit damnum sumptum large , & simul cum eo, & ab eo reliquum: Damnum tamen hoc frequẽs
C est sine hoc lucro : & manet solum : & aliquando, ipsum damnum, capitale inquam patitur naufragiũ, & extinguitur aut pars, aut totum. Possunt quidem in nostro exemplo, bis mille aurei præpositi in negotio: qui fuerunt damnum , & capitale manere salui, & sine lucro, & soli: possunt etiam ipsi ijdem bis mil-
D le aurei aut pars, aut toti perire omnino, & extingui. Damnum & lucrum intelligenda sunt hac acceptione. *ff. l. Mutius. §. Neque enim, & Instit. §. Quod tamen.* Hinc secunda acceptio damni.

DAMNVM porro dicitur, quod acceptum est in eodem ipso damno: in eodem ipso, vt loquuntur capitale: damnum quod contingit, in ipsa pecunia: quę in negotio fuit posita: & tota quæ fuit totale capitale: iactura inquam, & naufragium, interemptio, & extinctio aut totius, aut partis pecuniæ, in negotio positæ. In nostro exemplo, naufragium, quod euenit, in illis ipsis ijsdem bis mille aureis: qui fuetunt capitale, & damnum, aut damno in negotio: hac secunda acceptione, horum ipsorũ aut totorũ, aut partis naufragiũ, & iactura, & absentia, & defectio, aut defect', A

ppijssime, & strictissime dicitur DAMNVM. Vnde, haud ab re, quidem fuerit, hoc damnum, appellare DAMNI DAMNVM, sortis, inquã, & capitalis DAMNVM: interemptio scilicet in nostro exemplo, extinctio, naufragium, iactura, absentia, defectus aut totius, aut partis illius pecuniæ, bis mille aureorum: qui positi fuerunt in hoc negotio, & in eo fuerunt capitale totale: & fuerunt damno large, aut secundum primam acceptionem vsurpatum: & id siue extra societatem, siue in societate. Si toti bis mille aurei perierint; verissimum erit damnum, naufragium, & interemptio totorum bis mille aureorum: B C D extinctis, deperditisque tantum semel mille: damnũ erit verum; tantum semel mille aureorum: ablatis a fortuna aduersa aut naufragio, & absentibus, & deperdi-

perditis,tantũ quingẽtis;tantũ quingentorũ erit,p-
pijſſime ſumptũ,DAMNVM.Huius damni determi
natio adęquata,aut definitio,videtur poſſe aſſignari,
& conſtitui illa. DAMNVM eſt interemptio eiuſ-
A dem ipſius rei, aut quantitatis in negotio poſitæ:
aut totius autpartis. Hac vna definitione, tollitur omnis huius nominis, aut verbi ambiguitas. Hac vna, ſeparatur damnum propie ſumptum: a damno, quod idem eſt cum capitale: & a
B lucro large ſumpto: in quo eſt damnum: quod fuit capitale: tandem,ſeparatur longiſsime a vero lucro: immo fit damnum verum, & propie ſumptum omnino contrarium, LVCRO vero, & propie ſumpto. Damnum tandem verum, illud ſolum eſt: quo omni deducto: quod ſupereſt,intelligitur verum lucrum eſſe. Damni definitio.

C DAMNVM hinc & LVCRVM ſi vtrumque ſtrictius, & contractius æque accipiantur; vt LVCRVM ſit ſolum, quod, de ſumma reperta in negotio, totali capitale primum deducto: & illius facta compenſatione ſupereſt; & DAMNVM ſit ſolum: quod,ſumma illa in negotio reperta, incompenſatum relinquit totalis ca-
D pitalis: aut damnum, & damno ſit ſolum, & totum illud:quod de capitali totali, omnino perijt: & non reperitur,in re & ſumma, in negotio reli-

qua salua; hæc duo si ita proprie vtrumque, sumantur; contrarie opponuntur mutuo sibi ipsis: & maxima contrarietate: vt mutuo se expellant: vt vnum expellat alterum. Hæc duo, hoc damnum, & hoc lucrum, in eodem numero negotio eo finito, in eodem inquam numero casu, simul reperire est omnino impossibile. Hoc iam præsensit Azon: qui in sua summa pag. 87. inquit Lucrum spectandum in vno negotio, & eo iam finito: damnum in alio negotio, iam quoque exacto. DAMNVM, hoc nullo modo potest deduci de hoc lucro: nec lucrum intelligendum, quod hoc damno deducto, supereſt: quoniam hoc damnum, & hoc lucrum non possunt reperiri simul. Illa vero, quorum vnum de altero deducitur: & quorum, determinatio vnius, fit per discessum alterius, illa simul reperiri est omnino necessum.

Damnũ & lucrũ in eodẽ numero casu nõ possũt reperiri. A B

Adhærẽs verbis. Interpretatio.

Explicatio Legis 30. §. Neque enim. C

EXPLICATIO hinc, illius loci. *l. Mutius.* in qua Seruius inquit: Neque enim potest intelligi lucrũ non omni damno deducto: nec damnum non omni lucro deducto: quoniam promiscue vtitur his verbis, & obscurissimam reddit orationem: interpretatio inquã vera: & apertissima hęc erit, in primo membro, lucrũ accipitur strictissime, & propijssima significatione damnũ large, pro eodẽ quod a nostris dicitur capitale: vt illius sententiæ, vicaria hęc apertissi- D

tissima esse possit: LVCRVM propie acceptum nō
potest reperiri, non potest intelligi, an sit, an non,
nec quantum sit; non omni damno large sumpto
A deducto, non toto capitale totale deducto: quin
prius, totum capitale totale, a conferente, aut confe
rentibus deducatur. Hoc damnū, hoc capitale, quod
damnum est, non potest intelligi, fore deducendum,
de lucro vero, de hoc lucro propie sumpto. Nihil
vtique potest deduci, de eodem illo: a quo separa-
tur: & quod post deductionem, integrum reliquum
B a se facit. Hæc enim contradictionem implicant: sed
intelligendum, debere deduci, de aliquo alio ter-
tio, maioris quantitatis: quod commune sit: de quo
vno, vtrumque: & damnum deductum, & lucrum
reliquum. Illud tertium, de quo, hæc duo, hoc da-
mnum large acceptum, & hoc lucrum sumptum stri
cte deducenda, est summa illa totalis, & communis
C reperta in negotio eo finito, & partitioni proposi-
ta. Hæc summa, tota spectata simul, & perse, tota
etiam, large dicitur lucrum: quia est prouentus, &
redditus, & emolumentum de negotio. Hinc, dam-
num large sumptum, deducitur de lucro: non tamen
de lucro propie sumpto: sed de illa summa, maioris
D quantitatis: quæ, quia est prouentus, & redditus, &
emolumentum; etiam dicitur lucrum, sed large: &
de hoc lucro, omni damno, & toto totali capitale

dedu-

deducto:quod,ex hac deductione segregatum, separatum,delertum,& solum relinquitur;hoc solum,& hoc totum,intelligitur esse verissimũ lucrũ. Vt,quæ obscurissima sunt, reddantur clarissima; in nostro exemplo; Reperta in negotio eo finito, summa ter mille aureorum;Toti hi ter mille sunt lucrum, large sumptum:quia prouentus de negotio:horũ eorumdem,bis mille, sunt damnum acceptum large: quia totale capitale fuit bis mille aureorũ: & hi stant pro illis,& in illorum compensationem sunt restituendi: & ideo, large dicuntur damnum:& hoc totum damnum,primum deducendum: hi toti bis mille aurei, qui fuerunt damno, ante omnia deducendi sunt, de hac summa,ter mille aureorum:&his bis mille aureis primum deductis;est verum omne damnum iam esse deductum:& quoniam,his totis bis mille deductis, & hoc toto bis mille aureorum damno deducto,de prouentu, & de lucro ter mille aureorum; & de illa,trium mille aureorum summa;atque eiusdem summæ, reliqui facti sunt tantum semel mille; hi semel mille,& soli,& toti sunt propijssime,&verissime LVCRVM contractius sumptum. Et hæc sit explicatio primæ sententiæ, & determinatio verissimi lucri.

A

B

C

D

SECVNDA sententia, & damni definitio, admodum difficiliores habet explicatus.In hoc membro,

bro, DAMNVM non potest intelligi, nõ omni lucro
deducto: arbitror, estque certissimum id, damnum
accipiendum strictissime, lucrum vero large: pro to-
A tali summa reperta in negotio, eo finito: p toto pro-
uentu & redditu, & emolumẽto proueniẽte de neg.
otio: quę summa mercatorib. ipsa sola, & primũ spe-
ctata large est lucrũ: vt illa sententia, in hanc cõmu-
tari possit. DAMNVM propie, & stricte sumptum,
non potest intelligi an sit in negotio, an non: & quan-
B tũ illud sit; non omni lucro deducto: id est non acce
pta summa: quæ in negotio reperitur: quæ est lucrũ,
& hęc summa collata fuerit, ad illã positã in negotio:
quę fuit capitale totale: quin prius fiat hæc collatio:
quin primũ conferãtur mutuo interse, hæ duæ sum-
mæ: quarum, illa fuit damnum & capitale; hæc, pro-
uentus & lucrum, de illa: utrumque large sumptum:
C non potest intellegi, an hæc excedatur, & superе-
tur ab illa: quod est necessarium intellegere: quo va-
leas dicere Damnum propie sumptũ adesse; quia si
hęc sũma, quę est lucrũ, exceditur ab illa; nec illa to-
ta potest de hac deduci, nedũ hac cõpẽsari: & solus,
& totus excessus, quo hoc lucrum, superatur ab illo
dãno, large sumpto; est vere & propijssime DAM-
D NVM: nõ secus atq., solus & totus excessus: quo, sum
ma reperta in negotio, quę dicitur lucrum large, ex-
cedit illã: quę fuit dãnum, est verissimũ LVCRVM.

Hanc

hanc vnam, esse inhærentem verbis interpretationem, vtriusque illius sententiæ, nos docent Mercatores: quia, hanc vnam sequuntur viam quærendi lucrum, & damnum; quum rationes suas conficiunt: nec aliam veteres illos, & antiquiores habuisse est credendum. Damnum tandem non cognoscitur; si non dignoscitur lucrum: & illud intelligitur damnũ: quo deducto: quod supereſt intelligitur lucro esse. Spero illustrasse permultum, locum obscurissimum, hac etiam oratione multa, & effusa. A

Definitio propia Damni.

DE hoc DAMNO, & de hoc LVCRO strictius sumptis, & secundum hoc significatum, intelligendæ omnes illæ leges: quæ loquuntur de partitione lucri & damni, & constitutione, & adiectione partium societatis: *ff. l. 6. Si societatem. l. 29. §. Si non fuerint. §. Si vero placuerit. l. 30. Mutius. §. non posse Societatem. §. Sed potest societas coiri. Instit. eod. §. Et quidem. §. Nec enim dub.* B

QVONIAM damnum, & lucrum, si stricte sumantur; non possunt simul reperiri: quod Azon iã fatetur in sua summa pag. 87. & antiquior ille Seruius Sulpitius. *ff. l. Mutius.* ideo illud est certissimum in fine negotij, immo negotio iam finito, quærendum, lucrum ne in negotio sit, an damnum: & in exitu cuiuscunque negotij, necessarium est alterum reperiri: aut solum lucrum: aut solum damnũ: aut solum D

lum

lam damni compensationem: id est tantum recuperatum esse capitale totale.

DAMNVM tertio, multo strictius adhuc, & con Tertia
A tractius dicitur interemptio, & extinctio, & iactura Acce-
& naufragium illius vnius, & solius pecuniæ: quæ no- ptio.
stris omnibus vna est sors, est capitale: & de qua neg Damni.
otiatur. DAMNVM inquam, quod subit: & solum periculū cui se exponit vnus ille: qui vt loquuntur ponit pecuniam: ponit sortem: ponit capitale: vt ad *l. Si non fuerint, Gloss. 6.* Damnum, id est periculum
B damni subeundi. DAMNVM scilicet pecuniæ, vt vel disparate pecunia opponitur operæ: tandem perditio, & iactura solius pecuniæ: aut ita, vt eadem ipsa pecunia, de qua negotiatur, vt separetur ab opera, & quia antequam opera exhiberi incipiatur, iam simul tota posita est in societate: quo opera circa illam ad-
C hibeatur: hoc ipso iam dicitur damnum. Quod noster Caietanus vocat capitale, & permanens, & consistens, cum Syluestro: cum magno detrimento animarum: veteres DAMNVM dicebant, & rectius, quidem multo. Nam, damno iam est pecunia: quæ ad negotium confertur: tam longe abest ab eo: quod est
D esse capitale, & permanens, & consistens, perseuerans idem numero, quasi ager, quasi prædium, quasi fundus. Hac vna acceptione, vt ijsdem locis explicabimus, intelligendum hoc verbum damnum, *ff. l. Si*

non fuerint.§.*Ita coiri.Instit.*§.*De illa.*§.*Et adeo.*Qua posita damni significatione.LVCRVM tunc est,totum quod supereſt omni hoc damno deducto, id est deducta sola pecunia quæ a Caiet.dicitur capitale. A
DAMNVM tandem, & LVCRVM in hac doctrina etiam spectari nonnulli volunt,illud quod accipitur in ipsis mercibus,& mercium varijs emptionibus,& venditionibus,asserentes,quando.*ff.l. Mutius.* lucrū non intelligi nisi omni damno deducto, & damnum similiter nisi omni lucro deducto:tum etiam, quādo præcipiunt leges ad vnum duas partes lucri, & damni:ad alium tertiam pertinere, esse intelligendas de hoc damno, & de hoc lucro contingentibus in ipsis mercibus: & ita damnum & lucrum in eodem numero negotio,& casu admittunt: aliter nequeunt inuenire qui lucrū possit de dāno deduci:aut damnū intelligi lucro deducto:Huius adeo præclari ingenij C scriptores,legēdis libris reperies nec paucos.Quorū infantiā,nō ridere,non possum.Et in his,moneamur oportet,*l.Mutius.*non dici: deducendū damnū de lucro,nec lucrum de damno: quod adfert difficultatē.Sed tantum dicitur,ad intelligendū lucrū,oportere deductum esse damnū:non tamen de lucro:& con D tra ad intelligendū damnū,necessum esse,deductum fuisse lucrū,non tamen de damno:sed de negotio:& summa reperta in negotio. B

Quando

Quando in negotio spectãdum aut lucrum, aut damnum.

A PROPIVM hoc habet mercatura, vt in cuiusuis negotij primo principio, & aggressione, tres successus in eodem numero negotio liceat simul spectare lucrum, damnum, & tantum recuperatio & cõpensatio eorum: quę conferuntur: id est neque lucri,
B neque damni. Hi omnes tres successus, sunt æque tãtum in exspectatione. Potest tunc exspectari lucrum. Debet a viro prudenti timeri damnum: potest contingere vt neque lucrum, neque damnum inueniatur. In primo principio ignoratur, an dãno, an lucro negotium futurum sit. Nã anceps tunc, & dubius est omnino illius aut rei, aut negotij exitus, & finis omni
C ex parte incertus. Vnde, æque in societate, atque extra societatem in omni negotio, vt Accursius, *ad l. Mutius. Gloss. 4. obseruat, & ead. l. §. Sed potest societas.* Damnum & Lucrum est in eadẽ societate: in principio videlicet, & in exspectatione. Nã in principio, lucrũ propositum est, & lucrum speratur: aliter nulla esset mercatura: nullus negotium aliquod aggrederetur;
D nisi de eo lucrum speraret: etiamsi aliquando spes fallit: & damnum timere, prudentis est. Omnis itaque negotiationis exitus, aut finis, in principio est

incertus; & quadruplex esse potest, scilicet aut interemptio rerum omnium: aut partem perijsse, & partem reperiri saluam: aut neque lucrum, neque damnum: aut tantum lucrum. Ita in principio, & medio, & dum negotium geritur, exitus semper est incertus. Finito negotio siue extra societatem, siue in societate, tunc solum quærendum an sit lucrum: an sit damnum: an neutrum: id est neque lucrum neque damnum: sed tantum compensatio, & recuperatio rei omnis collatæ, & positæ in negotio. Horum euentuum, in exitu negotij, & finito iam negotio, nullus cum alio potest conuenire: haud est possibile reperiri duos simul: sed in vltimo fine, cuiusuis singuli negotij, horum euentuum alterum fuisse, a fortuna determinatum: & vnum tantum inueniri est omnino necessarium: aut perijsse omnia, & omnino nihil reperiri: Si nihil, de partitione nulla habenda cura: aut reperiri quicquam & tunc, aut lucrum solum: aut damnum solum: aut neutrum: id est neque lucrum neque damnum: sed damni accepti iustam compensationem.

HÆC omnia, hoc eodem modo spectanda semper, siue extra societatem: siue in societate. Ad hoc iudicium, rei ipsius tantum habenda ratio: nulla veroaut non societatis, aut societatis. Non societas, aut societas nihil addit, nihil detrahit facto iam ab

ipsa

ipsa fortuna, & determinato: id est vt lucrum sit vbi est damnum: aut contra: aut efficere vt damnū, vel lucrum maius sit vel minus: quam re ipsa vnumquodque est. Deinde vero videndum, an aliquorum A in negotio interceſſerit ſocietas. Nam, ſi in negotio, aliqui ſocij fuerunt; tum quærendum, qui rerum partitio, aut diuiſio fieri debeat: vt cuique reddatur quod ſuum eſt: vt nulli noxa inferatur: vt iuſtitia ſeruetur omni ex parte.

B

In ſocietatis partibus adijciendis, & conſtituendis, quæ ſpectanda. & ſeruanda.

IN OMNI vera, & ſimplici ſocietate, in qua nec pactio adijcitur, nec aſſecuratio, nec aliqua inter- C cedit culpa; ex qua ſocius damnum præſtare teneatur; omnia quæ collata iam aut ſunt, aut debuerūt eſſe, eo ipſo conuenerunt in vnum: & conſtituerunt vnum totum compoſitum: vnam ſummam, vocant alij capitale, alij ſortem. Hoc totale vnum, compoſitum ex quantitatibus partialibus, aut ſortibus, hoc D ſolum eſt commune inter ſocios, & deinde omnia, quæ in illo toto communi, aut damna contingunt: aut lucra ex eo proueniunt: aut ſummæ natæ, reliquæue

quæue sunt:omnia hæc sunt communia:non aliter,at
que illud totum capitale totale compositum ex par
tialibus.Quantitates illæ,& sortes partiales, ipsæ vt
notatæ sunt, & determinatę a principio, certo ali-
quo numero pecuniæ, sic spectatæ numquam in so-
cietate communes fiunt: sed determinatæ manent, A
quæque se conferenti: & quæque, determinat quo-
que,partes lucri & damni, & summæ reliquæ: quæ
sibi respondent,& debentur,& in constitutione, &
adiectione partium societatis: aut tandem finito ne-
gotio in partitione,aut diuisione lucri, & dāni, aut
summæ seruatæ.Vnde in societate, quęrentibus no- B
bis,lucrum ne sit in societate,an damnum; & quan-
tum;nullo modo spectandæ ipsæ sortes partiales:aut
capitalia partialia: nec damna, aut lucra circa illas
priuatas partes: nec quicquam aut priuatum, aut
priuatim spectandum: vt quod pecunia perierit o- C
pera salua: pecunia reperiatur seruata, perierit ope-
ra: nedum societatis adhuc habenda ratio vlla: ex
his enim, in hac doctrina, apud scriptores, errores
per multi.Sed tantum proponendum nobis,& spe-
ctandum,eodem modo atque extra societatē, illud
totum compositum, confectum ex omnibus positis D
in negotio:quod larga significatione, (vt obseruaui
mus)fuit damno,& mercatoribus, est diciturque da
mnum:deinde,quærenda summa reperta in negotio,

& in

& in exitu negotij reliqua: quæ redditus est, & proventus, quod totum ideo, larga significatione lucrū est mercatoribus, & lucrum dicitur. His duob. acce
A ptis, & propositis, & spectatis: habitis inquā iam his duobus, illo scilicet damno, & hoc lucro, hęc duo nobis conferenda: conferre debemus hoc lucrū, hanc summā reliquā, de negotio natā, ad illud damnū, ad illam summā, ad illud capitale totale, & cōmune, cōpositum ex sortibus partialibus, positis siue in pecu
B nia, siue in opera, siue in vsu nauigij, &c. omnia, ex superioribus pecunia æque sunt, etiāsi non æqualiter posita: quia quæ formaliter pecunia, de qua negotiatur, potest poni tota simul: quę ponitur, & soluitur pro tātum opera, necessario successiue: quāuis, quæ reddenda conducto operario, potest & poni tota simul. Si his collatis mutuo interse, hoc lucrū, excesse
C rit illud damnum: hęc summa, quę est lucrū, excesserit, illam quæ fuit damnum & capitale: intelligitur adesse verum lucrum: & totus excessus erit verissimum lucrum: si fuerit illi tantum omnino ęqualis: facta est solum damni iusta compensatio: quia neque adest lucrum verum: neque verum damnum: si excedatur ab illa, ab illaq. defecerit; totus defectus
D est damnum sumptum stricte: damnum inquā propie acceptum. In nostro exēplo, positis a Petro mille in pecunia totis simul, mille etiam a Ioanne aut in opera.

opera suæ ipsius personæ, aut in formali pecunia, solutis singulis diebus vndecim solidis, operario conducto: aut toti simul a primo principio: quia Iacobus conductus aliter noluit aggredi negotium: ex his duob. milliaribus, quæ sunt capitalia partialia, factū est vnū capitale totale. Hoc solū capitale totale, bis mille aureorum est commune: hæc summa bis mille aureorum solum, communis dicenda: non tamen pecunia Petri, nec Ioannis opera. Hæ quidem sortes partiales nunquam fiunt communes. Damna etiam, & lucra, circa hoc capitale totale sunt communia: non tamen lucrum, aut damnum pecuniæ B Petri: nec lucrum, aut damnum operę Ioannis. Quoniam, etiamsi, finito negotio, in eo, reperiantur tantum mille aurei: viro sapienti, non est dicēdum, solius operæ esse damnum: nec quod, vel primo statim die extremo, perierit tota pecunia, & contigerit solventi mercatori de portu, vbi contracta est societas, naufragium, aut rerum interemptio; dicendum, C damnum esse pecuniæ solius, & operam reperiri saluam: quo genere loquendi, supra vtuntur & Lessius, & Molina. Sed vel tunc tantum spectandum, totum quod in negotio reperitur. Si omnino nihil; si interemptio rei omnis contigit; quisque perdidit D totum: quod posuit: & illud solum: quod actu iam contulit, aut contulisse debuit. Nihil tenetur alter alteri

teri ſoluere: ſiue tanti, ſiue non tanti ſit opera; quanti pecunia eſt: demõſtrata ſunt hæc ſupra, & infra ad huc latius oſtendemus. Nam quod reuera poſitum
A eſt, aut debet eſſe poſitum in ſocietate: illud ſolum poteſt perire ſocietati: quod nec eſt poſitum, nec dum tunc debuit eſſe poſitum, non poteſt ſocietati perire. Si quicquam in negotio ſpectatur reliquum; illud totum, & illud ſolum accipiendum, & conferendum ad totale capitale, & commune, bis mille aureorum: Si quod reperitur in negotio, excedit & ſu-
B perat capitale bis mille aureorum; adeſt verum lucrum in negotio: & totus exceſſus eſt lucro, aut lucrum: ſi totum quod reperitur eſt æquale totali capitali; in negotio nullum eſt lucrum, nullum eſt damnum: ſi quod reperitur exceditur, ac ſuperatur a ca-
C pitale, & defecerit hoc ab illo; certiſſimum eſt adeſſe damnum ſtricte ſumptum: & totus defectus, eſt verum damnum: aut quantus eſt defectus, tantum eſt damnum. His poſitis, & ſtabilitis, in noſtro exemplo, Repertis in negotio, 3000. aureis; lucrum adeſt verum: & tantum ſemel mille aureorum: Repertis tantum 2000. neque lucrum; reperitur, neque damnũ:
D ſed ſolum facta eſt compenſatio iuſta aureorum bis mille. Repertis tantum 1000. damnum eſt verum ſolum, & tantum, aureorum mille. Ita quinto anno extremo. Hæc omnia ſunt communia. Hæc omnia, nul-

la habita ratione societatis: sed negotio tantum spectato,& tantum rebus positis in negotio: nedum spectato negotij domino:sed despectis omnibus,hęc præstitimus: & ab omnibus alijs abstrahentes. His A
iam acceptis,his habitis,tunc solum & tandē ad partitionē summæ repertæ in negotio inter Petrum, & Ioannem socios,faciendā;in iudicium, & consilium vocandę,& admittendæ sunt sortes partiales: ijsdem numeris,quibus in libris rationum, fuerunt notatæ: quæque suo:vt quod Petrus mille cōtulerit, Ioānes alios mille:& sortes fuisse æquales:tunc consideran- B
dum Petrum,contulisse plus tēporis:& duplum eius quod posuit Ioānes:quia Petrus:qui posuit suos mille,statim in principio totos simul;habuit eos occupatos in societate,integros totos quinque annos: Ioannes vero,suos mille posuit cōtinue successiue, in sua opera:quæ successionem, & continuationē sequitur C
tēporis:atque ita totos mille non habuit eos occupatos in societatis negotio, totos quinque annos: sed est verum,ita accipiamus,aut addentes,aut detrahētes paullulum quid temporis annorum quinque, ad omnimodā duplæ proportionis,tēpora hæc reuocatēpus quod mille aurei Petri,peragunt deseruientes D
societati,duplum est tēporis sortis Ioannis: ita breuitati,& perspicuitati inseruientes loquamur. His constitutis,adiectæ iam sunt & necessario,ex regula Ma-

thema-

thematica Algebræ, & societatis cum inæqualitate temporis, partes huius societatis, & facta est partitio lucri, & damni, & cuiusuis summæ repertæ. Ad Petrum lucri & damni duæ partes pertinent: ad Ioan-
A nem tertia. Summæ repertæ saluæ, in casu damni, tantum partes; ad Ioannem duæ partes pertinent, ad Petrum tertia. Vnde lucri & damni mille aureorum ad Petrum, duæ partes, scilicet 666. aurei, 13. solidi. 8. nummi. Ad Ioannem tertia 333. aurei, 6. so-
B lidi. 4. nummi. Hinc, in casu damni mille aureorum, deperditis Ioanni tantum 333. aureis, 6. solidis, 4. nummis, in summa mille aureorum reperta salua, hoc omni damno vero, 333. aureorum, 6. solidorum, & 4. nummorum deducto, salui ei sunt necessario toti cœteri, toti inquam 666. aurei, 13. solidi, 8. nummi. Petro contra, qui per-
C didit totos 666. aureos, 13. solidos, 8. nummos; in summa salua, tantum mille aureorum, solum 333. aurei, 6. solidi, & 4. nummi, possunt esse salui. Quoniam, illud solum potest dici saluum: quod deducto toto quod perijt, est reliquum, aut supereſt. Hæc omnia seruanda, in omni societatis institutione: partium societatis adiectione, aut
D lucri, & damni partitione: & summæ in casibus damni seruatæ, diuisione iusta. Haud quidem parum luminis, putamus, rebus obcurissimis ad-

Saluum dicitur quod, omne deperdito deducto, supereſt

tuliſſe, his noſtris interpretationibus, & exemplis. Sed, quoniam propoſitum eſt nobis multas, teterrimaſque huius diſputationis, & rei de qua agimus fugare tenebras; nec dum exemplis adhibendis ſuperſedebimus: ſed ad vnumquodque, quinque ſuperiorum generum, lucri, & damni, partitionis exempla adponemus: vt demonſtremus quantum adferat adiumenti, & quantæ neceſſitatis ſit in hac doctrina, habitudinem & proportionem ſortis ad ſortem, & temporis ad tempus ſpectare: ad conſtituendas ſocietatis partes: & partitiones lucri & damni, & ſummæ ſaluæ faciendas, ſeruata in omnibus iuſtitia. A B

Exempla partitionunm Lcri, & damni in quolibet quinque generum

C

CVIQVE aut prudenti viro, aut iudici, aut in regula Algebræ, & ſocietatis verſato, præpoſito adijciendis ſocietatis partibus, ſeruanda quæ in proxime ſuperioribus diximus, de lucro, aut damno primum quęrendo, nulla ſocietatis habita ratione: ſed ſpectatis tantum cum poſitis, tum repertis in negotio, & lucro, & damnum large ſumptis, conferendis, & determinando vero lucro, & vero damno: & his determinatis, procedere tunc ad lucri, aut damni, A

mni, aut ſeruatæ ſummæ diuiſionem : atque tunc tantum intendere in partiales ſortes : vt poſſit videre, quæ lucri, & damni, & ſummæ ſaluę partes, ſeruaA ta proportione aut ſorti cuique, aut ſocio reſpondeant. Quæ vt præſtare ſit facilius, proſpiciendum primum; ad quod quinque illorum generum : quæ præpoſuimus ſupra, ſocietas propoſita, ſit reuocanda: ſi aut ad primum, aut tertium, aut quintum, &c.

SI habitudo inter ſortes, fuerit proportio æqualitatis: ac etiam habitudo inter tempus, & tempus: B & omnimoda in ſocietate ſpectetur æqualitas : quæ ſeſe ſtatim oſtentat; omnia vt in primo genere proportionis, & ſocietatis demonſtrauimus erunt, & neceſſario debent eſſe æqualia. Neceſſario inquam, atque ex Mathematica proportione, & ex pręſcripto Geometricæ proportionis ęqualitatis: ſiue partes ſocietatis non fuerint, ſiue fuerint adiectæ, ęquales eC runt neceſſario; velit, nolit vel iudex, vel arbiter, vel quiuis in regula Algebræ verſatus, adijciendis ſocietatis partibus præfectus, aut præpoſitus partitionibus faciendis. Hinc, ad primum ſocietatis genus.

Exemplum, ad I. Genus.

D IN omni, primis generis ſocietate, in omni inquã ſocietate, æqualitatis, æqualiter æquali; OMNIA debent

debent seruare eamdem proportionem aequalitatis: omnia inquam, debent necessario esse æqualia: & capitalia partialia, & lucra & damna: & partes cuiusuis summae in negotio repertae, aut cum lucro: aut sine lucro: aut cum damno. Sed accipiendum illud, quia (vt demonstrauimus) necessarium, verum lucrum, & verum damnum in eodem numero negotio iam finito, aut negotij fine, exitu, & casu reperiri simul non posse: sed tantum alterum: aut solum lucrum: aut solum damnum. Ideo, ad quodlibet genus, exemplum lucri perse, & damni aliud proponemus. Necessarium quidem id, ad illisturanda quam multa: quae haud paucis sunt obscurissima. B

Petrus contulit in societatem mille aur.	1000
Ioannes in eamdem adposuit etiam mille aur.	1000
Sors & capitale totale, & cõmune bis mille aur.	2000 C

Casus tantum lucri.

Finito negotio reperiuntur aurei ter mille	3000
Lucrum verum spectatur tantũ semel mille aur.	1000

Diuisio Lucri. D

Petri sors	1000	*lucratur*	500	*Refert*	1500
Ioan. sors	1000	*lucratur*	500	*Refert*	1500

Casus

Casus tantum Damni.

Finito eodem negotio reperiuntur tantum aur. 1200
Damnum sentitur verum octingentorum aur. 800

Diuisio damni.

Petri sors	1000	*deperdit*	400	*Recuperat*	600
Ioan. sors	1000	*deperdit*	400	*Recuperat*	600

SPECTARE licet, in his duobus exemplis vno lucro, altero damni, omnia esse aequalia. Omnes quidem partes pertinentes ad Petrum, sunt aequales, partibus his: quae pertinent ad Ioannem, & sortes, & lucra, & damna: & quae refert quisque. Ex Elemētis Geometricis Euclidis. Nā si eaqualibus aequalia addas; quae cōsurgunt, quaeque fiunt sunt aequalia: Nec secus, Si ab aequalib. aequalia demas; quę remanent, sunt aequalia. Ideo, omnia seruant eamdē Geometricam proportionalitatem aequalitatis. Vnde.

B

OMNIS Societas primi generis, in qua, omnes partes societatis, & omnia sunt aequalia, est iusta. Omnis contra primi generis societas; in qua, societatis partes sunt inaequales, aut admittunt aliquam inaequalitatem, est iniqua. Hinc, Vlpianus *ff. l.* D 29. *Si non fuerint.* partes societatis adiectae: aequas esse constat. *in Institut.* Iustinianus: Et quidem si nihil de partibus lucri, & damni nominatim conuenerit,

acqua-

æquales scilicet partes,& in lucro, & in damno spectantur.Hæc tamen regula Vlpiani, & Iustiniani, solum potest esse,& necessaria,& vera,in hoc vno primo genere societatis,æqualiter æqualis.Iurisconsulti fere omnes hoc idem sentire declarant in Glossis. A

Lex prima Vl. & Iusti. nõ vera

1.2.3.*ad l.Si non fuerint.*In alijs tamen generibus,quę sunt multo plura,& infinita,hæc regula, vera reperiri haud potest: immo semper falsa.Nam, vt experimentis iam demonstrauimus supra,& latius ostendemus infra, Infinitæ possunt inueniri in secundo genere societates:in quib. sortes sunt æquales: partes vero lucri,& damni,partes etiam summę repertę saluę,non possunt esse æquales,partibus, alteri socio adtribuendis.In quinto etiam genere,infinitę reperientur societates:in quibus,sortes erunt inęquales:partes vero lucri, & damni,& summę repertę saluę,debent necessario esse æquales. Nostrę, quę est nulla ,nihil petimus, des: monemus tamen,nullius hominis,nedum Syluestri, nedum Caietani, nedum Vlpiani,nedum Iustiniani Imperatoris,te credas tantum auctoritati:nedum alicuius aut Ciuilis, aut humanę legis non Canonicę:sed in omnibus exspecato,spectato, introspicito etiã rationem:&in quibus locum habet,vt in rebus Mathematicis scientijs sub iectis,qualia hęc sunt:circa quæ versamur experientiae adhibeto trutinam, vnamque experientiam certam

B

C

D

certam,& fidã ſequere magiſtram.Hac quidem pręuia, & duce,reperies ſane,vel ſi partes ſocietatis fuerint adiectæ,& expreſſæ:ſeruandas eas non eſſe:etiã-
A ſi,lege lata, præcipiat Iuſtinianus Imperator. Nam poteſt fieri,vt adiecerint, expreſſerintque eas: qui ignorant hanc proportionum doctrinam;tum etiam ſocietatis regulam,& Algebræ: ſine quibus difficillimum eſt, immo impoſſibile certo inuenire, exprimere, & conſtituere iuſtas alicuius ſocietatis partes: præterquam in primi generis ſocietate:in qua, ſi æ-
B quas quis adiecerit partes,& capitalia fuerint ęqualia,& collata etiam æqualiter: ęqualitas etiam ſeruata erit,& iuſtitia in partium adiectione,& cõſtitutione:caſu tamen ita contigit: & ſine ſcientia, aut doctrina: quæ dirigat: per-rarus hic caſus. Quod ſi aut ſortes fuerint inaequales,etiamſi aequaliter collatæ;
C vt in tertio genere; aut ſortes fuerint æquales; collatae vero inaequaliter;illę partes lucri,& damni, partes aequales,etiamſi fuerint ex compacto ſociorum adiectae,& expreſſae; haud poſſunt, vel debẽt ſeruari.Habent magnam iniuſtitiam,ex maxima inæqualitate.Vnde intelligendum,Iuſtinianum praece
D piſſe ſeruandas eſſe partes adiectas,& expreſſas: quãdo a peritis,& ſine errore & ſeruata aequalitate, & iuſtitia fuerunt adiectæ: ſecus,ſi in illa ſocietate, aliqua ſentiatur inæqualitas,& iniuſtitia. Cui hæc ob-

scura? cui dubium? iniquam societatem esse? si Petrus & Ioannes ita coïerint societatem, vt collatis mille a Petro, mille etiam a Ioanne, & æqualiter collatis ad Petrum lucri, & damni duę partes pertineant, ad Ioannem tertia? cum ex primi generis societate partes debeant esse omnino æquales? Quod si, ijdem ita coïerint; vt collatis a Petro mille & nouaginta quinque aureis, ac duodecim solidis, totis simul; a Ioanne totidem, sed successiue; singulis diebus annorum quinque, duodecim solidis; ex æquis partibus socij sint; cui, in regula Algebræ, & societatis versato non statim erit manifesta, magna huius societatis iniustitia? Cum ex proportione maioris inæqualitatis temporis sortis Petri, ad tempus sortis Ioannis, quæ est dupla, illud sit necessum; vt, ad Petrum lucri & damni, duæ partes pertineant, ad Ioannem tertia? Si vero iam conuenerit vt ad Petrum illæ duæ partes lucri, & damni pertineant, ad Ioannem tertia; quis in Regula Algebræ, & societatis versatus, poterit dubitare, quin. valeat conuentio?

A B C

Obseru. VIDES iam, in his exemplis, in societatis partium adiectione multos esse anfractus: in hac doctrina per multa, & quasi certissima pericula errandi. Quę enim vera, quæ iusta sunt & æqua in vnius generis societate, eadem, si ad aliud genus societas transferatur; iam

D

iam falsa reperientur; & iniquissima. Nec id solum: sed in eiusdem generis societatibus, hæc eadem incommoda inuenies. Nam quod iustissimum est, in societate vel secundi, vel tertij, vel alterius generis,
A si habitudo inter sortes fuerit proportio dupla; in alia societate, in qua habitudo inter sortes fuerit proportio aut tripla, aut quadruda, aut decupla, &c. aut proportio fuerit alterius generis, vt superparticularis, superpartiens, &c. aut proportio inter tem-
B pus unius sortis, & tempus alterius sortis in secundo genere, aut quarto, aut quinto fuerit etiã aut quintupla, aut octupla, &c. Mutata siquidem tantum proportione, aut tantum sortium, aut addita, aut detracta drachma: aut mutata proportione, temporis vnius sortis, ad tempus alterius, in eiusdem generis so-
C cietate, quæ erant iusta; fiunt iniusta: & contra. Consistit namque æqualitas, aut iustitia, in indiuisibile.

SOCIETAS primi generis, & æqualiter æqualis, hoc habet propiũ; vt, nullã admittat diuersitatẽ: inæqualitatemue: semper omnia debent esse æqualiter æqualia, & eadẽ: omnia debent seruare eamdem æqualitatis proportionalitatẽ. Vnde, si certum est capitalia aut esse, aut fuisse æqualia, & collata æquali-
D ter, & partes societatis adiectæ, vel expressae aliquam continent inaequalitatem; id argumentum certissimum est, & necessarium; partes socie-

tatis, non fuisse recte adiectas. Praeterea, in huius primi generis societate: non est necessaria partitio lucri, & damni: nedum est necessarium quærere lucrū ne sit, aut damnum: sed satis est, aequis portionibus diuidere, totum, quod in societate reperitur: quantumcumque, aut quantumlibet illud sit. Nam in eadem illa summae parte, refert iam quisque aut lucri, aut damni partem illam: quæ ad eum pertinet. A

QVONIAM societas tertij generis, plura habet communia cum societate primi generis; ideo prius apponemus exemplum ad tertium genus, quam ad secundum. B

Exemplum ad III. Genus.

Petrus contulit in societatē mille & ducentos aur.	1200
Ioan. in eamdē contulit æqualiter, tantum aur.	600
Sors amborū sociorū totalis, & communis, aur.	1800

C

Casus tantum Lucri.

Finito negotio reperiuntur aurei	2400
Lucrum verum sunt solum sexcenti aurei	600

Partitio Lucri. D

Petri sors	1200	*lucratur*	400	*Refert*	1600
Ioan. sors	600	*lucratur*	200	*Refert*	800

Casus

Casus tantum Damni.

Finito negotio reperiuntur tantum aurei	900
Damnum verũ sentitur totorum aureorum	900

A

Partitio Damni.

Petri sors	1200	*deperdit*	600	*Recuperat*	600
Ioan. sors	600	*deperdit*	300	*Recuperat*	300

NOSTRAM cum sentiamus infirmitatem nimiam;& eorum a quibus te abducere optamus, sum
B mam reuereamur auctoritatem; ad fidem faciendam exempla,& experimenta, quae in hac doctrina sunt potentissima,permulta præponimus:quibus tantum spectatis Sapientissime, omnia quae adferimus nouissima,(æque ac nos,)verissima cognosces.Nouitas etenim,singularitati coniuncta, sæpe habet inuidiae multum: & haud parum detrahit doctrinæ: Sed in
C propositis exemplis, videre est, quæ docemus existere reuera,& re ipsa:nec res posse aliter se habere, atque superiores tabellae representant. Licet in his videre,primum ommium,esse necessarium;sortes in primis, certo pecuniae numero notatas apponi, & conferri:Petri sortem fuisse mille & ducentorum au
D reorum:Ioannis vero sortem, tantum sexcentorum: deinde habitudinem sortis mille & ducentorum, ad sortem sexcentorum, esse proportionem maioris

inaequa-

inæqualitatis multiplicem,& esse duplam. Quia sors mille & ducentorum aureorum, bis continet sortem sexcentorum,& nihil supereſt: tum duas sortes partiales, vnam totalem mille & octingentorum compoſuiſſe: preterea, repertis finito negotio, bis mille & quadringentis, ex collatione huius ſummæ, quæ eſt de negotio lucrum & prouentus, ad illam ſortem totalem,quæ fuit damno, ex hac inquam collatione intelligi neceſſario, in hoc caſu adeſſe lucrum veriſſimum, ſed ſolum ſexcentorum aureorum: quia deductis primum totis mille & octingentis,qui fuerunt capitale totale, & damnum totale,hi tantum ſexcenti reliqui ſpectantur:nec ſecus,repertis finito negotio tantum nongentis,effecimusneceſſarium,ex collatione ſummæ nongentorum repertæ ſaluæ,ad capitale totale mille & octingentorũ reperiri verũ damnũ: illudq. eſſe nongentorum aur. quia hic eſt defectus,& his deficit lucrũ,& ſumma reperta nongentorum,a damno totali, & capitale totale: quod fuit mille & octingentorum.His adde, ad inuentionẽ huius veri lucri,& huius veri damni, nullã habitam rationem damni aut lucri, quod in mercibus emptis, & venditis forſitam contigit: nec dum fuiſſe neceſſarium ſpectare partiales ſortes. Porro, in eodem negotio,& eadem ſocietate, poſſe contingere æque,hęc duo lucrũ & damnũ: quia in principio v-

pio vtrũque est in exspectatione. Quoniã potest exspectari lucrũ: & prudẽtis viri est, damnũ æque timere, atque lucrũ sperare. Tũ etiã finito negotio alterũ
A tantum reperiri: aut solum lucrum: aut solũ damnũ: non simul vtrũque. Et illud quoque obserua, lucrũ, & damnum deinde diuisa a nobis fuisse, spectata proportione sortis mille & ducentorum, ad sortẽ sexcẽtorũ, & ad eiusdẽ proportionis præscriptũ. Ex quo, nota factum illud, vt habitudo partis lucri pertinen
B tis ad Petrum, ad partẽ eiusdẽ lucri attributã Ioanni; esse etiã proportionẽ duplã: nec secus damni. Nam, quemadmodum habitudo sortis Petri 1200. aur. ad sortem Ioannis 600, est dupla: aeque etiã habitudo partis lucri 400. decretae Petro, ad partẽ eiusdem lucri, 200. attributae Ioãni, est proportio dupla. Dupla quoque est proportio quantitatis 1600. aur. quã de
C negotio refert Petrus: ad quantitatem tantum 800. quam partem eiusdem summae, repertæ in negotio, reportat Ioannes. Nec secus de damno, nongentorũ aureorum, & summae saluae etiam nongentorũ: habitudo etenim partis damni 600. quam decreuimus Petro, ad partem eiusdẽ damni 300. quã attribuimus Ioanni, dupla quoq. proportio est: Nec nõ summae
D 900. reliquę, habitudo partis 600: quam recuperat Petrus, ad partem 300; quam recuperat Ioannes. Est enim proportio dupla. Præterea adhuc,

vt a-

vt apertius rem ipsam, vt textum, & sententiam Iustiniani explicemus; omnia eamdem proportionalitatem Geometricam seruant. Quoniam, vt Petrus, ad sortem totalem, mille & octingentorum, contulit duas partes, scilicet bis sexcentos: Ioannes tertiã, A videlicet semel sexcentos: nec secus lucri totalis 600. Petro dedimus duas partes: bis inquam ducentos: Ioanni tertiam, nempe semel ducentos: totius summae repertæ bis mille & quadringentorum; Petro assignauimus duas partes, scilicet bis octingentos: quae efficiunt mille & sexcentos: Ioanni tertiã, videlicet semel octingentos. Damni totalis nongentorum aureorum, similiter Petro imposuimus duas B partes, id est bis trecentos: qui componunt sexcentos: Ioanni tertiã: hoc est semel trecentos. Nec aliter summae nongentorum: quæ in negotio salua reperitur, Petro restituimus duas partes: bis inquam trecentos: qui sexcentos constituunt: Ioanni semel tre C centos:. Hæc omnia eamdem proportionalitatem seruasse; argumentum est necessarium, & apodicticum, aequissimam fuisse partitionem, & lucri, & damni, & summarum: quas saluas repertas ponimus, constituimusue.

MAXIME vero, & in primis illud obserua; Petrũ D in his partitionibus, non alã lucri aliã damni partem retulisse: sed eamdem damni atque lucri. Lucri 600.

duas

duas partes,bis ducẽtos:qui conſtituunt quadringẽ tos:Damni 900.duas quoque partes, bis trecentos: qui componunt ſexcentos. Æque etiam Ioannes A eamdem accipit lucri: quam ſentit damni,vtriuſque tertiam.Lucri 600.ſemel ducentos: Damni 900.ſemel trecentos. Hoc idem inuenies ſeruata proportione,in omnibus partitionibus,cuiuſcunque generis ſocietatis.

Obſerũdum Quã maxime.

HOC eſt maxime propium ſocietatis, & de intrinſeca ſocietatis ratione: ita vt ſi hæc æqualitas inB ter partes lucri & damni, ad eumdẽ ſociũ pertinentes tollatur: tollatur etiam omnino ſocietas: nec vllum ſocietatis veſtigium relinquatur.Et id in primis obſerua,& memoriæ manda,ad explicationem, & intelligentiam,*l.Mutius* §.*De illa.&* §.*& adeo.* quæ infra explicabimus,& his illuſtrabimus, reddemuſque C clariſſima.

IN ſocietatibus,huius tertij generis, non eſt neceſſum quærere an lucrum, an damnum ſit in negotio: nec quantum: ſed ſatis quidem eſt, diuidere ſummam quamcumque,finito negotio repertam,ſiue magnam,ſiue paruam, ſpectatis ſortibus, & inter Deas habitudine, & in diuiſione, proportionis inter ſortes,ſequi præſcriptum:vt ſi Proportio ſortis Petri,ad ſortem Ioannis fuerit dupla, ſummę repertæ, des Petro duas partes,Ioanni tertiam, vt fecimus

nos in proxime superiori exemplo: Si habitudo sortis Petri, ad sortem Ioannis fuerit proportio quintupla; tribuas Petro, illius summæ, quinque partes, Ioanni sextam: si proportio octupla, Petro octo partes, Ioanni nonam: si proportio quindecupla; Petro quindecim partes, Ioanni vnam, videlicet decimam sextam, &c. Nam hoc vno, quisque refert iam aut lucri, aut damni eam partem: quæ ad se potest pertinere. Nec si diuidat per se aut lucrum aut damnum; aliter euenire sentiet: aut recipiet plus, vel lucri, vel damni: nec minus quicquã. Nam ex Mathematicis, & Elementis Euclidis, si inæqualibus inæqualia, vel detrahas, vel addas eadem proportione seruata: & quæ remanent, & quæ efficiuntur, fiunt inæqualia secundum eamdem proportionem. In alijs generibus non posse hæc seruari, cognosces: cum fueris expertus propositis, & excussis exemplis. A B C

Exemplum ad II. Genus.

Petr. contulit 1095. *aur.* 12. *soli. totos simul aur.*	1095. 12.
Ioan. etiam 1095. *aur.* 12. *sol. successiue opera*	1095. 12.
Sors totalis, & capitale totale, & commune aur.	2191. 4. D

Casus tantum Lucri.

Finito negotio reperiuntur aurei	3191. 4.
Lucrum sunt soli, & toti aurei	1000.

Partitio Lucri.

Petri sors 1095. 12. *lucr.* 666. 13. 8. *Refert* 1762. 5. 8
Ioan. sors 1095. 12. *lucr.* 333. 6. 4. *Refert* 1428. 18. 4

A

Casus tantum Damni.

Finito eodem negotio reperiuntur tantum aurei 1591 4.
Damnum sentitur verum, aureorum 600

B

Partitio Damni.

Petri sors 1095. 12. *deperdit* 400. *Recuperat* 695. 9. 8
Ioan. sors 1095. 12. *deperdit* 200. *Recuperat* 895. 10. 4

IN SOCIETATIBVS primi, & tertij generis, aut in earum partitionibus, haud fuit opus, tempus spectare. Quia æqualiter, & per æquale tẽpus, sortes societatis deseruierũt. In reliquis vero generibus, quoniam Petrus plus addit tẽporis, duplũ tempus, eius quod Inânes confert: nã Petrus, suam sortem, duplo tempore, habet eã occupatam in negotio, & deseruientem societati; & tempus sorti Petri, ad tempus sortis Ioânis est duplum; & Petri sors temporis duas
C D partes pertransit, & peragit. Ioannis sors tertiam. Hinc necessario sequitur, vt ad Petrum lucri, & damni duæ partes pertineant, ad Ioannem tertia. Vnde, quamuis Petrus, non plus contulerit

pecuniæ, quam Ioannes; duplum lucratur & deperdit, eius quod Ioannes: eo solum, quod plus, quod duplum posuit temporis. Hinc inquam, quamuis sors Petri, & Ioannis, sint æqualis quantitatis, & ipsę sint æquales; & habitudo inter ipsas, sit proportio A æqualitatis: quoniam vero habitudo temporis, quod sors Petri in negotio tota occupata, & deseruiens societati percurrit, est duplum, eius temporis: quod peragit sors Ioannis posita successiue in opera: quæ temporis & motus successionem sequitur necessario; ideo, partes lucri & damni imitantur, & sequun B tur, non proportionem: qua se sortes respiciunt: quæ est æqualitatis: sed deteriorem partem: id est proportionem temporis ad tempus: quæ est proportio maioris inęqualitatis multiplex, & dupla. Ex, quo, & apodicticæ rationis, & Mathematicæ demonstrationis vi adacti, cogimur adseuerare, lucri & damni, ad C Petrum duas partes pertinere: ad Ioannem tertiam. Summæ vero seruatæ, & repertæ in negotio, 1591. aureorum, 4. solidorum, ad Ioannem, duas partes pertinere: ad Petrum tertiam. Ad Ioannem inquam 895. 10. 4. Ad Petrum vero tantum 695. 9. 8. Sortes æquales, partes, vero societatis, & summæ repertę D saluæ inęquales. Lucri & damni pauciores; sed summę repertę saluę plures partes pertinent ad Ioānem. Atque hoc est, & accipiatur vt necessarium: si tempus sor-

pus sortis Petri, ad tempus Ioannis, perfecte etiam accipiatur duplum; absolute etiam, ac perfecte, vt duae partes, & lucri & damni pertineant ad Petrũ,
A & tertia vel tantum vna ad Ioannem; est absolute & perse necessarium, ex Mathematica demonstratione, & regula Algebræ, & societatis.

SVMMARVM, quæ finito negotio, in societate reperiuntur, partitio nullo modo potest fieri, eadem via, qua in primo genere: quia harum partes, non sequuntur proportionem sortium: nec proportionem
B partium lucri, & damni: sed quia ex harum vel adiectione, vel detractione fiunt, & determinantur, & hæ partes, & lucri, & damni sunt inæquales: vt, quæ ex his fiunt, & quæ his detractis relinquuntur sint inæqualia; factum est omnino necessarium, ex primis elementis Euclidis. Si æqualibus, inaequalia addas: quæ consurgunt sunt inaequalia. Si ab aequalibus, inae-
C qualia demas: quae remanent sunt inaequalia. Hinc, in casu lucri mille aureorum, adiectis Petri sorti, 666 aureis, 13. solidis, 8. nummis: fit pars summæ Petro decernendae, 1762. aureorum, 13. solidorum, 8. nummorum. Sors Ioannis, additis 333. aureis, 6. solidis, 4. nummis fit. 1428. aureorum, 6. solidorum, & 4.
D nummorum.

IN casu lucri, Petri sors, superat sortem Ioannis, eadem illa parte, qua lucrum Petri, Ioannis lucrum

superat

superat. In casu vero damni, contra eadem pars summæ, decreta Petro, superatur, a parte eiusdem summæ, decernenda Ioanni. Ad inueniendam iu- A
stam diuisionem, summæ reliquae in casu damni; deducendum primum, totale damnum, & diuidendum inter socios spectata vtraque proportione, & sortis ad sortem, & remporis, ad tempus: & impositis cuique, damni partibus, quæ ad eum pertinent, & quod illis deductis, de eiusdē sorte supereſt, illud tantū, & B
illud totum poteſt, & debet intelligi, esse saluum esse. Hinc, in proposito casu, damni sexcentorum aureorum, huius damni, ad Petrum pertinent duæ partes, videlicet aurei quadringenti: his deductis, de 1095. aureorum sorte Petri, tantum 695. aurei, 9. 8. manere possunt, & in hac summa 1591. aureorum, C
& 4. solid. hos tantū sexcentos nonaginta quinque aureos 9. solidos 8. nummos, habet Petrus. Ad Ioānem, illius damni, sexcentorum aureorū tertia pars, tantum ducenti aurei possunt pertinere: in hoc casu, Ioannes hos tantum ducentos aureos deperdit: Ideo, his tantum deductis, de capitali Ioannis, quod fuit 1095. aureorum, 12. solidorum: reliqui manent salui vni Ioanni 895. 10. 4. saluos vt habeat Ioan- D
nes in hac summa 1591. aureorum, & 4. solidorum, totos 895. aur. 10. solid. 4. nūmos, est omnino necessarium: & vt summæ saluæ plures partes referat Ioannes,

nes, quam petrus. Nam, Ioannes, refert 895. aureos, Petrus vero tantum 695. Vnde, manifestum est, non posse probari sententiam Lessij: qui vbi supra num. 10. docet tantum medium summæ repertæ deberi ei: qui ponit operam æqualis valoris: cum plures partes debeantur ei in casu damni: est improbanda: quoniam, in casibus lucri, dat etiam conferēti operam, totum medium summæ repertæ in negotio: nam plures partes pertinent ad eum: qui pecuniam confert. Nec Molina, dat ponenti operam, totum quod ei debetur: etiam si præcipiat restitui ei, totum medium capitale: eius qui pecuniam posuit: quando, finito negotio, illud solum reperitur saluum. Quoniam illius, ei qui posuit operam, plures partes debentur non solum dimidium. Nam qui pauciores partes deperdit, plures partes habeat saluas: quam ille qui deperdit plures, quando paria contulerunt est simpliciter necessarium. Quoniam si ab æqualibus iuæqualia demas: illud fiat minus a quo plura; & illud maius, aut plus maneat: a quo pauciora, detraxeris: qui poteris non sentire apodicticum, in Mathematicis? & ex Elementis Euclidis?

A Lessij doctrina reijcitur.

B Molinæ doctrina improbatur.

C

D

Exem-

Exemplum ad IV. Genus.

Petrus confert totos simul aur. 1095. 12
Ioannes tantum operam aureorum 547. 16 A
Sors totalis, & capitale totale & commune 1643. 8

Casus tantum Lucri.

Finito negotio reperiuntur aurei 2643. 8
Lucrum verissimum sunt solum aurei 1000.

Partitio Lucri. B

Petri sors 1095. 12 *lucr.* 800 *Refert* 1895. 12
Ioan. sors 547. 16 *lucr.* 200 *Refert* 747. 16

Casus tantum Damni.

Finito negotio reperiuntur tantum aur. 942. 18 C
Damnum verissimum adest aureorum 1000

Partitio Damni.

Petri sors 1095.12 *deperd.*800 *Recuperat* 295.12
Ioan sors 547.16 *deperd.*200 *Recuperat* 347.16

D

HÆC partitio facta est nessaria ex superiori, in societate tertij generis. Quoniam, si ibi, ex proportione

tione maioris inæqualitatis dupla sortis 1095. aureorum,& 12.solidorum,ad sortem 547.aureorum, & 6.solidorum, effecimus necessarium, illius lucri
A 1000.aureorum, ad Petrum duas partes pertinere, & ad Ioannem tertiam: Item in secundo genere, ex proportione maioris inæqualitatis dupla, temporis sortis Petri,ad tempus sortis Ioannis,lucri &damni, ad Petrũ duas partes pertinere,adIoannem tertiam; in hac societate,quarti generis,in qua,vtraq.propor tio dupla spectatur, id est in qua Petrus vtrumque
B confert duplum eius:quod Ioannes: Petrus ponit in capitale duas partes,Ioannes vnam:Petrus temporis duas partes, Ioannes vnam:hinc necessario sequitur lucri & damni ad Petrum, quattuor partes pertinere,ad Ioannem quintam. Totum id quidem exigit vna ratio æqualitatis,& iustitiæ:& expertus, per regulam Algebræ & societatis inuenies tu Sapientissi-
C me,hæc omnia esse non modo iusta:sed etiam necessaria. In quibus,illud spectare licet, maxime obseruandum,Petri sortem, ad sortem Ioannis fuisse duplam,& tamen summæ repertę saluæ 642.aureorum, Petrum referre pauciores partes: Ioannem, plures. Ioannem 347.aureos:Petrum tantum 295. Hoc ta-
D men est necessarium. Quia Petrus etiamsi contulit duplum eius,quod Ioannes,& sortem & tempus,eo ipso etiam in casu lucri, lucratur quadruplum: &

quadruplum etiam deperdit in damni casu: deperdit de suis 1095. aureis totos octingentos: tantum ducẽ tos reliquos nonaginta & quinque potest inuenire, & recuperare saluos. Ioannes, quamuis contulit tantũ 547. in hoc casu damni mille aur. tantum tenetur sentire quintam partem: tantum deperdit ducentos aur. Ideoq. cæteri 347. vt toti maneant ei salui, est ne cessariũ. His iam subdamus exẽplũ, ad quintũ genus. A

Exemplum ad V. Genus.

B

Petrus contulit totos simul aur.	639. 2
Ioannes in opera, pretium eius: aureos	1278. 4
Sors totalis, & capitale totale & commune	1917. 6

Casus tantum Lucri.

Finito negotio reperiuntur aurei	2517. 6
Lucrum verissimum solum aurei	600.

C

Partitio Lucri.

Petri sors	639. 2	*lucr.*	300	*Refert*	939. 2
Ioan. sors	1278. 4	*lucr.*	300	*Refert*	1578. 4

D

Casus tantum Damni.

Finito negotio reperiuntur tantum aur.	1256. 6
Damnum verum, solum, aureorum	600

Partitio

Partitio Damni.

Petri fors 639. 2 *deperd.* 300 *Recuperat* 339. 2
Ioan fors 1278. 4 *deperd.* 300 *Recuperat* 978. 4

A QVAMVIS, ad quinque annos, hac societate cõ tracta, lucri & damni præter aureos solidi & nũmi præ terea, & teruntij ad Petrũ, & ad Ioannẽ etiam pertineant, & aliquot solidi, & nũmi, & teruntij ad Petrũ plures; quia tamẽ, parũ pro nihilo reputamus; æquales omnino partes socijs attribuimus, cuique aureos
B trecẽtos. Quoniã si aut tẽpus ita accipiatur, vt quod peragit fors Petri, sit perfectę duplũ ad tẽpus, sortis Ioãnis, aut pecunię Petri sex solidi adijciãtur, vt fors Petri sit 639. aur. & 8. sol. perfecte æquales erunt partes lucri & damni pertinentes ad Petrũ, partib. lucri & damni pertinentibus ad Ioannẽ. Atq. ita semper,
C quandocunq. pretium operæ, fuerit duplum, ad valorem pecuniæ, 8. solidis minus. Quamuis enim, sortes sunt adeo inæquales; habitudo tamen inter partes lucri & damni vnius socij, & partes lucri, & damni alterius, est proportio æqualitatis. Quoniam, quemadmodum fors Ioannis, ad sortem Petri collata, est dupla, & ideo ad Ioannẽ pertinerent lucri & dãni duæ
D partes: æque etiã, quia tẽpus sortis Petri est duplũ, ad tempus sortis Ioannis; ex hac duplici inæqualitate, vna, ex parte Petri: qua fors Ioannis est dupla ad sortem Petri, altera inæqualitate, ex qua tẽpus Petri est

duplum ad tempus Ioannis; ex hac duplici æquali inæqualitate, consurgit omnino necessario, illa summa, & admirabilis æqualitas: vt ad Petrum, & Ioannem lucri, & damni sexcentorum, aeque trecenti, ad quemque pertineant. Duæ siquidem æquales inæ- A qualitates, ita contemperantur, vt gignant aliam ase, sed summam: ac pulcherrimam æqualitatem, nec se- Obserua. cus ac fit in alijs, & ex alijs contrarijs, si contemperentur omnino æqualiter.

Sortes Inæquales Partes societatis æquales.

LICET etiam in his iam videre æquales societatis partes, ex sortibus ita inæqualibus; vt vna ad alteram, eius sit dupla: nec despero posse reperiri; vt B etiamsi vna ad alterã sit vel tripla, vel quadrupla, & tempus ex altera parte conferatur plus, secundum eamdem proportionem; partes lucri & damni prouenient æquales, ex æqualium inæqualitatum temperatione mutua. Experire qui otio abundas: reperies certe euenire & necessario: non aliter atque in C proposito exemplo.

VIDERE quoque, & spectare in his ipsis potes, habere nihil certæ veritatis illam regulam: quam omnes communem tradunt, ad omnes omnis generis societates: quando lucrum & damnum dicuntur communia, communia intelligi æquis portionibus. Sum- D mas, qui cõmunes dicunt vt Couarr. Molina, Lessius, & quãdo solum reperitur capitale ponenti specuniã;

per

per aequales partes diuidunt. In quanta omnes versentur obscuritate; hoc vnũ exemplum ad quintum genus societatis declarat. In proposito quidem exẽplo, neque in casu lucri, neque in casu damni, summae repertae saluae partes, possunt esse aequales: quoniã partes lucri, & damni, in proposito casu sunt equales: & summę, quibus aut detrahentur, adijcienturue necessario erunt inaequales. Quoniam ex Euclidis elementis Geometricis: aequalia si vel addas, vel detrahas inaequalibus: vt maneant inaequalia, aut fiant, est omnino necessum.

A

B

Ex multis experimentis, certæ Regulæ, & Leges.

C EX MVLTIS experimentis, & exemplis, per inductionem communissima, & generalissima colligi prima doctrinarum principia, & elementa; & ex multis memorijs repetitis, gigni artem docet Aristoteles cũ in libris Logicis de Demonstratione: tũ primo lib. Metaphy. cap. 1. Hinc nos, multa supra praeposuimus exempla, & experimenta; vt vera ostendeD remus, & necessaria pronuntiata vniuersalia, & Axiomata: quae ex exemplis, & experimentis collegimus, & ijsdem subijcimus. Quas regulas vocabimus certas: nec non leges.

OMNIS

Regulę 1 OMNIS societas primi generis, omnia ex omni parte debet habere æqualia.

2 OMNIS societas tertij generis habet illud propium, vt in ea, omnia seruent eamdem proportionem: quam inter se sortes ipsæ seruant: si habitudo inter sortes fuerit aut dupla, aut quintupla, aut centupla: partes lucri & dāni, & partes cuiusuis summæ vni sociorum decretæ, ad partes pertinentes ad alterum socium eamdem debent retinere proportionem. A B

3 OMNIS societas, in qua, inæqualitas temporis reperitur, & intercedit, quales sunt societates secundi, quarti, & quinti generis, admittit proportionum diuersitatem: vt alia sit proportio inter sortes, alia inter partes lucri & damni pertinentes ad vnum, & partes eiusdem lucri & damni pertinentes ad alterum, alia inter summarum partes quas vnus refert, & partes, quas reportat alter. C

4 IN societatibus, quarti, & quinti generis, potest fieri, immo fieri est necessarium aliquando, vt qui plus contulit, vel pecunię, vel cuiuscunque alterius rei, pauciores lucri, & damni partes habeat: quod minus, quam alter impenderit temporis: id in quinto genere facile est demonstrare, ex ijsdem quæ supra. Nam si conferente Petro 639. aureos, 12. solidos, Ioannes apponens duplam pecuniam, adijciens D

per

per singulos dies quinque annorum, 14. solidos: tantum potest referre medium lucrum; appositis bis 639. aureis 12. solidis, qui efficiunt 1278. & 12. so-
A lidos; si idem Ioannes contulerit solum 1277. iam nec medium poterit exspectare: sed pauciores partes quam Petrus. Quid si solum, 952. aureos, 2. solidos? Fit quidem necessarium vt Petrus, qui contulit pecuniæ minus, videlicet 639. aureos, 14. solidos: lucri & damni duas partes habeat; Ioannes,
B qui plus contulit pecunię, qui adposuit 952. aureos, 2. solidos lucri & damni habeat tantum vnam. Eo, quod, vel si Petrus posuerit pecuniæ tertiam minus, temporis vero plus posuit quam Ioannes. Tempus enim sortis Petri, ad tempus sortis Ioannis est duplum.

IN omni societate, in qua alter lucri, & damni
C plures partes habet; is qui lucri, & damni plures partes habet, in casibus damni, summae reliquę saluę, pauciores potest habere: quia, qui plus perdidit, vt in re salua minus habeat est necesse: sed seruata proportione, & pro rata.

IN omni societate, in partitione, in casibus lucri, vt possit intellegi an sit, an vero non sit lucrum,
D & quantum; oportet, estque necessum ante omnia deducere de summa reperta totum DAMNVM id est totum capitale totale societatis,

quod

quod fuit compositum ex sortibus partialibus: quas socij contulerunt: & cuique restituenda tota quam contulit: ponenti operam totum pretium eius operae: ponenti pecuniam, tanta, quantam ipse prępo-
A suit. His deductis, erit verum omne damnum esse deductum: & solum quod supererit, poterit intelligi lucro esse: & reuera illud solum, & illud totum erit lucrum commune societati. Tunc tandem illud diui dendum inter socios spectata vtraque, & sortium, & temporum proportione.: non semper aequis partibus: vt videntur multi existimare. Ne secus: In casi-
B bus damni, & quando quicquam saluum reperitur; non potest intelligi, quantum sit, quod cuique suae sortis, in summa reliqua, habeat saluum: quin sit ante omnia cognitum, quantum sit: quod perijt de illo tali & communi capitali: quantum sit: quod de illo desideratur. Vnde primum omnium cognoscere, &
C intelligere oportet, quantum sit DAMNVM in capitale totale: quoniam illud solum, & illud totum damnum inter socios commune esse potest: non autem priuatum aut operæ, aut pecuniae. Tunc solum, hoc damnum totale & commune, in capitale totale & commune contingens, spectata vtraque propor-
D tione non aliter ac lucrum, est inter socios diuidendum. Impositis cuique partibus, quae ad eum pertinent, illius damni: solum, quod omni cuiusque damno

mno vero deducto supereſt, poteſt intelligi ei eſſe ſaluum: & habere in ſumma illa reliqua ſalua, & partitioni propoſita. Quæ ſumma, quantacunque, aut
A quantulacunque illa ſit, ſiue in mercibus, ſiue in pecunia; neceſſario communis eſt ſeruata proportione, in omni ſocietate: etiam in ea in qua alter pecuniam confert, alter non confert.

OMNIS, cuiuſcunque generis, ſocietas, id maxime habere debet: vt ſociorum quiſque lucri, in caſibus lucri, eaſdem habeat partes, atque damni, in ca-
B ſibus damni. Quod ſi alter in caſibus lucri, duas lucri partes ferat: in caſibus aduerſis, damni vnam: alter vero contra, in ſucceſſibus improſperis, damni duas ſentiat, lucri vnam: iam non eſt ſocietas: ſed Pactio crudelis & Leonina: ſi huius damni in alia re, non fiat compẽſatio: & inæqualitas ad æqualitatem non reducatur. Sed, quamuis hæc compẽſatio fiat, erit tan
C tum Pactio iuſta: nullo tamen modo ſocietas. Quoniam, partes lucri & damni, ad vnumquemque ſociũ pertinentes eaſdem eſſe ita eſt propium; ita eſt de intrinſeca ratione ſocietatis; ita eſt neceſſarium, in omni ſocietate; vt hac vna æqualitate ſublata, deſinat omnino eſſe ſocietas. Iniquum enim genus ſocie
D tatis eſt: ex qua, quis damnũ, non etiam lucrum exſpectet: & contra ex qua, quis lucrum exſpectet, non etiam damnum timeat: tum etiam ex qua, quis lucri

Maxime propium Societatis.

duas partes exspectet: non etiam duas damni sentiat: & contra ex qua, quis damni duas partes subeat: lucri non etiam duas, sed tantum vnam ferat. Lex siquidem illa. *ff.* 30. *Mutius*, ita nobis probatur, vt omnium, quæ *ff. Pro Socio afferuntur*, sit probatissima: ita est constans, & stabilis; vt hanc vnam æqualitatem conseruet maxime, & semper omnis generis societas. Hanc in primis veritatem, propositum fuit nobis stabilire, superioribus permultis cum exemplis, tum experimentis: tu Sapientissime omnia perlustra: & reperies id perpetuum, & necessarium, ex proportionum sortis, ad sortem: & temporis, ad tempus præscripto; atque ex regula societatum, & Algebræ. A B

8 OMNIA hæc in societate ita sunt vera, ita necessaria; vt haud sit possibile, aliter se habere. Ita sunt necessaria; vt nullius prudentis viri, aut iudicis æquissimi, aut in regulis societatis, & Algebræ versatissimo, vel arbitrio vel iudicio libero possint aut omnia, aut aliqua eorũ pars relinqui: nedum eorumdẽ ipsorũ sociorum cõpacto. Quoniam æqualitas, & iustitia vera, quæ maxime proposita est societati, nullã habet latitudinem: sed in indiuisibile consistit. Vnde, omnia quæ ex regula Algebræ, a viro in ea versato, in his partitionib. efficiuntur, veniunt necessario, & per se ex natura proportionis: qua se mutuo respiciunt, cũ eædem ipsæ sortes partiales sociorum: tum, qua tempus C D

pus vnius sortis ad alterius sortis tempus, affectum
est. Nam si sortes collatæ æquales fuerint, aut inæqua
A les; & inæqualitate aut multiplici, aut superparticu-
lari, aut superpartiente, &c. & tempora fuerint aut
æqualia, aut inæqualia, & inæqualia inæqualitate
aut multiplici, aut multiplici superparticulari, aut
multiplici superpartiente, &c. ex horum omnium
æqualitatis cum æqualitate: aut æqualitatis cum inæ-
B qualitate; aut inæqualitatis, cum inæqualitate; ex ha-
rum inquam multiplici, ex infinita ac infinite va-
ria & conspiratione, & contemperatione, varie
tas societatum nascitur infinita: vt si vel nummum
sorti, vel momentum vnum, tempori, alicuius sortis
C addideris, vel detraxeris; aliæ iam fiant societatis par
tes: ex varia proportione: quæ ita præscribit æquali-
tatem: vt eam in indiuisibili omnino cõstituat. Hinc,
æqualitas hæc Geometrica, quamquælibet propor-
tio cuiusuis generis exigit propiam, suo necessario
impetu, & per se ita venit, ita prorũpit, vt alio parti-
tionem lucri, & damni trahere, & simul seruari æqua
litatem, & iustitiam, si omnino impossibile. Pertinent
quippe hæc omnia, ad scientias Mathematicas: quarũ
D demonstrationes, certitudine scientiarum omnium
demonstrationes superant. Sed ex *ff. Veterum Iurisc.
pro Socio leges, his adsuamus:* quo vno, Theologis per
gratum fuisse speramus.

Leges insigniores, & earum illustriores Glossæ.

De societatibus instituendis, A deque in illis faciendis partitionibus.

Ex Codice antiquo Diggestorum. Libro 17. Titulo Pro Socio.

Pomponius. Lex VI. B

SI Societatem mecum coieris, ea conditione, vt partes societatis constitueres: ad boni viri arbitrium ea res redigenda est: & conueniens est boni viri arbitrio; vt non vtiq. ex æquis portionibus socij simus: veluti si alter plus operæ, & industriæ, alter plus pecuniæ in societatem collaturus sit. C

QVAMVIS, supra, has leges præposuerimus; easdem nunc repetere opus est. Ibi enim ad refellendam doctrinam Syluestri, & Caietani eas adhibuimus. Nunc autem eas etiam cum suis glossis proponimus nobis explicandas: nec non adhibita trutina D examinandas. Non enim quod leges sint, & Diggestorum Codicis, ideo continent ita infallibilem veritatem

ritatem: vt nullam admittere cõtrarietatem, possint quæ ad veritatem accedat propius. Persuassum mihi fuit semper illud: neminem posse sine crimine discedere vel paullulum ab eis. Sed cum videam, & legam scriptores permultos, aliquando eas quoque non modo interpretari, sed etiam improbare & reprehendere audeo & ego: cum tremore tamen, & studio, vnius eruendæ veritatis: quam vnam, his apodicticis scriptis, vehementius aueo demonstrare.

A

B HVIVS legis Pomponij, duæ spectantur partes: & in vtraque veritatem requiro. Prima lege, illud præscribit; Quando in conuentione, aut ipsa societatis institutione nec adiectæ fuerunt, nec expressæ lucri, & damni partes: quæ ad quemque sociorum debeant pertinere; tunc boni viri arbitrio inquit e-

C runt assignandæ, constituendæ, & determinandæ, Hæc quidem lex nihil habet veritatis: etiamsi probari legam Iurisprudentiæ consultissimis, & quamplurimis. Libero enim viri prudentis iudicio, id non potest relinqui. Nam, vt demonstrauimus supra, atque ex necessarijs, spectata sortium inter ipsas pro-

D portione, ex huius præscripto, vel hac spectata, per regulam Algebræ, & societatis, ab eo, qui diu in ea est versatus debent declarari, & demonstrari partes lucri, & damni, quæ ad quemque sociorum pertinent.

nent. Nec quidem huic liberum est iudicium partium lucri, & damni: sed omnino necessarium, ad præscriptum regulæ Algebrae, & Societatis: quæ A
spectatis sortibus, & inter eas proportione, nec non temporum, reddit cuiq. sociorum, quod suum est: idque sine errore. Debet enim, vt seruetur iustitia in hac partitione, seruari etiam æqualitas: quę in indiuisibili consistit: & in rationibus conficiendis, & partitionibus per regulam Algebrae, & societatis si a B
perito, & versato recte adhibeatur, ostenditur quidem per rationes Mathematicas certissimas, & omnino necessarias: quae nullum libero iudicio, aut viri prudentis, aut iusti iudicis, aut rationibus, & partitionibus conficiendis praefecti locum relinquunt. Hac igitur in parte lex Pomponij longe abest a veritate, tum etiam ab æquitate. C

EXTREMA lege illud viro prudenti præcipit, ne vnquam decernat lucri, & damni partes æquales socijs: qui sortes in societatem contulerunt inaequales: veluti si alter plus operae, & industriae, alter plus pecuniae collaturus sit. Pomponius in hac parte cœlo toto aberrauit: & errorē eundem, iurisD
cōsultissimis, nec nō sapientissimis viris fecit errare. Demonstrauimus siquidem nos, atque apodicticis rationibus, & perquam necessarijs, re vera Mathema-

ticis,

ticis, in secundi generis societate, vel si proposuerit Petrus in societate 1095. aureos, 12. solidos: & Ioānes 1095. aureos, 12. solidos quoque adposuerit, lucri tamen, aut damni, 1000. aureorum ad Petrum pertinere duas partes, videlicet 666. aureos, &c. ad Ioannem tertiam, nempe 333. aureos, &c. In quinti generis societatibus contra, etiamsi contulerit Petrus, tantum 639. aureos, 2. solidos, & Ioannes duplū, videlicet 1278. aureos, 4. solidos adiecerit: quāuis sortes sint adeo inaequales, vt maior a minore bis dimetiatur, vt maior ad minorem collata, eam bis contineat, & ad illam sit dupla: nihilominus tamen partes lucri, & damni pertinentes ad Petrum, & Petro decernendae: aequales vt sint partibus lucri & damni, quae possunt pertinere ad Ioannem, est omnino necessarium: non cōmentum nostrum voluntariū, non otiosum, non liberū est: nihil des nobis sapientissime expostulamus: sed tantum vt tu ipse (si in regula Algebrae, & societatis cum tempore es versatus) velis experiri: ipsa intellectum coget cedere rationi; & discedere a Pōponio: detrahereque fidem eius tantum verbis; sine rationibus: & assentire experimentis nostris, tuis potius. Inuenies siquidem id efficere, duplicē illam inęqualitatē, vnā inter sortes: quia scilicet sors Petri ad Ioānis sortē, est subdupla: altera, inter tempus vnius sortis, ad alterius sortis

sortis tempus: quia videlicet tempus, quod transigit tota sors Petri occupata in societatis negotio, est duplum eius temporis, quod sors Ioannis eidem deseruiens peragit: ex hac duplici sortium, & temporum, in dupla proportione inæqualitate, summam A inter partes lucri & damni pertinentes ad Petrum, & alias eiusdem, adtribuendas Ioanni, æqualitatem natam, necessario, senties. Abrogari igitur toti huius Pomponij legi, factum est iam omnino necessarium.

Vlpianus. Lex XXIX. B

Iustinianus. Instit. lib. 3. tit. VI.

1 Vlpia. SI NON FVERINT partes societatis adiectæ; æquas eas esse constat. C

2 Iustin. ET QVIDEM, si nihil de partibus lucri, & damni conuenerit: æquales scilicet partes, & in lucro, & in damno spectantur.

3 Vlpia. SI VERO PLACVERIT, vt quis duas partes, vel tres habeat, alius vnam: an valeat? & placet valere. SI MODO aliquid plus contulerit societati vel pecuniæ, vel operæ, vel cuiuscunque alterius rei. D

Iustin. QVOD si expresse fuerint; partes hae seruari

uari debent. Nec enim dubium vnquam fuit quin valeat conuentio: Si duo inter se pacti sunt; vt ad vnum quidem duæ
A partes & lucri, & damni pertineant: ad alium tertia.

Vlpia. ITA COIRI societatem posse; vt nullam partem DAMNI alter sentiat, lucrum vero commune sit Cassius putat: quod ita demum valebit, vt & Sabinus scribit: SI TANTI SIT OPERA: QVANTI
B DAMNVM est. 3

Iustin. ET ADEO contra Quinti Mutij sententiam obtinuit; vt illud quoque constiterit. POSSE CONVENIRE vt quis lucri partem ferat: de DAMNO non teneatur.

Iustin. DE ILLA sane conuentione quæsitum est;
C si Titius & Seius inter se pacti sunt; vt ad Titium lucri duæ partes pertineant, DAMNI tertia: ad Seium duæ partes DAMNI, lucri tertia: an rata debeat haberi conuentio? 4

Quintus Mutius contra naturam societatis talem
D pactionem esse existimauit: & ob id non esse ratam habendam. Seruius Sulpitius, (cuius sententia præualuit) contra sentit.

Rationes, quibus superiora probantur.

A

Vlpia. PLERVMQVE enim, tanta est industria socij, vt plus societati conferat, quam pecunia: id est si SOLVS nauiget, solus peregrinetur, pericula subeat solus.

Iustin. NAM & ita coiri posse societatem non dubitatur; vt alter pecuniam conferat, alter non conferat; tamen lucrum inter eos commune sit: QVIA sæpe opera alicuius pro pecunia valet. QVIA sæpe, quorundam, ita pretiosa est opera in societate; vt eos iustum sit conditione meliore in societatem admitti.

B

C

Vlpia. ARISTO REFERT, Cassium respondisse, societatem talem coiri non posse, vt alter lucrum tantum, alter DAMNVM sentiret: & hanc societatem LEONINAM solitum appellare: Et nos consentimus talem societatem nullam esse: vt alter lucrum sentiret, alter vero nullum lucrum, sed damnum sentiret. Iniquissimum enim genus societatis est: ex qua, quis DAMNVM, non etiam lucrum exspectet.

Leonina Societas

D

Iusti-

Iustin. QVOD TAMEN ita intelligi oportet, vt si in alia re lucrum, in alia damnum illatum
A sit; compensatione facta, solum, quod superest, intelligatur lucro esse.

Glossæ, ad superiora illustriores.

B

SI NON FVERINT partes societatis adiectæ: æquas eas esse constat) Si coitur societas in pari pecunia: neque adijciatur de partibus lucri, & damni: dicitur, quod æquales: Sed si dictum sit, quod vnus habeat duas partes, vel tres, alter vnam: quod intelligendum est, cum in societate coeunda dispariter confertur: vt subijcit: dicitur quod valet; si alter plus conferat vel industriæ, vel operæ, vel pecuniæ. Item, etiam valet illud pactum: quod alter habeat lucrum non totum, sed commune: & nihil de DAMNO: quod accidit in casibus, vt subijcit. Aristo tamen reprobat illam societatem quasi LEONINAM: in qua vnus debet habere DAMNVM
C TOTVM, & nihil de LVCRO. Iniquum enim genus societatis est illud: ex quo, quis DAMNVM tantum, non lucrum sperat. Vlpianus. I Casus

Lib. 3. ad Sabinum.

2 *SI NON FVERINT*) Hoc casu æqualiter contulerant pecuniam, vt statim colligitur.

3 *PARTES*) partes lucri, & damni: Capitale tamen erat æquale.

4 *SI MODO ALIQVID PLVS CONTVLERIT SOCIETATI*) Si autem non contulit plus: nunquid hoc valet? Quidam, vt Azon, quod non: vt hic, & in eod. quid enim. §. illud. Et est ratio: quia societas habet ius fraternitatis. Vnde, licet alias huiusmodi pacta seruentur; vt supra Depos. l. j. Si conuenit: hic tamen non valet: vt in ea l. § fin. & in eo. l. Verum, j. rñ. Alij dicunt,) vt Ioannes) quod valet, & subaudiunt, hic MAXIME. Nam hoc ipso, quod socius sit; dicunt alij afferri commodi aliquid: vt, ar. j. de contrah. empt. fundi partem. Tertij, (vt Al.) dicunt quod valet iure pacti: nõ iure societatis. Sed prima verior est. A B

5 *ITA COIRI SOCIETATEM POSSE*) hic MAXIME subaudi secundum Ioannem: Sed Azo conditionaliter: vt supra proximo responso. C

6 *DAMNVM*) id est periculum damni subeundi.

7 *SOLVS*) id est sine socio. Azon, Sed quid, si deperdatur pecunia talis: an sit periculum commune? Resp. Non. nisi hoc actum est. Sicut nec si alter qui operas præstat moreretur, esset commune. Sed an possit vnus alium compellere operari: vel, vt tãtũdẽ pecuniæ reportet, vel reponat? Resp. NON. Quia finita est societas interemptione rerum. Vt in eod. Verũ. §. fin. Accursius. D

SED

SED DAMNVM SENTIRET) *Scilicet damnum totum, vt subiecit. Idem est si partem damni sentiat, & nihil lucri: Azon. Sed cum maiorem partem lucri, & minorem DAMNI ex pacto possunt percipere, vt supra eadem lege in principio. Quis erit finis? Videtur enim, quod si etiam vnum nummum pro lucro habeat, & totum DAMNVM: quod valeat. Sed tamen arbitrio iudicis hoc dirimendum: vt argumentum supra: Si societatem. Vel verius, hoc valet vsque ad tres partes; non vltra.* Nam sic figit hæc lex suos pedes. 8

A

B *SOCIETAS est contractus; qui nuda conuentione conficitur de re, vel negotiatione honesta, eiusque fructu, vel damno communicando inter contrahentes. leg. 67 ff. hoc tit. Neque enim societas est communio: sed effectus societatis est communio pro indiuiso. Quæ duplex est: vna sortis: alia futuri euentus hoc est lucri, vel damni, l. 5. l. 6. ff. hoc tit. Accursius.* Ad tex. Iustin. 1

C

VT ERGO liqueat materia; dic, quod quandoque, inter socios est conuentum de quota lucri, & damni; & illud obseruandum est: vt hic, SI MODO ille, qui plus lucri ferre debet, plus contulerit. l. Si non fuerint, ff. eod. Aliquando est conuentum de lucro, vel de damno tantum: & conuen- 2

D *tio facta in vno, habet locum in alio. §. De illo infra eod. Aliquando conuentum est, vt lucrum æqualiter diuidatur, & ALTER nullum DAMNVM patiatur: & tunc, aut is, qui operam posuit, est ille: qui DAMNVM*

pati

pàti non debet, & valet societas, & conuentio: dicta.l. Si non fuerint. §. Ita coiri. Aut e conuerso: & communiter tenetur

Obser. NON VALERE; Si qui vult non pati DAMNVM, est qui ponit tantum pecuniam. Aliquando nihil est A conuentum: sed vnus posuit pecuniam: alter operam: & habet locũ quæstio, in l. j. C. eod. Ita declarat Saly. & bene in dicta l. Si non fuerint. Sylu. Alias erat in arbitrio iudicis, consideratis sociorum operis. Accursius.

3 TERTIA) pars scilicet lucri, & damni. Accursius.

4 TERTIA) Sed pactio, vt vnus lucrum, alter solus DAMNVM ferat; LEONINA societas est. l. 29. Si B non fuerint. §. vltimo. ff. pro socio. Accursius.

5 AD TITIVM) Computatio hic expedita fiat vt si lucrum in vna re, in alia vero damnum contigerit: vt si deducto omni damno lucrum supersit vnus in duas partes, alter in tertiam partem admittatur eius lucri. Si vero tantum DAMNVM supersit is qui duas partes DAMNI ferre de C bet, in rebus quæ supersunt, TANTVM MINVS quã alter accipiat, QVANTVM faciat tertia pars damni, vt ff. eod l. Mutius. Accursius.

6 QVINTVS MVTIVS) Hic proportionem inter sortem, & euentum exigebat; vt proportione sortis prouentus cõmodi, & incommodi diuideretur. l. 3. eod. tit. Accursius. D

7 SERVIVS SVLPITIVS) Hic seruius sibimet contradicere videtur: vt ff. eod l. Mutius. Sed non est verum. Nam ibi dicit de facto hoc esse non posse: scilicet vt DAMNVM

MNVM & LVCRVM sit in eadem societate. Cum DAMNVM lucro, & e contra LVCRVM omni damno deducto intelligatur: vt ibi dicitur: & instit. eod. versi-
A *culo, & §. ET ADEO. Accursius.*

SERVIVS SVLPITIVS) Sulpitius operam in sorte numerabat. *l. 29. ff. eod. Ergo SORS non tantum ex re; sed ARTE, OPERA, INDVSTRIA aestimanda est. l. 5. l. 6. ff. hoc tit. Veluti in societate Fannij, & Roscij, (de seruo Panurgo) apud Ciceronem de Comedo.* 8
B *Accursius.*

ET ADEO) Hæc pacta inæqualia, tunc demum locum habent; quando alter plus contulit operæ, vel industriæ quam alter: *ff. eod. §. Si non fuerint: in principio ibi: Si vero placuerit. Secundum Azonem. Cum societas sit fraternitatis ius, &c. vt ibi.* 9

PARTEM FERAT) Non totum, alias esset Leo-
C *nina: vt dicitur in fabulis Aniani, vel Æsopi, & ff. eod. l. Si non fuerint. §. fin. & l. Si vnus. §. Sed si pretium, in fine.* 10

Paulus. Lex XXX.

Li. 6. ad Sab. n. 4.

D MVTIVS, libro XIV. scribit, non posse societatem coïri, vt aliam DAMNI, aliam LVCRI partem socius ferat.

SERVIVS in notis Mutij aut, non posse ita socie-

societatem cõtrahi. Neque enim LVCRVM potest intelligi, non omni DAMNO deducto: neque DAMNVM nisi omni LVCRO deducto.

3 SED potest societas coiri, ita, vt, eius lucri, quod reliquum in societate sit, omni DAMNO deducto, A pars ALIA feratur: & eius DAMNI, quod similiter, relinquatur, pars ALIA capiatur.

Glossæ.

1 *MVTIVS*) *Contraxi tecum societatem hoc pacto; vt duæ partes lucri spectarent ad me, & tertia pars DAMNI. Dicit Mutius tale pactum non valere. Seruius dicit, quod nec de facto sic contrahitur societas: vt LVCRVM dicatur; nisi deducto omni DAMNO. Viuianus.* B

2 *ALIAM DAMNI, ALIAM LVCRI PARTEM SOCIVS FERAT*) *In responsione bene dicit:* C *sed in ratione, (quæ tamen non est hic) male. Dixit enim, quasi hoc sit iniquum, propter naturam societatis. Vt supra, lege prima in fine, & Institut. eod. §. De ILLA. Et ideo in hoc redarguitur. Accursius.*

3 *AZON potest etiam esse lucrum, & damnum secundum vnum sensum: & non potest secundum aliũ. Item hic* D *de damno casu accidente: secus si culpa. Quia tunc nõ communicatur immo præstatur. vt supra eod. l. Nõ ob eã. Accursius.*

NON

NON POSSE SOCIETATEM ITA CONTRAHI) *Etiam de facto. Mutius ergo, quasi contra natu*
A *ram societatis esset; reprobauit pactum. Sed Seruius, ideo, quasi nunquam possit accidere lucrum, & damnum in eadem societate, secundum Ioannem. Sed certe, quicquid dicatur in lege ista: tamen lucrum, & damnum est in eadem societate. Alias enim, qualiter vnum, de altero deduceretur? Loquitur ergo inspecto exitu. Simile in peculio, in hæreditate, in fructibus:*
B *qui non intelliguntur esse; nisi deductis impensis: Vt probauimus supra de Peculio, l. iiij. §. Si cred. & , l. Sed etsi. §. Peculium. & C. de bo. quæ liber. l. fin. §. Sin autem aes alienum, secundum Azonem. Item huic est lex contra, supra ead. de illo, in fine. Solut. vt vbi, Accursius.*

C

Trutina fidelis: Crisis diligentissima: Iudicium seueriſſimum.

Legum: & glossarum: quas, de societate coëunda, Veteres Iurisconsulti, scriptas nobis reliquerunt.

D

NI SVPERIORA exemplis, & experimentis, cuilibet propositis, spectandis, prospiciendis, excutiendisque stabilita constituissemus; haud fuisse

mus ausi descēdere ad hoc iudicium. Quoniam vero nos veritas eorum omnium, quę supra, vi sua cogit, ab antiqua illa, in multis recedere Iurisprudentia: quæ in veterum legibus obseruauimus haud tuta, haud vera, decreuimus etiam in iudicium, qua possu A mus obseruantia, & reuerentia nouissime vocare: provna veritate, e teterrimo quo detinetur carcere, ab horridis tenebris afferenda hominibus illuminan dis: quibus est cura, est chara animarum salus.

Pro Lege 6. a Pomponio. B

SI SOCIETATEM mecum coïeris ea conditio ne, vt partes societatis constitueres: ad regulam Algebræ & societatis a viro in ea versato res ea re- digenda est: & potest fieri, vt ex proportionis præ- C scripto, ex æquis partibus socij simus, etiamsi alter plus operæ, & industriæ, alter plus pecuniæ collatu- rus sit: tum etiam, vt ex inæqualibus: vel si alter non plus operæ & industriæ, alter plus pecuniæ conferat; sed tanti sit tua opera: quanti mea pecunia est.

LEGEM etiam vtramque adlatam ab Vlpiano, *l.* D *Si non fuerint. & Iustin. §. Quod si expressæ*, in principio, primam, & secundam; ex superioribus infirmamus. Quoniam, per multis experimentis, effecimus mani-

festum

festum cuilibet: & rationibus apodicticis necessariũ; æquas etiam societatis partes, adijciendas; vel si alter plus contulerit societati vel pecunię, vel operæ,
A vel cuiuscunque alterius rei: & exemplo illustrauimus in quinto genere. Inæquales quoque debere constitui, etiam cum alter non plus contulerit societati vel pecuniæ, vel operę, vel alterius cuiuscunque rei: etiam, quum sortes sunt æqualis quantitatis, & æquales: quod explorauimus, & ostendimus, in so-
B cietatibus secundi generis esse perneccssarium. Ex quibus iam constat, vtramque legem exceptionem pati. Nam prima, Si non fuerint, non potest reperiri perpetuum vera, (quod desideratur ad leges) ni solum in societatibus primi generis: in quibns sortes sunt æquales, & æqualiter collatæ. In societatibus, de quibus sumus certissimi esse primi generis: tantum in his, Si non fuerint partes societa-
C tis adiectæ; æquas eas esse constat. Immo, vt seruetur iustitia est omnino necessarium: æquas eas constituere, & adijcere. At vero in omnibus, aliorum quattuor generum societatibus: Si non fuerint partes societatis adiectæ: inæquales eas esse constat: si constiterit, societatem ad pri-
D mum genus non posse reduci. In alijs aliorum generum societatibus raro contingit: rarum, & difficile est inuenire aliquam: in qua partes societatis

possint constitui æquales. In quinto genere, quando Ioannes ponit pecuniam mille ducentorum, & septuaginta octo aureorum, & duodecim solidorum successiue, quattuordecim solidos per totos A singulos dies, annorum quinque: Petrus sexcentos triginta nouem aureos, & duos solidos totos simul, a primo principio, in hac societate debent constitui partes æquales: quamuis Ioannes contulit plus, & duplam, pecunię Petri. Verum, ex aut pauco aut multo tempore: quo apponitur, hæc, quæ successiue; partes societatis mutantur, & aliæ atque aliæ fiunt. Nam B si Petrus, (vt diximus) totos simul posuerit suos 639 aureos; 2. solidos; Ioannes vero suos 1278. aureos, 4. solidos, apposuerit, diuisos equis partibus, per totos singulos dies, tantum triginta mensium, lucri, aut damni sexcentorum aureorum, finitis, & transactis triginta mensibus, ad Ioannem trecenti & quinquagin C ta, ad Petrum ducenti & quinquaginta; quod si Ioānes, hanc eamdem suam pecuniam successiue adhibuerit, diuisam æquis partibus, per singulos dies septem annorum, & sex mensium, eiusdem lucri contra, aut damni sexcentorum aureorum, ad Petrum trecenti & quinquaginta pertinebunt, ad Ioannem D ducenti, & quinquaginta. Hæc expertus, per regulā Algebrę, & societatis (nihil contendimus nobis desine praxi) inuenies incertas omnino esse regulas primam

mam,& secundam Vlpiani,& Iustiniani,immo aut fal
sas frequentissime:aut per-raro veras. Nam secun-
da quoque illa,si vero placuerit,vt quis duas partes,
A vel tres habeat,& alius vnam,an valeat, & placet va-
lere.SI MODO,aliquid plus cõtulerit societati,vel
pecunię, vel operæ, vel cuiuscunq.alterius rei;hæc
inquam vel regula,vel lex,etiam totavia errat a sco
po veritatis:quoniam frequentissime aliter euenire
senties,si fueris,expertus,&eodẽ illo superiori exem
B plo,quo condemnauimus superiorem, demonstraui
mus,hanc quoque recedere quã longissime a verita
te:& omnino esse improbandã.Quoniam Petrus,qui
minus cõtulit pecunię,& subduplã,eius,quã Ioãnes,
quinto extremo anno,lucri & damni æquales habet
(vt docuimus)partes: & idẽ septimo extremo anno,
& sex mensibus Petrus trecentos & quinquaginta:
C Ioannes ducentos & quinquaginta:etiamsi plus con
tulit pecuniæ,& duplã eius, quam contulit Petrus.
Quod si eadẽ societas fuerit contracta ad triginta tã
tum menses; Ioannes idem, qui contulit plus pecu-
niæ iã lucri,& damnitrecentos & quinquaginta, &
Petrus ducentos & quinquaginta. Tum etiam iam
plures habebit partes lucri,& damni,si duplam suam
D pecuniam succesiue posuerit, diuisam æquis parti-
bus,per totos singulos dies,tantum vnius anni.Con
tra protacta eadem ad decimum annum, adiectis a

Ioanne

Ioanne succeſſiue diuiſos æque per totos ſingulos dies ſeptem ſolidis, decimo anno extremo, idem Petrus qui poſuit minus pecuniæ: quam Ioannes, ſubduplam ſcilicet habebit lucri, & damni plures partes, eiuſdem lucri ſexcentorum duas partes: quadringentos ſcilicet aureos: Ioannes vero, quamuis, plus poſuit pecuniæ, & duplam eius, quam Petrus, vnam tantum partem: videlicet aureos tantum ducentos. Tandem prolata ſocietate ad 30072. dies, poſito a Ioanne ſucceſſiue per dies ſingulos, ſolido; lucri & damni quantilibet, multo plures partes pertinebunt ad Petrum, qui minus pecuniæ poſuit: ad Ioannem pauciores: quamuis poſuit multo plus pecuniæ: duplam eius, quam poſuit Petrus. Ex vna varietate temporis, tota hæc differentia. Eo quod Petrus per totos dies ponit totos ſuos ſexcentos aureos. Ioannes ſuos ſucceſſiue, in hoc poſteriori exemplo per ſingulos dies addit ſolidum: & ei non poſſunt deberi, tot partes lucri: quot eidem illi deberentur; ſi diebus ſingulis adijceret aut viginti quattuor, aut triginta ſex, aut quadraginta, & octo ſolidos. Quo plus pecuniæ apposuerit Ioannes ſingulis diebus, eo plures partes lucri & damni pertinebunt ad eum: & pauciores ad Petrum: & quo minus pecuniæ per ſingulos dies Ioannes adhibuerit; eo contra ad Petrum, lucri & damni

A B C D

mni plures partes pertinebunt, ad Ioannem paucio-
res. Hæc nulli possunt esse dubia. Vnde regula, lex-
ue secunda Vlpiani, & Iustiniani haud certa, haud
A tuta, haud vera: sed deficit a veritate & frequen-
ter, & frequentissime. Quod haud quidem nos, sed
praxis ipsa, & res ipsa, exposita, & proposita sensi-
bus vt id tibi Sapientissime persuadeas, summo suo
iure exposcit, expostulat, exigit. Desine ideo iam
quæsumus, veritatis ipsius lumine irradiatus, remis-
sa excandescentia, desine inquam nobis succense-
B re: quod an si fuerimus inquirere, in leges etiam cō
mendatissimas, sua ipsarum antiquitate, nec non pa-
rentum, conditorum inquam auctoritate, dignitate,
maiestate. Nihil supra sensum, nihil, cui non cogaris
assentiri, (si in illud intenderis: si incideris) adferi-
mus: nihil, tantum rationi (cui & falsum frequenter
C subest) tribuendum poscimus: tantum, velis specta-
re, desideramus. Quod si assequuti fuerimus; ti-
bi persuasisse, & vt tu alijs persuadere vehementius
aueas, iam perfeciſſe sumus certissimi.

IAM NVNC feres, speramus æquiore ani-
D mo improbationem, insignium, ad has leges, glos-
sarum, a splendore fulgentissimo auctorum clariſ-
simarum 1. 2. 3. 4. *& ad Instit.* 2. a Viuiano, Accur-
sio, Azone, Ioanne, &c. & omnes posterioris seculi

Iuriſ-

Iuris vtriusque consultissimis Sylvestro, Couarruuia, vbi supra concl.2.Ex his, iam, quos permultos in varias sententias dissecuit,discerpsit,& reiecit a veritate auersos,factum necessarium illud,QVAMVIS ALTER plus contulerit societati pecuniæ, vel cuiuscunque alterius rei etiam consistentis, & permanentis,nec non operæ,habere lucri, & damni multo pauciores partes aliquando, illum; qui plus contulit:quam illum,qui minus: si qui plus contulit pecuniæ; minus contulit temporis: & plus contulit temporis,qui minus pręposuit pecuniæ.Manifestum comprehenditur hoc totum, ex superiori exemplo. Quod,vt Gloss.4.& ad illa verba,SI MODO ALIQVID,&c.insinuat; negauit Azon. Et est necessarium,ex eadem illa ratione:quam in contrarium, & sue sententię confirmationē,&minus recte Azon adfert.Quia scilicet societas habet ius fraternitatis, & ius fraternitatis,est ius gentium, & naturale: quod vnicuique reddit,quod suum est.Ex quo, ad Petrū, etsi minus contulit societati pecuniæ, collatis 639. aureis,2.solidis; quam Ioannes, qui duplam adposuit,videlicet 1278.aureos,4.solidos; quinto extremo anno ęquales,septimo, decimo, vigessimo lucri & damni plures: ad Ioannem vero pauciores pertinent.Nec solum ex pactione,aut conuentione,vt alij existimarunt, eadem Glossa adtestante. Nec vt Ioan-

A

B

C

D

Azonis, & aliorū Veterū Iurisconsultorum Gloss.im probātur

Ioannes adijciens illud ſuum, & hic maxime. Nec, eo, quod hic Petrus aliquid commodi, Ioāni adferat coita cum eo ſocietate (hęc quidem ratio ſcribenti,
A nec quærenti, nec volenti, ſed affecto melancholia triſti riſum obtrudit) ſed quia, quamuis minus pecuniæ, temporis vero Petrus plus multo, quam Ioānes impendit, & conſumpſit. Quia Petrus, ſuos 639. aureos, 2. ſolidos, totos ſimul habuit eos occupatos, in ſocietatis negotio, totum illud aut quinque, aut ſeptem, aut decem, aut viginti annorum tempus: &
B per totos ſingulos dies, totos ſimul ſuos 639. aureos, 2. ſolidos habet poſitos in ſocietate: Ioannes ſuos 1278. aureos, 4. ſolidos, adijcit eos ſucceſſiue, & pro tracta ſocietate, ad multos annos, per minutiſſimas partes adpoſuit eos, collatis ſingulis diebus, tantum aut ſeptem, aut ſex, aut trib. &c. ſolidis: quorum, qui extremo die fuerunt appoſiti: nec toti, totum diem
C integrum extitere occupati, in ſocietatis negotio. Quis iam non ſentiat, veriorem hanc ſententiam, etiamſi Accurſius, Azonem ſequutus, & eius ſententiam amplexatus, eam declarauerit minus veram? Quis vi adactus iam apodicticæ, & Mathematicæ rationis, non ſentiat veriſſimam, non intelligat neceſ-
D ſariam: & eſſe non quod placuerit, non quod expreſſæ fuerint partes; non quod ex pactione, & conpacto, (id enim ſolum non efficit iuſtum contractū,

qui inæqualitatem inuoluit) nec eo quod socius sit; sed ex ratione intrinseca societatis ipsius: quæ ius habet fraternitatis: & ius fraternitatis, non est vt omnia æque sint communia: (quod forte decepit Azonem) A sint inæqualia, & inqualiter contulerunt: sed ius fraternitatis est, vt æqualitas spectata proportione eorum, quę quisque contulit seruetur: ex vna æqualitate, & summa iustitia. Cui maxime propium, & maxime propositum reddere cuique, quod SVVM EST. Et Petro in his casibus decernere lucri, & damni, æquales partes ac Ioanni, quinto anno extremo, & plures, si ad longius tempus protracta fuerit societas. Nam ex iure naturali, & sociali, & fraternitatis, Quicquid quod positum in societate aut perit, aut saluum manet, aut lucratur, tantum se conferenti, & tãtum sui domino; aut perit, aut manet saluum, aut lucratur. C

DEMONSTRATIS his, & stabilitis lex illa secunda, Si placuerit est vera tantum in omnibus societatibus cum secundi generis, in quibus, vterque ponit pecuniam & æqualem, sed vnus illam totam simul, alter successiue: tum tertij generis: in quibus, D alter plus confert societati pecuniæ, aut cuiuscunque alterius rei: alter ponit minus pecuniæ, aut alterius cuiuscunque rei, & æqualitate temporis seruata.

uata. Tum quarti generis, in quibus, alter confert plus pecuniæ, & totum simul, & a primo prin-
A cio, & per totum societatis tempus: alter vero & minus pecuniæ, & illam succesſiue. Tandem quinti generis: in quibus, alter plus confert pecuniæ, sed succesſiue: alter minus pecuniæ, sed totam simul; in quibus societatibus, si qui plus confert pecuniæ, succesſiue intra breue tempus, illam contulerit, &
B per partes maximas, refert plures partes lucri & damni: si ad longum tempus, & per partes minutas; iam habebit pauciores partes: & in aliqua certa proportione temporis, & sortium erunt socij, ex æquis partibus: sed hęc consistit in indiuisibili, &
C semel tantum, & in illa solum proportione reperiri potest. Hæ vero societates, in quibus conuenit, vt quis duas, aut tres partes habeat, alter vnam, non eo solum, quod socijs sic placuerit: nec eo solum, quod ipsi, partes societatis adiecerint, constituerint, expresserint ex compacto, erit societas iusta, & rata habenda: si non recte constituerunt partes: si cui attribuerunt duas, aut tres, debebantur aut quattuor: aut sex: & cui concesserunt v-
D nam, spectata vtraque proportione, aut duæ, aut tres debebantur: sed tunc tantum rata habenda, aut quando per regulam Algebræ, & societatis, versatus in ea, constituit seruata

æqualitate, partes: aut socij, casu, recte eas adiecerunt.

POTEST ita coiri societas; vt quis duas,& tres, & quattuor, & decem, & centum, & mille partes habeat, alter vnam. Si qui duas, tres, decem, centum,& mille potest habere, ad commune, & totale capitale,totidem partes contulit; alter,tantum vnã: & vterque per idem,& æquale tempus: ut si Petrus posuit mille aureos,Ioãnes unum. Si finito negotio, bis mille, & præterea duo aurei: deducto toto capitale,deductis a Petro mille, quantos contulit,& a Ioanne aureo: quia aureum contulit; reliqui mille & aureus,toti erunt lucrum: huius, ad Petrum mille partes,mille aurei pertinent: ad Ioãnem vna pars, aureus tantum: Idem habeto iudicium; si Petrus contulit mille aureos, Ioannes centum; Petrus habebit decem partes: Ioannes vnam: si Petrus posuit aureos quinquies mille; Ioannes semel mille; Petrus habebit quinque partes: Ioannes vnam. Et hęc sunt omnino necessaria: nec aliæ partes possunt constitui aut a socijs,aut ab alio, nec liberum est de his iudicium: vt voluit Vlpianus: qui dicit; Si vero placuerit. Vnde, etiam ex his ipsis, manet infirmata Azonis sententia: qui, vt Gloss. 8. adtestatur existimauit, posse conuenire; vt quis duas,& tres partes lucri,& damni habeat,alter vnam: non tamen posse pasciſci, vt vnus

nus habeat octo, decem, viginti, nedum quattuor: alter vnam. Sed verius (inquit Azon) SIC FIGIT HÆC LEX SVOS PEDES: vt hoc valeat, vsque
A ad tres partes non vltra. Ratio quidem haud digna: cui locus detur in hac de societate doctrina: quæ, quod versetur circa numeros, & vni subijciatur Arithmeticæ, potest id etiam, potest cũ ipsis numeris in infinitum proferri: vt vnus & mille, & centies mille, habeat, alter vnam: vt tandem, partes vnius, ab alterius vna parte, pœne infinite distent: Sed consule
B tu Sapientissime, in Algebræ, & societatis regula, & in Arithmetica versatissimos, & peritissimos: & inuenies rationem Azonis iure irridendam: quam ipse loco correctionis, & vt veriorem adfirmat: cum dicit. Vel verius, &c. Nedum quod præmittit; arbitrio iudicis hoc dirimendum: sed ex iure naturali est iam
C determinatum, determinatis, & notatis primum, certo numero pecuniæ, sociorum sortibus: si Petrus cõtulit, aut decies mille, aut vigessies mille aureos, Ioãnes vero tantum semel mille, ad idem & per æquale tempus; vt ad Petrum lucri, & damni aut viginti partes pertineant; ad Ioannem, tãtum vna: ita est verum,
D ita certum, ita necessarium, ita manifestum: vt, nemini hominum possit esse obscurum, vel dubium; nedum iudicio libero, aut arbitrio iudicis locus vllus relinquatur.

MANI-

MANIFESTATIS iam his, & expositis, & productis in propatulum: accedamus iam, vel cum pauore, cum tremore ad teterrimas illas tenebras, (quas A nemo hominum, non horret) illarum quæstionum: in quas nos protrudunt duæ illæ societates: cum illa: quam, in hoc eodem loco proponit, & tradit, præscribitque Vlpianus. §. *Ita coiri: & Iustit. Instit. §. & adeo, tum illa Instit. quam Iustinianus. §. De illa. & Paulus Iurisc. ff. l. Mutius. §. Sed potest Societas.* B

Glossa Auctoris, ad illa verba.

Vlpia.) Ita coïri societatem posse, vt nullam partem Damni alter sentiat, LVCRVM vero commune sit.

Instin.) Posse conuenire, vt, quis lucri partem ferat: de DANNO non teneatur. C

De illa quæritur societate: ex

qua Petrus, & Ioannes inter se pacti sunt; vt Ioannes nullam partem DAMNI sentiat: LVCRVM vero commune sit: an rata debeat haberi conuentio? D

TANTA est, & fuit, huius rei, & quæstionis difficultas: vt altissimam quoq. exercuerit & antiquitatis,

quitatis,& posteritatis, omnium inquam seculorum SAPIENTIAM: & torserit acerbissime cum primis Iuris æquioris,præstantioris,& communissimi Con-
A sultissimorum quæque ingenia, etiam acerrima. Et Vlpianus,& Iustinianus his in locis, & Paulus. *l.* 30. *Mutius.* suis scriptis aperte ostendunt,Priscis illis sibi superioribus Cassio, Sabino, Aristoni, Quinto Mutio,& Seruio Sulpitio dubiam maxime, & perdifficillem fuisse harum quæstionum explicationem,
B & definitionem, nec non societatum comprobationem. Quamuis Iustinianus primam proposuerit illam:ex qua, Titius, & Seius, inter se pacti sunt; vt ad Seium duæ partes damni,lucri tertia: nos tamen cõmutamus ordinem: quoniam de illa nihil Vlpianus, & habet etiam illa, quam hæc difficiliores explicatus: & huius, ad illam præfinitio erit quammaximo
C adiumento.

CASSIVS,& Sabinus,vt Vlpianus refert,existimarunt, & scripsere ITA COIRI societatem posse Petrum, & Ioannem; vt, Ioannes,damni nullam partem sentiat: LVCRVM vero commune sit: SI TANTI sit opera:quanti DAMNVM est.

D Iustinianus.Et,adeo, contra Quinti Mutij sententiam obtinuit; vt,illud quoque constiterit: POSSE conuenire, vt Ioannes, LVCRI partem ferat:

de

de DAMNO non teneatur. Quod Seruius etiam probauit.

HIS tantum continetur tota, circa hanc societatem antiqua,& prisca Iurisprudentia. Posterior vero, & nostrorum iuris cum Ciuilis, tum Canonici, A
K tum Diuini singularis doctrina,summa sapientia, altissima Theologia in dogmata diuersa, in sententias varias distrahitur, & sectas: prout quisque accipit hęc tradita ab Vlpiano,& Iustiniano.

SYLVESTER, & Caietanus, & omnis chorus, quem ducunt ipsi;putant,Vlpiani, & Iustiniani legē B
intelligendam;quomodo & ipsi supra: Ioannem,qui ponit operam,non teneri de damno pecuniæ: quam Petrus confert:lucrum vero inter eos, commune debere esse: sed tantum lucrum: & æquis portionibus: SVPPOSITO quod,pecunia posita in societate, & industria æquiualeant. Pecuniam vero positam a Petro,haud fieri communem aliquando, nec in illa damnum.Præterea lucrum esse illud totum:quod,a Petro deducta ante omnia, tota illa pecunia,quam ipse præposuit:fuerit reliquum. Quod si pecunia posita in societate, & industria non æquiualeant; lucri, ad Ioannem, qui ponit operam pertineant tantum totæ eæ partes: quæ pretio, & æstimationi operarum D
respondent:ita,vt si minoris sit opera; pauciores: si tanti;æquales: si pluris;plures.

IN

IN hac societate, Sylvester, & Caietanus, nolunt operam in societate numerare: ex tantum pecunia æstimant sortem: nullum Ioanni concedunt capitale
A pro pretio operæ, deducendum ante diuisionem lucri. Præterea, etiamsi pereat pecunia Petri tota; Ioannem non teneri vnquam persoluere Petro, partem aliquam pecuniæ. His positis, arbitrati sunt, (existimo) Sylvester, & Caietanus, se mentem Vlpiani, & Iustiniani, & iustitiæ summam assequutos fuisse: & expressisse, huius generis societatem, omnium æ-
B quissimam: nihil tamen minus; vt nostra demonstrant.

MAIOR, Conradus, Couarruuias, Molina, Lessius, & alij ante Sylvestrum, (vt fatetur ipse) qui chorum alium constituunt, locis quisque vbi supra, operam numerant aliquando, & dicunt numerandam in sorte: sed Molina in primis, & Lessius, suæ ipsorum
C sententiæ statim obliuiscuntur: solam pecuniam alterius dicunt sortem esse, & capitale: & seruata, aut reperta in societate finito negotio, solum tanta pecunia: quantam præposuit: qui pecuniam contulit; consentiunt cum Caietano, & fatentur, totam eam esse sortem, & capitale eius: qui pecuniam po-
D suit: tamen esse communem hanc sortem: & totum quod de ea datur ponenti operam, desumi de sorte eius: qui pecuniam præposuit: aper-

te id maxime Lessius *vbi supra num.* 11. *Molina concl.* 1. *Couarruu. concl.* 1. Molina, & Lessius totam, quamtamcumque summam, in negotio reliquam, & in societate repertam communem concedunt, spectatis pecunia, quam sortem vocant, & capitale: & pretio etiam operæ. Omnia fatentur communia & sortem, & capitale, & damna, & lucra, seruata proportione. Si opera inquit *Less. num.* 10. valeat quanti sors alterius; debetur ei dimidium totius summæ, &c. Sed hanc partem, etiã improbauimus supra. Ex eo quod, nulla habita ratione temporis, cuius successionem, opera, quia motus: sequitur necessario; attribuunt ponenti operam lucri, & damni plures multo partes: quam, quæ ad eum pertinent: & summæ reliquæ saluæ, in casu damni, pauciores multo. Couarruuias etiamsi aliter acceperint Molina, & Lessius, aperte. 1. conclusione dicit: DAMNVM in pecunia contingens, quando tanti est opera, quanti pecunia, nullo modo commune esse: sed totum pertinere, ad eum vnum qui pecuniam confert: Damnum, & lucrum contingentia in ipsis mercibus, & in ipso negotiationis exercitio tantum, communia esse concedit.

PECVNIAM saluam in absentia lucri, fatetur communem esse vtrique, & æquis portionibus. Quod si lucrum aliquod supersit: non est communis: sed tantum lucrum est commune; ex sententia Couarruuiæ

uarruuiæ. Tum etiam damnum pecuniæ est commune quando non est tanti opera: quanti pecunia est: ideo, ex Couarruuiæ sententia: qui ponit operam, tenetur reddere & persoluere ponenti pecuniam, totum mediũ pecunię deperditę: quod est grauissimũ. Molina, & Lessius, dicunt quando nondum exhibita opera, perit totum capitale, tota pecunia; teneri, qui ponit operam, persoluere socio ponenti pecuniam, totum medium pretiũ, totã mediam çstimationem restantis operæ: quod minus graue: sed vtrumque iniquissimum: vt demonstrauimus, ostendemusque.

A

B

SVNT qui existiment, ab Vlpiano, & Iustiniano hic, talem describi societatem, & pręscribi; vt ei, qui nullam damni partem sentit, eius sors fiat ab altero secura. Contendunt non posse reperiri iustam hanc societatem: quin ei adijciatur assecurationis contractus. Vnde, vt obseruat Accursius ad *Instit. Gloss.* 2. Aut is, qui operam posuit, est ille, qui Damnum pati non debet, & valet societas, & conuentio: Aut e cõuerso; & communiter tenetur nõ valere: si qui vult nõ pati damnũ est qui ponit tantum pecuniam. Hãc interpretationem accipit *Couarruu. vbi supra a Panormitano, in cap. per vestras, colum. 2. consil. 77. lib. 1. & Anan. in dicto cap. vltim. de vsuris, num. 7.* Arbitrantur huius sententiæ auctores, sine assecuratione, & quin

C

Lessi. vbi sup. cap. 26. dub. 3. nu. 24.

D

pretium assecurationis vere soluatur, hanc societatē descriptam hoc loco ab Vlpiano, & Iustiniano esse contractum iniquissimum, & mutuum vsurarium. Putant enim, iuxta prescriptum, aut mentem horum textuum; eum, qui pecuniam confert, esse, qui ex Vlpiani, & Iustiniani decreto, non tenetur de damno. Hinc Syluester, & Caietanus statuunt illud. Et si, quidem inuenitur damnū capitalis in toto, vel in parte: sentiet quicquid damni est dominus pecuniæ, qui ILLAM posuit: qui posuit ILLVD. Verū enim uero, Si CAPITALE tantū inuenitur, saluum erit DOMINO eius: qui posuit. Ne vsurarium mutuum efficiant; ponunt primam conclusionem, cum sua ratione. Secundam addunt conclusionem, existimantes, nullum adesse damnum: si tota pecunia, quam contulit, qui posuit, (quod vocant) capitale reperiatur. In quo nullam sentiunt vsuram: nullam iniustitiam: nullam inæqualitatem: quas nos demonstrauimus. Solum agnoscunt vsurarium illud: si non reperta, tanta pecunia, quantam posuit dominus capitalis; aliquam partem deperditæ, ei persolueret: qui operam apponit. Ideo, quando collator pecuniæ, nullam illius deperdere cupit partem: quærit ex omnium nostrorum præscripto assecurationis contractum: & illud subijcit Couarr. statim 3. conclusione: ad vitandam vnam iniustitiam. Negat enim in his, possit reperiri

A B C D

periri usuram: etiamsi, qui ponit pecuniam, securam a mercatore exigat.

Vlpianus vero, & Iustinianus de assecuratione
A haud vnquam loquuti sunt, haud eam cognouerunt. Vnde, sine assecuratione etiam accipienda, & habenda iusta societas hæc: quam ipsi hoc loco præscribũt nobis, & tradunt. Nefas quidem esset credere, voluisse eos decernere, & præcipere societatem iniquam: societatem iniustam: quę iusta haud possit esse sine assecurationis contractu: de quo ipsi nullum fe-
B cerunt verbum.

ILLVD quidem mirari satis non queo, nullos reperiri Doctores iuris vel Canonici, vel Ciuilis: qui frequentissimi cum sint in horum scriptorum lectione, assequuti videãtur, ex omni parte mentem veterum Iurisconsultorum Vlpiani, & Iustiniani: cum
C ipsi, qui Iurisprudentiæ libros nedum legerimus; nedum vnquam viderimus; vt primum in hos textus, In hæc loca incidimus; nobis videamur eam iam cõprehendisse, & tenere apertam omnino, ac manifestam: nec magno, nec multo negotio. Causam, tantæ a mente horum scriptorum alienationis dicerem,
D vel autumans, vel quasi diuinans: (sentio quidem,) nisi viderem nimium mihi ipsi arrogare, attribuere, dum quæror alios nondum attigisse: referam illam in extremam quęstionem, si forte contige-

rit, ve-

rit, veritatem exitu iam aliquando spectari comprobatam. Itaque obscurissimorum locorum, & textuum interpretationem, & explicationem aggrediar. A

PRIMVM omnium accipiendum illud: Quod, vt nobis refert Couarruu. tenuit, ac scripsit Panormitanus *in dicto cap.* per vectras societatem hanc, quam tradunt his in locis Vlpianus, & Iustinianus esse illam: in qua alter confert tantum operam. Quod prę-monet Iustinianus: quum dicit: Nam & ita coiri B posse societatem non dubitatur; vt alter pecuniam conferat, alter nō conferat: tamen lucrum inter eos commune sit. Quia sæpe OPERA alicuius pro pecunia valet: & paullulum ante: Quia sæpe, quorundam ita pretiosa est OPERA in societate, &c. & apertius adhuc multo Vlpianus, illam conditionem subiungens. Si tanti sit OPERA: quanti DAM- C NVM est: præterea in ratione: quam reddit statim, dicens, Plerumque enim tanta est industria socij, id est OPERA: vt plus societati conferat: quam pecunia: id est si SOLVS NAVIGET, solus PEREGRINETVR, pericula SVBEAT solus. Nonne hæc omnia OPERÆ sunt, aperte his significatur, & manifestatur, de societate ea, hic loquutos fuis- D se Vlpianum, & Iustinianum: in qua vnus præponit tantum pecuniam: alter adijcit tantum operam. Idem aperte *Gloss.* 7. vt refert Accursius, Azon declarat

clarat cum dicit: Sicut nec si alter, qui OPERAS præstat moreretur.

DEINDE, illud etiam, in quo tenebrarum den-
A sum, & horridum, intellegendum necessarium, in his textib. in his locis maxime, & in proposita societate, & in ea adlata a Iustiniano. §. *De illa*: verbum illud varie declinatum DAMNVM, DAMNI, DAMNO ab vtroque ab Vlpiano, & Iustiniano fuisse vsurpatum tertia acceptione: quæ supra & strictissi-
B me, ad significandum, solum damnum, vnius, & solius, illius pecuniæ, qua de negotiatur: & adeo id verum; vt damnum, hoc loco, ad eamdem ipsam pecuniam, quæ tantum, (nostris est capitale) significandam, sit positum. Verba siquidem illa: Si tanti sit OPERA, quanti DAMNVM est, in hæc transferenda videantur: Si tanti sit OPERA, quanti
C PECVNIA est: vt idem sit damnum, quod pecunia: & pecunia quod damnum: & quo propius ad nostris solitum sermonem accedamus; in hæc iam apertissima: Si tanti sit OPERA, quanti CAPITALE est: id est quanti pecunia: quæ nostris & sors, & capitale est. Quod recte etiamsi diuersis verbis cum imitatur, tum reddit Caietanus: quum
D dicit, SVPPOSITO quod PECVNIA posita in societate, & INDVSTRIA, id est OPERA æquiualeant. Quod idem cæteri

omnes

omnes Doctores volunt significare: *vt Couarruu. vbi supra, & Mol. & Less.* quum ita loquuntur: Si industria alterius sit æqualis pecunię ab altero in societatem collatæ: Quando opera, industria, vsus nauigij, aut alterius rei: quæ vnus sociorum apponit, æqua- A
les sunt in valore cum CAPITALE: quod, alter apponit, &c. Si OPERA ipsius valebat, quanti SORS alterius: Si erat æqualis tertiæ, quartę, quinte, vel sextę parti pecunię, &c. Tandem, quod nostri Doctores dicunt SORTEM, CAPITALE: hoc idem Prisci illi Iurisconsulti vocant DAMNVM. Et quidem re
ctius, tum verius multo: quam nostri: qui pro DA- B
MNO significando, ad rem designandam: quæ verissime, & primo, & perse est damno, & damno, & tristitia, & mœrore afficit conferentem, & cogit flere: quam mercatores euntes & flentes quasi semina emittunt & proijciunt, & exponunt magno pe-
riculo, & tradunt quasi morti. Nisi granum frumen- C
ti cadens in terrā mortuum fuerit, &c: ad rem indicandam, quę non potest in suo esse permanere: quę non potest non perire: non potest non primū ipso vsu consumi; quo valeat fructum ferre: Nostri hanc vocant CAPITALE: hanc statuunt permanentem, consistentem, stabilem, perennem in vnitate, & idē- D
titate numerica: quasi prędium, agrum, fundum. Hanc igitur pecuniam traditam negotiationi, vete-

res Iu-

res Iurisconsulti vocant damnum, secundum pri-
A mam acceptionem, sed contractius multo: quoniam etiamsi: quæ, pro operarum mercede redditur, & persoluitur pro alijs expensis faciendis, quoque sit damno: sed hæc maxime quæ confertur, & proijcitur tota in magna quantitate simul, a qua vulnus gra uius: maxime, si reflante fortuna, tota perierit statim naufragio facto, in primo principio: quæ vero persol
B uitur pro opera, haud videtur tanto periculo exposita: in ita aduerso casu adhuc permaneret salua: & aliquando tota.

EX his necessarium & illud: LVCRVM, Vlpiano & Iustiniano his in locis esse, totum, quod hoc damno, & hoc capitale deducto, & hac pecunia, de qua negotiatur deducta, supereſt. Manifestum id iuxta
C mentem Vlpiani, & Iustiniani.

HIS explicatis, vt expresior sit omnibus horum legum sensus, & a quolibet facilius multo possit comprehendi: constituemus orationem cum rectam, tum verbis ad consuetudinem nostrorum, & magis ac magis apertis, & in eodem nostro proposito
D exemplo: in hunc modum.

Cum Vlpiano. SI PETRVS, & Ioannes coëunt ita societatem ad quinque annos: vt Petrus conferat in pecunia numerata, vel in mercibus mille aureos: totos simul Ioannes operam æstimatam etiam mille

aureis, ea cõditione, vt negotio finito, & tota opera a Ioanne exhibita, si omnino nihil in societate reperiatur, si omnino omnia perierint; Ioannes, nullã partem DAMNI pecuniæ Petri sentiat: Ioannes non A
teneatur reddere, persoluere Petro partem aliquam pecuniæ. LVCRVM vero commune sit. Cum Iustiniano: Ioannes lucri partem ferat: de DAMNO pecuniæ Petri, aut contingente in pecunia Petri non teneatur. Hæc societas coïri potest. Quoniam est cũ æquissima, tum iustissima. Ita lata, & effusa oratione ad maiorem explicationem: pressius vero, & contra B
ctius, & ad communem societatem, vt sequitur, inhęrentes manis Vlpiani, & Iustiniani verbis.

SI tanti sit OPERA, quanti DAMNVM, quanti PECVNIA, quãti SORS, quanti CAPITALE est; ITA potest coiri societas, vt qui ponit operam, in casu perditionis vel totius pecuniæ; nullam partem C
DAMNI, nullam partem pecuniæ deperditæ: nullã partem sortis, nullam partem capitalis deperditi teneatur alteri persoluere. In casu vero lucri: lucrum quantumcunq., quantulumcunqueue, sit commune. Sic Sabinus, sic Cassius. Hęc aperte Iurisconsultissimus Vlpianus. Rationem subijciens inquit. Quoniã D
plerumq. tanta est industria, tãta est opera socij, eius saltem, qui solus nauigat, solus peregrinatur, pericula subit solus; vt plus societati cõferat quã pecunia.

IV-

IVSTINIANVS imitatus,& reddens quæ acceperat ab Vlpiano inquit.

POTEST conuenire,vt quis LVCRI partem ferat:de DAMNO non teneatur.Ratio,argumentum, causa.Nam & potest ita societas coiri; vt alter pecuniam conferat,alter non conferat:tamen lucrum inter eos commune sit.Quia,sæpe,opera alicuius, pro pecunia valet.Quia sæpe, quorundam, ita pretiosa est opera in societate: vt eos iustum sit conditione meliore in societatē admitti. Id est;vt qui ponit pretiosam operam,possit lucri,duas partes ferre: damni vnam.Qui vero operam ponit pretiosissimam: operam ponit:quæ sit tanti,quanti DAMNVM, quanti SORS, quanti CAPITALE, quanti PECVNIA (de qua negotiatur) est; LVCRI partem ferat: de DAMNO non teneatur.Hoc est de DAMNO,sortis,capitalis,de damno,de iactura pecunię (quæ sors dicitur, capitale & DAMNVM secundū primam acceptionē) non teneatur:Id est etiamsi rerū omnium interēptio contingat: vt omnino nihil in negotio reperiat, nihil in societate reliquum sit; omnino omnia perierint;ei, qui capitale, sortem, & pecuniam, (quæ damnum dicitur) contulit, nullam pecuniæ partem,nullam pecuniam reddere,nullam pecuniam persoluere teneatur ille: qui posuit operam quæ est tanti:quanti pecunia est.

HIS tantũ continentur:his recta,& aperta oratione iam plane retecta,explicata,illustrata, nec non manifesta omnibus sunt omnia:quæ Vlpianus,& Iustinianus in his scripsere.Hãc societatem esse æquissimam,hanc simplicissimam,hanc, ad summam iustitiæ,nullius assecurationis egere adiumento; quis dubitet? quis non aperte iam videat ? Quis non fateatur iam omnium,quæ hoc in loco describunt, ac tradunt Vlpianus,& Iustinianus, hanc vnam esse verissimam,esse iustissimam,esse simplicissimam ? Cum in superioribus illis : quas omnes, habent æquissimas; demonstrauerimus nihil tutũ:nihil securum præscriptum:hanc ver oquam hominum nemo non horret; ostendamus æqualitatis habere summum.

SVMMAM in proposita societate æqualitatem spectare,cui non liceat? non sit facillimum iustitiam exquisitissimam in ea inuenire , agnoscere , sentire? Verum,quoniam superioribus nobis,difficillimi semper fuerunt huius quæstionis explicatus ; cogimur hanc æqualitatem apertius demonstrare:& quantum datur nobis.Odiosum quidem semper illud : ita vt audire horreant aures;posse quem referre partem lucri,& sentire nullam damni.Sed nostris cum oratione,ac proposito exemplo rem totam ita illustrabimus:vt dubitationi haud posteris locus relinquatur. Petrus,pecuniã mille aureorũ,de qua negotiatur:pecuniam

cuniam, quæ noſtris ſors, capitale, Vlpiano vero, & Iuſtiniano DAMNVM eſt, confert Ioannes, qui po
nit tantum operam, quæ tanti, quanti pecunia Petri eſt, etiam confert pecuniam re vera mille aureorum:
A mille quoque aureos confert: quos pro tantum opera, perſoluit Iacobo operario, & mercatori con
ducto. DA M NV M in hac ſocietate, & in omni duplex, licet ſpectare: & ſpectandum neceſſario: nec ſecus lucrum: id eſt in omni ſocietate, ſunt duplicia hæc tria. Duplex aut ſors, aut capitale: quæ Vlpianus, & Iuſtinianus vocant damnum ſecundum primam
B acceptionem: duplex itaque capitale, aliud partiale priuatum: aliud totale, & commune. In propoſito exemplo ſemel mille aurei: quos prę ponit Petrus ſunt capitale, & damnum priuatum & partiale Petri: ſemel quoque mille: quos pro opera perſoluit, aut perſoluendos adiecit, & repoſuit in eadem ar-
C ca Ioannes: ſunt capitale, & damnum priuatum, & partiale Ioannis. Ex his duobus capitalibus, & damnis partialibus collatis, & congeſtis in vnam arcā, in vnam confuſionem, in aceruum vnum, & cumulum, & in vnam ſocietatem, compoſitum iam eſt, & completum, vnum capitale, vnum damnum totale
D bis mille aureorum. Hoc totum corpus, hic totus aceruus, totuſue cumulus: hoc capitale, & hoc damnū totale ex capitalibus, & ex bis mille aureis compoſitum

situm;vt æquis portionib.inter socios,inter Petrum, & Ioannem cõmune sit; omnino quidem est necessum. Quod de Damno in hac acceptione:quod inquam de capitale, idem facito iudicium cum de vero lucro: tum de vero damno,secunda acceptione vsurpatum: vel etiamsi tertia acceptum intelligatur. Duplex inquam spectandum aut lucrum: aut Damnum: aliud priuatum, & partiale: quod ad quemque priuatim pertinet:aliud totale & commune: quod est societatis, & ambobus indistincte, & indeterminate est commune.De re salua quantacunque idem iudicato. Omnis summa, finito negotio, in societate reperta communis etiam est: vel quum capitale totale totum reperitur saluum: vel quum sentitur aut lucrum: aut damnum. Vnde in nostro exemplo: coniectis a Petro & Ioanne in eamdem arcam,confusionem,& societatem æquis portionibus, in pecunia bis mille aureis,constituentibus vnum damnum,& capitale totale,& commune. Nunc totus hic cumulus, vel aceruus totus, æquis portionibus communis est. Nihilominus tamen, in eodem ipso communi aceruo;etiamsi nec hi, nec isti, nec illi determinati, & signo aliquo notati pertineant ad vel Petrũ,vel Ioannẽ: pertinent autem ad Petrum vnũ, & priuatim,toti semel mille aurei.Nec secus ad vnũ Ioannem cæteri quoque semel mille aurei toti pertinent

nent,ita priuatim: vt si tunc ex compacto soluta so-
cietate,diuidere voluerint illum communem cumu-
A lum: pecuniam illius acerui communis, haud liceat
dare, reddereue Petro plures, paucioresue: nedum
Ioanni: qui pro soluenda operarum mercede, mille
aureos,Petri sorti,in pecunia vera,adiecit.Pręterea,
deductis ex hoc eodē cumulo cōmuni,ab eisdē Pe-
tro &Ioanne,æquis portionibus,semel mille aureis,
B quingētis a Petro: quingētis quoq. a Ioanne;cumu-
lus reliquus,tantū mille aureorū,vt cōmunis maneat,
æquis etiā portionib.vtriq.Petro scilicet,& Ioanni,
necessum est.At nunc nihilominus, etiāsi hic cumu-
lus totus sit cōmunis,quingenti tamē aurei, existen
C tes in hoc eodē cumulo,tantū inquā,& semel quin-
genti,nullo modo sunt cōmunes:sed toti semel quin
genti priuatim pertinēt ad vnum Petrū:non hi, aut
illi:sed indifferēter,&indiscrete,intederminate:quin
genti:æque etiā ad Ioannē totidē,quingenti scilicet
priuatim pertinent.Neutri,seruata iustitia,quingen-
tis plures possunt decerni: neutri pauciores quingē
tis.Nec aliter accipiendū, intelligendūue de quan-
tocumq.damno contingente, in eodē cumulo & a-
D ceruo qui,eo,quod hoc totū detractū fuit de re do-
mestica,& familiari,sub hac ratione acceptū veterib.
Iurisconsultis, est DAMNVM,secūdū primā, signi-
ficationē.Deperditis,sublatisue furto, totis bis mille
aureis

aureis: Hic, in hoc casu duplex damnum possumus
spectare: cum totale & commune societati: tum par-
tiale & priuatum. Totale si accipiendum; hoc non est
solum, non est tantum semel mille aureorum: sed bis A
mille aureorum, reuera est DAMNVM hoc totale:
& bis mille aureorum, vt vtrique, Petro inquam, &
Ioanni, æquis portionibus commune sit; ius ipsum
naturale, exigit id totum. Tamen, huius eiusdem da-
mni bis mille aureorum, totalis, & communis, & pars
vna, totum vnum dimidium, totum inquam damnũ, B
tantum semel mille aureorum, hoc totum, ad vnum
Petrum priuatim pertinet: nec secus pars altera, to-
tum alterum dimidium, totum damnum scilicet, tan
tum semel mille aureorum, quoque pertinet priua-
tim ad solum Ioannem: ita, vt in hoc casu, pars alte-
ra, illius damni bis mille aureorum, totalis & commu C
nis, dimidium inquam illius damni, & damnum par-
tiale, vnius tantum milliaris, adeo priuatim pertinet
ad solum Petrum; vt, nullo modo commune Ioanni
esse possit: alterum quoque totale dimidium, alterũ
damnum partiale, etiam semel mille aureorum, ita to
tum priuatim pertinet ad vnum Ioannem; vt, ini-
quissimum esset; commune fieri Petro. Necessum D
quidem est, huius damni totalis, & communis, bis
mille aureorum, solum Petrum sentire totum da-
mnum, tantum semel mille aureorum: æque etiam
solum

solum Ioannem, sentire quoque totum semel mille aureorum damnum partiale. Iniquissime sane actum esset cum eo: cui huius totalis, & communis damni
A bis mille aureorum, damnū aut mille & quingento rum; aut mille & centum, &c. imponeretur. Tollere tur siquidem æqualitas: & omnis forma, speciesue so cietatis. Hac siquidem peracta damni bis mille aureorum diuisione: vt Ioannes, qui operam posuit mille aureorum, & aut mille aureos, pro tantum ope
B ra, persoluit Iacobo operario conducto: aut ipse per se ipsum, hanc eamdem operam posuit, nullam partem sentiat DAMNI Petri, damni semel mille aureorum partialis: quod totum pertinet ad vnum Petrum; summa seruatur æqualitas. Quoniam, hoc vno, diuisum manet iam æquis portionibus, (quod iustitia exigit (illud totale, & commune damnum, bis
C mille aureorum: nec si illud diuidas æquis portionibus, inter Petrum, & Ioannem, aliud efficies, aliud inuenies: totum damnum, semel mille aureorum, sentiet solus Petrus: damnum tantum, & totum mille aureorum, reperies pertinere ad socium Ioannem.

D HIS ni fallor, apertissima oratione explicatis, manifestum factum est iam, in hac ab Vlpiano, & Iustiniano tradita nobis societate, quum dicitur, Si tanti sit Opera, quanti DAMNVM est, ita potest coiri so-

cietas; vt nullam partem DAMNI alter sentiat, hoc verbum DAMNVM, DAMNI, in vtroque membro, non posse accipi, non posse intelligi, aliter quam a nobis interpretatum est. Haud quidem potest intelligi de damno totale in negotio, & de damno commune societati: vt in illo membro, Si tanti sit opera, quanti DAMNVM est, hoc verbum damnum complectatur, & contineat simul iacturam, & damnum cum pecuniæ, tum operę. DAMNVM etenim totale, & commune possibile contingere, & timendum cuique prudenti, spectandum etiam: quodque est in negotijs cum frequentissimum, tum necessarium vt res geratur; non solũ est pecunię: qua de negotiatur: sed etiam operę. Nec solum pecunia, de qua negotiandum, quę nostris est capitale: est damnum, etiamsi in primis & maxime; sed pecunia, quę apposita est a Ioanne, in eadem arca, ad reddendam mercedem, Iacobo, pro tantũ opera; quoque est damnum, & annumeranda vt demonstrauimus in sorte, & capitale. Vtraque etiam educitur de re sua familiari, a quoque: vtraque emittitur, & proijcitur, & exponitur periculo iacturæ & damni: vtraque cum educitur est damno; primo, & perse, & maxime, quę pro tantum opera, ante omnia, vt res geratur soluẽda operario: ideoque vere expenditur, & consumitur ipso vsu. Vtraque tandem omnino perijt si rerũ omnium.

A B C D

omnium interemptio contingat: si finito negotio, omnino nihil in societate reperiatur: facto naufragio, nihil reliquū sit. Tunc damnū, iactura inquā non
A est tantum, in nostro exemplo mille aureorum: quantos contulit Petrus: qui dicuntur capitale, sed etiam mille aureorum: quos pro tantum opera soluit Iacobo Ioannes: atque ita iactura, & naufragium factum est, & damnum bis mille aureorum: & hoc est damnum commune & totale societati. Hinc, verba huius
B legis, illa: Si tanti sit OPERA quanti DAMNVM, est, haud possunt intelligi de damno totali, & communi bis mille aureorū in nostro exemplo. Opera siquidem sola, nunquam, nullo etiam modo potest cō parari, cum iactura & naufragio, totius rei positæ in negotio: nec potest esse tanti, qnanti est DAMNVM totum & totale: quod potest cōtingere in negotio,
C & contingit simul pecuniæ, & operæ: quū rerum omnium contingit casus. Quippe cum neutra, nec in quā sola opera, nedum sola pecunia possit esse tanti quāti est dānū totū: quocunque modo sumatur: quā ti inquā est damnū totale simul vtriusque & pecunię, & operę. Nulla, hęc, alia egēt probatione. Partē enim aliquam, vel maximam æqualem esse suo toto con-
D tradictionem implicat. Hæc sit igitur interpretatio illius membri, Si tanti sit OPERA quanti DAMNVM id est quanti SORS, quanti CAPITA-

LE, quanti PECVNIA (de qua negotiandum) est.

Nec aliter potest accipi, idem verbum DAMNI, in membro illo, vt nullam partem DAMNI alter sentiat: aut cum Iustinianus ait de DAMNO non tenetur. Haud quidē potest intelligi de DAMNO totali totius negotij: vt complectatur naufragium factum de pecunia tota: quæ dicitur capitale, & de tota etiam opera: vt verborum Vlpiani sensus hic sit. Si tanti sit OPERA: quanti DAMNVM est; qui ponit hanc operam, nullius, nedum suæ ipsius operæ damni partem sentiat: sed qui ponit pecuniam teneatur de totali damno, & suæ pecuniæ, & operæ alterius; teneaturque ei persoluere pretium operæ, aut totum aut partem; Lucrum vero commune sit. Hæc societas expressa sic, (vt est necesse describi, si verbum illud DAMNI intelligendum de totali damno) iniquissima quidem esset, & Leonina hæc societas, & ex parte eius: qui poneret tantum operam, & Vsuraria: si Ioannes, stipulatione peteret, securam sibi fieri a Petro socio, pecuniam collatam, positam in arca, pro reddenda mercede diurna vndecim solidorum Iacobo. Esset preterea idem ac operarum locatio: esset petere securum pretium totum mille aureorum, suæ operæ esset velle tutam, & nullo periculo expositam mercedem suæ operæ: aut pecuniam a se operario conducto

conducto persolutã:& vltra,partem lucri.Hoc quidẽ genus societatis,ex quâ,qui operam poneret lucrum tantum,nullum sentiret verum damnum,iniquissimũ quidem esset.Talis enim societas, vere esset Leoni-
A na: vt constat ex superioribus, & determinat idem Vlpianus.*l.Si non fuerint.* §. *Aristo refert.* Nefas autem esset affirmare,tot viros Sapientissimos, & præstantioris Iuris consultissimos,Cassium, Sabinum,Vlpianum,Aristonem,Seruium Sulpitium,Altissimum Imperatorem Iustinianum,summæ iustitiæ studiosissimum, societatem, quam ipsi ijdem statim deinceps
B post hæc eadem verba declarant iniquissimam , & Leoninam,& exsecrantur,aut præcepisse,aut decreuisse ratam habendam.Est igitur,quoque,in hoc mẽbro,aut in vtroque textu,illud verbum DAMNI, &DAMNO,accipiendũ,vt in superiori,pro capitali deperdito, pro damno contingente in pecunia,
C quæ & capitale,& damnum est:vt per Isodinamyam lex illa in hæc verba transferatur.

ITA potest societas cõiri, vt qui ponit operam: quæ tanti sit quanti pecunia alterius, nullam partem sentiat damni contingentis in eadem ipsa pecunia. Lucri vero partem ferat: aut lucrum vero commu-
D ne sit.

HÆC societas,hac recta, & aperta & vera oratione explicata,& facta clarissima,quæ omnibus homi-

nibus

nibus odio erat non desperо quin reddita sit amica omnibus,amabilis omnib.,charissima omnibus Christianis: etiam spero futurum, vt agnoscatur iam frequentissima,& familiarissima. Hęc eadem quidē est, A quam omnes DD.qui veram,& catholicam, & piam de societate doctrinā præscribere desiderant, tradere conantur suis in scriptis.Hanc Azon.*Glo.7.ad verba illa.*Solus nauiget &c.probat, quum inquit. Sed quid si deperdatur pecunia totalis, an sit periculum commune?id est an qui solus nauigauit, solus peregrinatus est,& pericula subiuit solus: id est, qui po- B suit operam,quę erat tanti,quanti pecunia,teneatur soluere partem illius damni: quod in tali pecunia cō tigit,ei qui posuit talē pecuniā? Respondet,non.Sicut nec si alter, qui operas prestat moreretur esset commune.Hoc est in nostro exemplo, quemadmodum,si Ioannes moreretur,deseruiens societati,neg C otiumue gerens;illud damnū viduæ, & orbatis filijs illatum,haud commune esset; non inquam Petrus conferens pecuniam:quæ dicitur & capitale & damnū,teneretur resarcire, & cōpensare,viduæ,filijs aut hęredibus,partem illius damni:sic etiam nec Ioānes, qui operas pręstat,deperdita tota Petri pecunia,illud D damnum pecuniæ est cōmune: nec tenetur Ioannes sentire aliquam damni illius partem. Nisi hoc actum est addit Azon.Hoc est,ex vi,& contractu societatis

damnum

damnum non est commune: potest vtrumque fieri commune ex pactionis contractu. Quod nos infra
A declarabimus; qui possit fieri iustum.

QVVM igitur Vlpianus, Cassium, & Sabinum sequutus, scribit, ITA COIRI potest societas, si tanti sit opera; quanti DAMNVM est, vt nullam partem DAMNI pecuniæ, qui ponit operam sentiat in casibus damni: in casibus vero LVCRI, lu-
B crum commune sit. Et Iustinianus, quum Vlpianum, & superiores eo, imitatus ait: POTEST CONVENIRE, vt quis LVCRI partem ferat, de DAMNO non teneatur: quum inquam hanc legem exprimunt societatem nobis præscribunt: in qua æqualitatis maximæ, eminens spectatur summitas: ad cuius iustitiam, nullo egemus contractu assecu-
C rationis: societatem nobis tradunt cum simplicissimam, tum æquissimam. IMMO, si dixissent; ita societas debet coiri; vt etiamsi tanti sit opera, quanti damnum, quanti pecunia est, aliquam partem damni pecuniæ socij, qui ponit operam sentiat, iniquissimam haudubie societatem, & Leoninam, & mutuum nobis vsurarium præscripsissent. Præsensere
D iam id & Syluester, & Caietanus vbi supra. Hinc: Caiet. *Et si, quidem inuenitur damnum capitalis in toto, vel in parte; sentiet quicquid damni est dominus pecuniæ: qui illam posuit. Nam, ex eo, quod posuit pecuniã suã in societatẽ*

non

non desinit esse illius dominus: & quicquid perit; sui tantum domino perit. Tum etiam nulla in tali conuentione seruaretur æqualitas. Ioannes enim in nostro exemplo, qui mille aureos numeratos Iacobo operario conducto persoluit, deperderet plura, quam Petrus: damni totalis & communis societatis, damni inquam bis mille aureorum, qui toti perierunt, plures partes Ioanni, quam Petro imponerētur. Solus Ioannes deperderet non modo, totos mille, pretium suæ operæ: quosque conducto operario, & Iacobo mercatori persoluit: sed deperderet præterea, totam illam partem damni, & pecuniæ, mille aureorum Petri: quæ ei imponeretur. Quo vno iam Petrus, nec deperderet mille, nec totos mille: qui in hoc totali, & communi damno bis mille aureorum, ad eum vnum, & solum pertinent: spectatis sortibus, & ad iuris gentium, & naturalis præscriptum. Nec liceret, sine assecurationis contractu: aut coiret cum mutuo vsurario. Est igitur, æquissima, & simplicissima, nedum assecuratione aliqua indiget Societas hoc loco ab Vlpiano, & Iustiniano tradita. Neutri siquidem sociorum, securum fit quicquam: DANNVM totale & societatis, quod fuit bis mille aureorum commune ita factum est, & æquis portionibus: vt quisque solus deperdat totum quantum ipse contulit: vt quisque solus sentiat damni totalis, & com-

communis bis mille aureorum totas eas partes: quæ ad ipsum vnum pertinēt. Neuter liber a DAMNO, (etiamsi dicatur, vt nullam partem DAMNI alter sentiat, de DAMNO non teneatur) neuter inquam
A liber a damno. DAMNVM potius, sic vterque sentit: & æquale.

NON reperies in hac societate, nedum tu Sapientissime & acutissime Caietane, socium, qui solus sentiat damnum: qui totum damnum societatis ferat solus: quod perficeret, sine assecuratione, societatem Leoninam: & mutuum vsurarium. Et, si, quis, in hac
B Vlpiani, & Iustiniani societate, solus sentit totum damnum: is, solus quidem est, ille cuius est DAMNVM: cuius est pecunia: qui, vt tu loqueris est DOMINVS pecuniæ: quam Vlpianus & Iustinianus propietate seruata, & rectissime dicunt DAMNVM: tu impropie, & contra naturam pecuniæ efficis CAPITA-
C LE: is inquam est, qui solus ex lege Vlpiani, & Iustiniani tenetur de toto damno: tenetur sentire totum DAMNVM: nā ex verbis Vlpiani, & Iustiniani, si illis volueris inhærere: nec recedere quam longissime ab eorum mente: qui ponit operam: quæ sit tanti, quanti DAMNVM est, is solus est, qui nullam partem da-
D mni sentit: is solus est, de quo Iustinianus: quis lucri partem ferat: de DAMNO, de pecunia inquam non teneatur. Quia, operam posuit ita pretiosam, in hac

societate, vt eum iustum sit conditione meliore in so-
cietatem admitti: vt eum, iustum sit, in hac socie-
tate, in qua tanti est eius opera, quanti DAMNVM A
alterius; ipsum, lucri partem ferre: quin de DA-
MNO alterius teneatur. Sed, etiamsi, non ita mo-
nuissent, expressissent etiam Vlpianus, & Iustinia-
nus; nonne id totum est ex iuris naturalis præscri-
pto? Quod & tu Caietane praesentis? & sequeris
cum inquis, Et, si, quidem inuenitur damnum, &c B
Est siquidem id totum cum aequissimum, tum iu-
stissimum, & rectæ rationi maxime consentaneum.
Seruatur enim hoc ipso, summa in societate æqua-
litas. NAM etiamsi, Petrus qui solus pecuniam, &
hoc mille aureorum, (quos contulit) accepit DA-
MNVM, & (vt nostri loquuntur) solus, hoc to-
tum mille aureorum præposuit CAPITALE, & re-
rum omnium facto naufragio, & finito negotio, nul-
la in societate pecunia; reperta, solus Petrus sentiat
totum damnum, totius suæ ipsius pecuniæ: & ipse so
lus totam suam pecuniam, totos mille aureos, quan-
tos ipse posuit deperdat: non tamen ipse solus, sen-
tit totum damnum totale, & commune societatis:
quod fuit bis mille aureorum: sed tantum dimidium D
totalis, & communis: tantum alteram partem sentit.
Quoniam, æquæ Ioannes, qui solus nauigauit, qui so
lus peregrinatus est: qui quammulta, & quamgrauis-

sima

sima pericula subiuit solus: quique solus posuit operam: quæ est tanti quanti DAMNVM, quãti PECV
A NIA, & CAPITALE Petri: ita si perse ipsum solũ, hanc operã præstitit: si per operariũ conductum ipse solus contulit operam mille aureorum: qui solus, in nostro exemplo, contulit in eamdem arcam, in eumdem cumulum, & aceruum: in eamdem cõfusionem, in pecunia numerata, mille aureos consistentes, &
B permanẽtes, reddendos, & persolutos pro tantũ operæ mercede Iacobo, mercatori cõducto ab vtroque, ad negotiũ societatis gerendũ: qui Iacobus, totã etiã hanc operã iã exhibuit: solus inquã ipse Ioannes, quoque accepit DAMNVM, & contulit capitale etiã, & pecuniã mille aureorũ: solus Ioãnes adposuit sorti, & capitali Petri, & ad capitale totale bis mille aureorũ,
C ad DAMNVM, & CAPITALE totale, & cõmune societatis, adiecit alterum dimidium, & partiale damnum, & capitale; & interemptione rerum omnium cõtingente; Ioannes ipse, etiã solus, deperdit totam suam operam: totum pretium suæ operæ: totam suam pecuniam: totos mille aureos: quos, solus ipse de re sua, pro tantum hac opera, persoluit Iacobo
D mercatori cõducto. Ideo tandẽ: quia: Petrus reliquit, & dimisit Ioannem nauigare solum, peregrinari solum, pericula subire solum: non inique agitur cum Petro; non adeo iniquo animo ferendum; si totius

pecuniæ contigat naufragium, fortuna reflante, Ioãnes deferat Petrum solum in DAMNO, in iactura, in extinctione, totius: sed solius suæ ipsius pecunię. Nam si Petrus, ipse solus, sentit totum suum damnum, totum suum capitale partiale: totam suam pecuniam deperdit: & totos mille aureos: quantos ipse præposuit: æque etiam Ioãnes, ipse solus sentit totũ suum damnũ: deperdit totũ suum capitale partiale; totam suam pecuniam: totos mille aureos: quantos pro tantum opera, Iacobo operario conducto persoluit: quantos etiam posuit in societate. Si Ioannes, Petro, nullam partem soluit pecuniæ, quam præposuit Petrus solus: nec Petrus, soluit Ioanni, partem aliquam æstimationis, & pretij operæ: pecuniæ mille aureorum, quam solus Ioannes Iacobo pro tantum opera persoluit: & adposuit societati. Tandem ex hac societate præscripta ab Vlpiano, & Iustiniano, tantum est damnum quod contulit, & quod, eo deperdito sentit solus Ioannes: quantum, quod præposuit, & quod; deperdito eo, solus Petrus sentit. In hac societate vterque sentit damnum: & æquale damnum: Nemo a DAMNO liber. Summa in hac societate, & sine assecuratione ÆQVALITAS. Æquissima igitur hęc societas: quam, his in locis Vlpianus, & Iustinianus nobis præscribunt, quum dicunt.

A B C D

ITA

ITA POTEST societas coiri, Si tanti sit opera, quanti DAMNVM est; vt, qui ponit operam, nullā damni partem sentiat: lucrum vero commune sit:
A aut, Potest conuenire, si tanti sit opera quanti DAMNVM est; vt, qui ponit operam, lucri partem ferat; de DAMNO non teneatur.

DEMONSTRAVIMVS, & ni fallor apertissime, etiamsi, pro rei obscuritate, & doctrinæ necessitate, permulta oratione, ostendimus inquam, & manifestauimus reconditam, & abstrusam, summam hu
B ius societatis iustitiam, & æqualitatem: in casu damni totius rei, & in rerum omnium interemptione, & naufragio. De hoc vno casu loquuntur Vlpianus, & Iustinianus expressis verbis.

EAMDEM societatem, æquissimam demonstrare, ad casus LVCRI, & prosperæ fortunæ erit iam nobis, nullius fere negotij. Egre quamuis multos vi-
C deam ferre illud: Sociorum vnum, damni nullam sentire partem: lucrum vero exspectare. Lenire id conabor, & ita ad æqualitatem reducere: vt de summa æquitate & iustitia, omnibus commendanda tandem veniat hæc societas, & probanda. Iam demonstrauimus: Ioannem, qui nullam partem damni priuati, &
D partialis, pertinentis priuatim ad solum Petrum, sensit: suscepisse tamen damni totalis & communis societatis, quod fuit bis mille aureorum, alterum totum.

tum medium:ad societatem tantum damnum, capitale tantum,mille aureos, quantos prępoſuit Petrus adpoſuiſſe; & facto rerum omnium naufragio; perdidiſſe quantum deperdit Petrus : totos mille aureos:quos perſoluit Iacobo conducto: Æquiſſimum igitur eſt,vt qui damni totalis,& communis in ſocietate fuit particeps:partem totam ſubiuit,ac ſuſcepit: quæ eum adtingebat : vt in euentu lucri, eam lucri totalis & communis ſocietatis,quę ad eum pertinet, partem ferat.*l. Si non fuerint.* §. *Ariſto in fine.l. Si igitur.* §. *Aequum eſt.l. Si paſcenda.l. Quidam Sagariam.* Vlpianus, id oſtendit, ex illa quam ſtatim ſubiungit ratione, Plerumque enim tanta eſt induſtria, & opera ſocij, vt plus conferat ſocietati, vt plus lucretur, maiorem pariat,& comparet pecuniam in ſocietate:quam ipſa pecunia.Immo,vt ſæpe repetiuimus, pecunia ipſa per ſe,ſterilis eſt,& infœcunda:& ſi quam poteſt habere;ab vna opera, hāc mutuatur fœcunditatem. Iuſtinianus, etiāſi diuerſis verbis, eamdem reddit rationem,dicens:Quia, ſæpe, quorumdam ita pretioſa eſt opera in ſocietate vt,qui operam ponit,poſſit habere lucri & duas,& tres partes,& plures: vt ſupra: damni vero vnam:qui vero pecuniam confert teneatur ſentire dāni,& duas,& tres & plures partes:lucri autem vnam.Nec id ſolum:ſed vt,qui pręſtat operas per multi pretij;poſſit habere partes lucri & duas,&

A B C D

quattuor

quattuor,& decem,& multo plures, & damni nullã: damni inquam pecunię socij:sed est satis ad æqualitatem,vt ipse solus, sentiat totum damnum prerij, & æstimationis suæ ipsius operę: qui autem pecuniam posuit, ipse solus sentiat totum damnum, suæ ipsius pecunię:& lucri vnam tantum partem ferat:aliquando plures:prout ratio proportionis vtriusque sortis, ad sortem,& tẽporis ad tẽpus exegerit.Hęc Sapientissime,ęquiore iã animo spero feres:cum ex superioribus id totũ factum iam sit necessarium: Possumus autẽ adhuc,vt vrgeamus vehementius, illud addere superioribus,Contulisse Petrũ & Ioannem,coĩta societate,ad decem annos, in eamdem arcã, quattuor millia aureos,in eamdẽ confusionẽ:& conducto Iacobo mercatore,nouã Hispaniã adituro:Petrus conferat,aut numeratos,tãtum mille, aut bis mille aureos: qui tantũ sint capitale.Ioannes vero, collaturus operas necessarias,per Iacobum,apponat in pecunia ter mille aureos:pro soluẽda mercede operę Iacobo,nauigaturo per decẽ annos:His omnib. positis in eadẽ arca,& cõfusione,tradãtur deinde toti,Iacobo mercatori,cui ex cõpacto debeatur illa merces reddi statim a primo principio, pręstita necessaria cautione, &c.Quis nũc separabit capitale Petri,a pecunia apposita a Ioanne, & Iacobo tradita pro operibus in eadem arca? addat pręterea Ioannes, vsum nauigij,

aut

aut ter mille, aut quinquies mille aureis æstimatum: Opera continentur omnia: quæ Ioannes adijcit, capitali Petri. Pretium tamen harum omnium operarum Ioannis, constituamus collatum ad capitale Petri decies continere illud: vt habitudo sortis Ioannis, ad sortem Petri, sit decupla: lucri iuxta mentem Vlpiani, & Iustiniani, ad Ioannem decem partes pertinere poterunt: & damni nulla: ad Petrum lucri vna pars in casu lucri: in casu interemptionis omnium rerum, totum damnum totius sui capitalis & pecuniæ: ad æqualitatem saltem vt non grauetur Petrus; satis est; vt, tunc Ioannes solus sentiat totum damnũ pretij operarum suarum, & vsus nauigij. Hæc tantũ pro exemplo: vt tibi persuadeas, operas posse adhiberi pretiosissimas, quæ superent magnis partibus, damnum, capitale, & pecuniam alterius, & æquum esse ita coïri societatem; vt Ioannes qui per Iacobũ, & nauigium ponit, & præstat has operas, in casu damni, nullam damni capitalis Petri partem sentiat: sed solus Petrus sentiat totum damnum suæ pecuniæ, & sui capitalis: Ioannes etiam solus sentiat totum damnum suarum operarum, & vsus nauigij. In casu vero lucri: Ioannes, lucri ferat & quattuor, & sex, aut plures partes. Petrus tantum vnam. Perito Arithmeticæ, Algebrę, aut regulæ societatis, non erit difficile societatem huiuscemodi inuenire: quæ sit cum possibilis

A B C D

sibilis,tum æquissima. MANIFESTVM igitur satis cuilibet factum iam est societatem nobis in quaestione propositam,& traditam hoc loco ab Vlpiano, & Iustiniano esse cum iustissimam, tum simplicissimam: nec indigere assecurationis contractu.

AT tu Sapientissime in Metaphisicis tuis, haud vero in Aristotelicis, in hac parte saltem, Caietane, dum vis effugere inæqualitatem, quę,primum, non introspecta,obijcit,Societas hæc Vlpiani, & Iustiniani;societatem inducis iniquissimam, sordidissimam, cruentissimam vere LEONINAM,& vsurariam.Societatem describis,effingis, exprimis: quam veteres omnes Iurisconsulti,Cassius,Sabinus, Aristo, Seruius Sulpitius,Vlpianus,& his consultis, Iustinianus Imperator improbant,reijciunt, detestantur, exsecrantur: & exterminant ab omni ciuili societate. Obseruãdum maxime.

PRÆSENTIENTES iam, & quasi diuinantes Syluester,& Caietane vestrum lapsum & multorum, Vlpianus,& Iustinianus, cum dixissent, Potest coiri ita societas,vt nullam partem damni alter sentiat:lucrum vero cõmune sit.Potest conuenire, vt quis lucri partem ferat: de Damno non teneatur. Ne quis ita acciperet ;vt existimaret tradi societatem exqua: quis liberaretur ab omni damno: & fieret particeps lucri.Vlpianus illud subiunxit.

ARISTO refert.Cassium respondisse,&c.id est,

non autem potest ita coiri societas vt alter lucrum tantum, alter damnum sentiat. Quoniam hanc, vt Aristo refert, improbauit eam iam Cassius: ita, vt solitus sit eam appellare Leoninam: & nos inquit Vlpianus, eamdem cum Casio cõdemnamus, & reijcimus. Nulla quidem est omnis illa societas: ex qua alter lucrum sentit: alter vero, nullum lucrum; sed damnum sentit. Iniquissima enim societas est; ex qua, quis damnum, non etiam lucrum exspectet: Apertissime his, suam mentem explicat Vlpianus, noluisse, in a se descripta societate, (*supra.* §. *Ita.*) quemquam ab omni damno liberum constituere, & lucri participem: ideo inquit, vt latius Glossographi declarant, Nulla est illa societas, ex qua alter solum potest exspectare lucrum, in lucri casibus: in casibus vero damni, damni nullam sentit partem: alter vero solum potest sentire damnum, in damni casibus, nullum vero lucrum, nedum in casibus lucri: aut aliter, Leonina, & nulla est societas: ex qua in casibus lucri, alter solus extorquet totum lucrum: & socio, nullam lucri relinquit partem: in casibus damni contra, idem ipse, nullum sentit damnum: sed alter solus, sentit totum damnum. Leoninam quoque Azon *Gloss.* 7. declarat illam, ex qua alter: quamuis in casibus damni, sentiat solus non totum damnum,

A B C D

sed

sed partem tantum: in casibus vero lucri, nullam possit sentire partem lucri.

IVSTINIANVS, quoque, vt nullam ansam, ad
A iniustitiam daretur cuiquam; quum dixisset. Potest conuenire, vt quis lucri partem ferat, Ne quis in lucro, damnum aliquod posset annumerare statim illud subijcit: *Quod tamen ita intelligi oportet; vt, si in alia re lucrum, in alia damnum illatum sit; compensatione facta, solum, quod supersit, intelligatur lucro esse.* Hoc est: Si in re, quæ ponitur in societate, illatum est damnum, &
B damnum est, totum quod ponitur in societate: & in re quæ prouenit, vel ipse prouentus; & totum quod finita vel soluta societate, in societate reperitur est lucrũ. Tamen primum fieri debet compensatio cumulata, totius damni illati, & accepti: primum & ante omnia oportet deducere de prouentu, & re in so-
C cietate reperta, totum damnum acceptum, totum positum, a quotumque in societate: & solum, quod hac compensatione facta, & solum: quod hoc toto damno deducto, & tota pecunia reposita in societate deducta supersit, potest intelligi lucro esse: aut lucrum esse. His omnibus ab Vlpiano, & Iustiniano circunscribitur proposita in quæstione societas: vt
D omni ex parte inæqualitati, & iniustitię aditus intercludatur.

Vlpianus, & Iustinianus in his loquuti sunt tantũ,

de casu damni,& iacturæ capitalis totalis,& interemptione rerum omnium.Ex his, idem iudicandum de damno,& iactura tantum partis: scilicet vt Leonina etiam habeatur illa societas: ex qua:in casu damni alicuius, quantæcumque partis: alter solus sentit totum illud damnum,illius partis:in casu vero lucri: idem,huius nullam partem: alter vero contra, in euentibus lucri:solus sentit totum lucrum:in aduersis casibus, nullam partem damni. Hæc necessaria esse, nulli potest esse dubium. Nam quæ ratio est totius, eadem est & partis. Præterea,quod expresse dicitur de lucro,idem accipiendum de damno. Si æque est commune lucrum paruum ac magnum: necessum quoque est; vt damnum aut magnum aut paruum commune sit: seruata intellege vtraque proportione.Ex tua vero societate Caietane, vt experimentis demonstrauimus, (nec aliter factum potest explorari)solum in rerum omnium interemptione, damno fiunt æquales,in nostro exemplo,Petrus & Ioannes: vterque videlicet deperdit totum quod contulit:& deperdit mille aureos. In omnibus vero casibus damni frequentibus,frequentioribus, frequentissimis, communiter,plurimum,& plerumque contingentibus,qui sunt contenti,intra duos illos terminos,saltuos reperiri tantum & totos semel mille: & tantum bis mille,aut nondum: Solus Ioannes sentit totum

damnum

damnum:damni,Petrus nullam partem sentit. In lucri casibus contra,in omnibus frequentibus, frequẽ
tioribus,frequentissimis,communiter plurimum, &
A plerumque euenientibus:Solus Petrus refert totum lucrum:Ioannes,lucri nullam sentit partem. Quo vno Caietane tua hæc societas iam perfecte habet omnia:quę propia attribuuntur:ac verissime sunt Leoninæ,& cruentissimæ societatis: sed nec hęc mala tantum,sed præterea his quæ sunt, grauissima: alia grauiora multo.Petrus,in ijsdem omnibus casibus,
B verissimi damni frequentibus,frequentioribus,frequẽtissimis: quique communiter possunt timeri: in his inquam omnibus,semper quicquam lucratur & aliquando permultum. Tantum abest vt veri damni aliquam partem sentiat:sed Solus Ioannes sentit totum verum damnum:nec id solum:sed quid vltra, & multum,præter verum damnum.Ioannes contra, in
C ijsdem casibus verissimi lucri frequentibus, frequentioribus,frequentissimis: quique communiter exspectari possunt faustissimi: in his inquam omnibus, semper quicquam deperdit, & frequenter permultum.Tantum, tam longe abest a veritate, Ioannem posse exspectare lucri aliquam partem. Sed solus Pe
D trus,extorquet totum lucrum verum: sed nec id solum: verum aliud vltra: furatur præterea, de eadem parte salua,capitalis Ioannis,nonnunquam & magnã

partem

partem: & fere totam. Hęc Sapientissime, tibi persuadere, est impossibile aliquibus rationibus, nec auctorum testimonijs: quæ nulla suppetunt: si effluxere iam memoria, reuocamus te ad exempla, & ex- A
perimenta. Illa repete.

HÆC omnia, hæc multa mala, & quamgrauissima cogisti, conglomerasti Caietane, in vnam hanc tuam societatem æquissimam. Hoc totum, ex eo solum, quod neglectis præscriptionibus iustissimis, & præmonitionibus Vlpiani, & Iustiniani: ponenti operam, nullum concedis damnum, nullum in B
societate capitale: sed solum sentis damnum & capitale esse, pecuniam ab altero præpositam. Hinc in partitionibus, solum, ponenti pecuniam, concedis damnum ante lucri diuisionem deducere: & nullum ponenti operam, damnum deducere consentis. Hinc non deducto omni damno: efficis, vt sit C
lucrum: quod non est lucrum: efficis vt qui ponit pecuniam, nullum sentiat DAMNVM, etiamsi adsit, & magnum: efficis vt quod verius, & reipsa est damnum: falso reputetur lucrum: nullam ponenti operam consentis compensationem illati damni. Quid tibi profuit, Iustinianum, ita anxie D
adiecisse illud. Quod tamen ita intelligi oportet, vt si in alia re lucrum, in alia damnum illatum sit; COMPENSATIONE facta, SOLVM

quod

quod SVPEREST, intelligatur lucro esse. Intelligi quidem oportet, Si tanti sit opera: quanti
A pecunia est; tantum esse damnum, & capitale eius qui ponit tantum operam; quantum est damnum, & capitale eius: qui ponit tantum pecuniam: & quo lucrum possit intelligi: non esse satis, compensationem esse factam damni illati ei tantum, qui pecuniam præposuit: nec quo verum sit omne da-
B mnum fuisse deductum; est satis deductum fuisse solum damnum, solum capitale: eius qui contulit pecuniam: sed est necessum, factam fuisse compensationem damni illati ei etiam qui præstitit operam: & deductum quoque fuisse totum eius damnum: totum eius capitale: & compensatione facta vtriusque damni partialis; damni inquam eius,
C qui pecuniam contulit, & damni quoque eius, qui posuit operam, id est, deducto omni totali damno, & commune societatis; & compensatione facta, huius damni totalis, & communis societatis, tunc tantum erit verum, factam esse compensationem omnis damni: & omne damnum de re, de prouentu negotij societatis esse deductum: & quod su-
D pereſt, illud solum, & illud totum intelligendum lucrum esse: & esse lucrum totale, & commune societatis: LVCRVM vero commune sit inquit Vlpianus. Et tamen lucrum inter eos commune

sit

sit: vt quis lucri partem ferat: Iustinianus. Commune dixerunt, vt aperte declararent, non posse totum lucrum societatis priuatim, ad vnum solum pertinere: commune dixerunt: vt intelligeres, vnum solum non posse retinere, totum lucrum totale societatis. Partē A
lucri dixit Iustinianus; vt certior fieres: neutrū posse referre, totum lucrum totale societatis: & quod de lucro, idem intelligas oportet de Damno. *Instit. eod.* §. *Illud.* Si Lucrum cōmune; damnum quoque cōmune esse debet. Et quamuis hęc satis aperte declarant, B
commune debere esse vtrumque inter socios, & luerum totale, & damnum totale societatis: & neutrū posse totum ad alterum vnum socium pertinere: vt nullum dubitationi locum relinqueret Vlpianus ex presius multo, & apertius adhuc dixit. NON POTEST tamen ITA societas coiri; vt alter solus sentiat totum lucrum: & nullum damnum: alter contra C
solus, sentiat totum damnum, & nullum lucrum. Hanc enim societatem Cassius LEONINAM solitus est appellare: vt Aristo refert.

QVVM video, ad rectam, & apertam orationem, potuisse tam facile a quolibet hæc omnia transferri: nec quod obliquo ductu, vel per casus obliquos D
Iurisconsulti loquantur, orationem fuisse factam adeo obscuram: vt, a nobis, qui nedum a longe, hos scriptores viderimus; potuerit comprehendi: (liceat nobis

bis hoc assumere) miror quidem, Nullos doctores
reperiri: qui ita expresserint, vt assequuti videantur,
in his locis, mentem vel Vlpiani, vel Iustiniani: sed
cum interpretationibus, & glosis, impleuerint per-
A multos, & permagnos libros; numquam ad verã, &
germanam interpretatiónem adpropinquarunt: sed
quo plura adferunt, vt propius accedant; longius
multo recedunt a mente Vlpiani, & Iustiniani: a ve-
ro intellectu textuum, a veritate, a iustitia, ab æqui-
tate: & quod multo grauius, vt nostri Syluestri, &
Caietani, opponantur ex omni parte, & eam prę scri
B bant societatem, & commendent maxime, & intro-
duxerint in vniuersum mundum: eam inquam socie-
tatem: quã & Iustinianus, & Vlpianus, & Casius, &
Sabinus, & Aristo improbarunt, & quia Leoninam
sensere & cruentissimam, & exsecratam, voluerunt
extorrem. Quid Caietane facturos potes sperare, si
C vidissent hanc tuam? Ex qua, (eadem sæpe ac sæpius
repetamus: si forte contingat nobis; vel olim accede
re ad Reges: qui agãt veros Iustinianos: veros iusti-
tiæ patronos, vindices, & assertores: qui relegẽt hãc
LEONINA crudeliorem, & cogant exsulare) ex
qua inquam, Petrus solus, qui pecuniam confert sen
D tit totum lucrũ in casib. veri lucri: & refert nõ solum
totũ verũ lucrum: sed præterea furatur magnam par
tem capitalis socij: in casibus autem veri damni nul-

lam sentit damni: sed potius lucratur, & permultum: quia permultum capitalis socij furatur. Ioannes contra, qui ponit operam: quæ est tanti, quanti pecunia Petri; Ioannes inquam contra, in casibus veri DAMNI, solus sentit totum damnum: sed nec solum sentit totum verum damnum: sed preter verum damnum, totale societatis, sentit aliud damnum; & deperdit sui ipsius capitalis vere salui, permagnam partem. Verum, nec solum, sentit solus, totum damnum, in casibus veri damni: sed in casibus veri lucri, in omnibus qui communiter possunt exspectari frequentes, frequentiores, frequentissimi, communiter, plurimum, & plerumque contingentes: sentit quoque magnum damnum: deperdit, de eodem suo capitale, magnam partem: deperdit permultum: quod ei Petrus, præter, & vltra verum lucrum: (quod totum solus absorbet) extorquet, & palam, & in plateis, & coram omnibus, & impune, nedum prohibitus, FVRATVR, FVRATVR, FVRATVR in omnibus casibus, vt experimenta ostendũt aureos, non centum modo, non ducentos: sed QVINGENTOS. Vt hæc possis conferre cum legibus Vlpiani, & Iustiniani, & easdem iuxta se positas, valeas penitissime penetrare vtramque, retecta oratione repetere, opus, commodum saltem esse, visum est.

A

B

C

D

SI TANTI fuerit OPERA; quanti DAMNVM

NVM est; ITA POTEST societas coiri, vt nullam partem DAMNI alter sentiat; Lucrum vero COM-
A MVNE sit.

NON potest tamen societas ITA coiri, vt alter lucrum tantum, alter damnum sentiat. Id est, vt alter, solum sentiat lucrum, in lucri casibus: in casibus vero damni, nullū damnū: alter contra tantum sentiat damnū, in casib. aduersis, & damni: Verū in casib. lucri:
B nullū sentiat lucrū: Hæc inquā societas coiri non potest, vt alter in casibus lucri, solus sentiat totū lucrū: idem in casibus damni, nullum sentiat damnum: alter contra in casib. damni solus sentiat totum damnum: idem in casibus lucri, nullum sentiat lucrum.

ITA NON potest coiri societas inquiunt Vlpianus, Cassius, Sabinus, Aristo, Iustinianus: necnon
C Quintus Mutius, & Seruius Sulpitius. Quia est LEONINA talis societas: & Iniquissimus genus societatis: ex qua, quis aut damnum non etiam lucrum exspectet: aut contra exspectet lucrum, non etiam subeat damnum.

NONNE hæc illis, inferiora, superioribus oppo nuntur? Ita potest societas coiri, vt nullam partem da
D mni alter sentiat: lucri vero partem ferat, dixit. NON potest societas ita coiri: vt alter lucrum tantum, alter damnum tantum sentiat dicit. *Si vt in.* §. *superiori.* nullā partē damni alter sentiat necessū est, vt

aiter solus sentiat totum damnum:& ibi dicit talem societatem posse coiri.*in.* §.*Arist.*ait, societatem talem coiri non posse;vt alter solus aut totum damnū, aut totum lucrum sentiat: opponuntur alia alijs igitur. Opponerentur quidem,si ad idē,secundum idē, eodem modo,&c.acciperentur:si ibi eadē significatione atque hic vsurpatum intelligeretur,vel posset intelligi:Sed ibi vt demonstrauimus,DAMNVM est idem cum capitale:& pecuniæ, & Damnum priuatum,& partiale alterius socij, hic vero necessario accipiendum,de vero damno,de damno propijssime dicto,& de damno,& iactura aut totius,aut partis capitalis totalis,& communis societatis. Illud, secundum illam acceptionem damni, vt significat pecuniam,& capitale partiale;est æquissimum,est ad præscriptum iuris naturalis omnino necessarium: Hoc etiam ad æqualitatem, & iustitiam seruandam in societate, secundum hanc alteram damni significationem,est etiam iustissimum:ac ex iuris etiam naturalis præscripto.

A

B

C

CAIETANVS autem, quia vtrumque cogit in vnum, vtrumque deserit, & in mutuum vsurarium: quod detestatur ipse in summ.verb.vsura. 6.casu. & in contractum omnium iniquissimum,& societatem sordidissimam, LEONINAM, eamque cruentissimam præceps ruit: est quidem idem ac si stilo iu-

D

risdon-

niſconſultorum dixiſſet.

ETIAMSI tanti ſit opera: quanti pecunia eſt: I-
TA ſocietas poteſt coiri; vt, nullam partem damni,
A qui ponit pecuniam ſentiat: lucrum vero totum, ipſe
lus ferat. Solus, qui ponit operam ſentiat totum da-
mnum.

HANC eſſe ſocietatem, quam Caietanus preſcri
bit cum Sylueſtro: eſt palam, eſt certiſſimum. Suppo-
ſito inquit, quod pecunia poſita in ſocietate, & indu
ſtria æquiualeant. SI capitale TANTVM inuenitur,
B ſolum erit DOMINO eius: qui ILLVD poſuit. Po
nenti induſtriam, vel operas, NIHIL de CAPITA-
LI ſaluo debetur, Si autem lucrum inuenitur, redde
tur ANTE omnia CAPITALE DOMINO, & di-
uidetur DEINDE LVCRVM, æquis portionibus.
Hæc ſunt verba, hæc eſt expreſſa ſententia Caietani.
Si Caietano imponimus quid; ſi mentem, ſi ſenſa nō
C ſumus aſſequuti: tu Sapientiſſime cæteros mone. Ex
his neceſſario illa, omnia quæ ſupra, multa praxi de-
monſtrauimus. Nam, ſi, capitale tantum reperitur: ne
ceſſe eſt perijſſe, totum pretium operæ, totos mille
aureos: quos Ioannes pro opera perſoluit: & ſi ſolus
Petrus recuperat totum capitale ſaluum: totos mil-
D le aureos, repertos ſaluos: ita, ſolus Ioannes deper-
dit totos aureos prætium ſuæ operæ: ſolus Ioannes
ſentit totum damnum: quod in ſocietate in hoc ca-

ſu re-

fu,reperitur. Hoc autem totum damnum est, damnum totale societatis. quia capitale totale societatis fuit bis mille aureorum: non tantum semel mille: & repertis tantum semel mille: damnum præsens totale, est aliorum semel mille: & hoc damnum totale necessario est commune: pars pertinet ad Petrum, pars pertinet ad Ioannem: non potest totum ad solum Ioannem pertinere: & solum Petrum esse liberum omni damno. Vlpianus,& Iustinianus,quoniam communissimam,& generalissimam tradunt doctrinam;noluerunt,nedū potuerunt determinare, & declarare;quot cuique partes deberētur. Aut fortasse, nulla habita ratione inęqualitatis temporis, quā fert secum necessario,in opera, a motu connaturali successiuo:voluerunt esse commune ex ęquis partibus: vt ex eadē hac. *l.* §. *Si non fuerint.* Quod & omnes ita videntur accipere,vt quum vel legunt, vel audiunt cōmune æquis portionib.comune intellegendū putent. Toto verū aberrant cœlo. Nā commune dicitur etiā illud totū,in quo Alter vnā,alter partes habet mille. Iustinia.*hoc eod.*§. lucrum tamen inter eos commune sit *sed.*§.*De illa,*ad Titium lucri duæ partes pertineant,ad Seium lucri tertia.Commune quippe dicitur seruata æqualitate: quam iustitia præscribit: aut ius:quod quisque,ad comune illud habet. Nos autem:quia descendimus ad singularia, & ponimus,

Petrum

Petrum mille aureos, qui dicuntur capitale, contu-
liſſe: Ioannem alios mille: quos in pretio ſuæ operæ,
aut pro opera in pecunia perſoluit: & eſt neceſſum
A hanc ſocietatẽ, ad ſecundũ genus reduci: quia opera,
& pretiũ eius ponitur ſucceſſiue: vt in ſecundo gene
re docuimus: huius damni, mille aureorum cõmunis,
duæ partes ad Petrũ pertinẽt: ad Ioannẽ vna: Petrus
deperdit 666. aur. Ioannes tantũ 333. aureos, &c. col
latis in ſocietatẽ (vt ibi) ab vtroque, 1095. aureis, 12.
B ſolidis, & ſimul ab ambobus 2191. aur. 4. ſolidis. Ex
his, neceſſario ſequitur, contra Caietanũ, illos mille
aureos, reliquos ſaluos, totos, illud, quod Caietanus
vocat capitale, totũ pertinere ad vnũ Petrũ: totũ eſſe
ſaluũ vni Petro: imo totũ eſt commune, & eius duæ
partes 666. aurei, &c. pertinent ad Ioannẽ, ad Petrũ
tertia tantũ ſcilicet 333. aurei, &c. Tãtum abeſt vt
C iuſta ſit ſocietas Caietani. Furatur ſiquidem ex ea Pe
trus Ioanni totos hos 666. aureos. Quoniam ſolus
Petrus repetit totum: quod reperitur ſaluum: & ita
ſolus, Ioãnes ſentit totũ damnũ: quod ſocietatem
efficit iã, ex vna parte Leoninã, ad caſus dãni omnes
ſaltẽ: qui cõmuniter timeri poſſunt. Secus vero de
lucro, & omnino cõtra. NAM, quoniã Petrus, ex pre
D finitione Caietani, quando lucrũ inuenitur, & reper
tis in noſtro exemplo, in ſocietate 3000. aureis, AN-
TE omnia, ante lucri diuiſionem, repetit totũ ſuum
mille.

Mirabile ſed Neceſſarium.

mille aureorum capitale: & hoc solum deducto, reliqui facti sunt toti bis mille: & hi toti Caietano sunt lucrum: ita factum est, vt toti mille: quos pro opera posuit Ioannes: facti sint lucrum: & quoniam totum hoc lucrum, bis mille aureorum, est commune æquis A
partibus: & eius vnum dimidium solum, conceditur a Caietano Ioanni; totum alterum medium decernitur vni Petro. Ita Perfectum est, vt in casu veri lucri mille aureorum, Ioannes, medio lucro Caietani accepto, nihil lucretur: quoniam, ipse posuit in B
societate mille aureos: Petrus vero qui primum, & ante omnia deduxit totum suum mille aureorum capitale, & deinde medium lucrum: & reportauit bis mille aureos. Solus ipse desumit, absumitque, & absorbet totum lucrum totale, & commune societatis: Ioannnes vero nedum nummum lucratur: etiamsi posuit mille aureos: æque ac Petrus: & in casu, eorũ, C
qui communiter exspectari possunt omnium faustissimo: in casu, in quo: capitale tantum mille aureorũ, iuxta doctrinam Caietani, in nostro exemplo, intra quinque annos, lucratum est bis mille aureos: vnũ milliare singulis annis, omni damno deducto, lucratur quadringentos: singula centenaria, singulis annis quadraginta. Insolentissimum hoc, de tantum mille aureis, lucrum: & in casu, fausto adeo, Ioannem, nullam sentire partem lucri, argumentum est iam, & D
apodi-

apodicticum, perneceſſarium inquam, iam perfectæ, ex vtraque parte ſocietatis Leoninæ. Quando ex ea, qui ponit pecuniam, in omnibus caſibus lucri : qui communiter poſſunt exſpectari; Solus Petrus abſor-
A bet totum lucrum: idem in caſibus communiter contingentibus damni: nullum ſentit damnum: Ioannes contra, qui ponit operam, in omnibus caſibus damni, qui communiter timeri poſſunt, ipſe ſolus ſentit totum damnum: idem vero in nullis caſibus lucri, eorum qui communiter exſpectari poſſunt, lucri aliquã ſentit partem. Eſt igitur Societas, quam iuſtiſſi-
B mam determinant Sylueſter, & Caietanus, & fere omnes Doctores amplectuntur, & habent probatiſſimam, & omnium auctoritatem, ſequuti, omnes totius orbis Mercatores exſequuntur, amplectuntur, & adamant, & habent frequentiſſimam: & confeſſarij probant, hæc inquam ſocietas, eadem eſt cum illa:
C quam Vlpianus, & Iuſtinianus & Priſci omnes Iuriſconſulti iniquiſſimam declarant, aſpernantur refugiunt, exterminandamque iudicant: quod ſentiãt Leoninam. Nec tantum id, ſed crudelitate, & atrocitate, excedit illam. Quoniam ex hac Caietani ſocietate; qui ponit pecuniam, in caſibus damni : qui
D communiter timeri poſſunt, non modo non ſentit aliquam partem damni : ſed potius in omnibus ijſdem damni caſibus, lucratur. Qui ponit operam

contra in nullis casibus, eorum, qui communiter lucri possunt exspectari: sentit lucri aliquam partem: sed potius, in ijsdem omnibus lucri casibus, deperdit: & aliquando permultum, de eodem ipso suo capitale: aureos videlicet, nonaginta nouem & QVADRINGENTOS. Quidni igitur sperem futurũ, vt eã Excellentissimus Archiepiscopus in hac sua prouintiali, & sanctissima Synodo, declaret vt alter Iustinianus, iterum Leoninam: & iubeat exterminari ab ecclesijs omnibus quibus Præest. Ad Gloriam. D.O.M. & animarum, quarum curam gerit, perpetuam salutem?

His omnibus exploratis, & demonstratis, videtur iam hęc quæstio diligentissime pertractata: & illustratus clarissimo lumine textus: qui forte, auctoris posteritati toti fuit obscurissimus. Adeamus iam & carcerem illum teterrimum, in quem tenebrarum alluuio fecit impetum: cancellos cuius confregit, subintrauit, illustrauit superiorum nemo ab Auctore: quæstionem inquam, De illa conuentione: ex qua

Titius, & Seius, &c.

Inter-

Interpretatio Auctoris ad illa verba Legis. 30. Mutius. Non posse societatem coiri, vt aliam damni, aliam lucri
A partem socius ferat.

Quæstio perobscura, & difficillima. Institut. Lib. 3. tit. 6. de Societate.

§.

B

De illa conuentione quæritur;

Si Petrus, & Ioannes inter se pacti sunt, vt ad Ioannem, lucri duæ partes pertineant, damni tertia: ad Petrum damni duæ partes, lucri tertia: an rata debeat haberi conuentio?

QVAMVIS Iustinianus, in Institutionibus, primam proposuerit hanc quæstionem, & decreuerint hanc Pactionem ratam habendam; deinde ascenderit, ad quod maius est: ad comprobandam illam conuentionem: ex qua, quis, lucri refert par-
D tem: quin teneatur de DAMNO: nos, huic, illam praeposuimus seruata methodo doctrinae. Nam illa iam explicata; hanc enucleabimus faci-

lius multo. Habet quidem hæc maiores feceſſus, & receſſus, anfractus, ſyrtes, voragines, Scyllas, Charibdes. Quamobrem omnes conſcriptores, tum Doctores eam abhorrent, ac refugiunt.

A IAM Veteres, & Priſci illi Iuriſconſulti, vt hoc eodem. §. ſcribit Iuſtinianus, de hac quæſierunt multum. Inter primos refert Quintum Mutium, & Seruium Sulpitium. Quorum contentionem fuiſſe acerrimam, & ipſe Iuſtinianus hoc eodem. §. & Paullus Iuriſconſultus. *ff. l. Mutius aperte declarant.* Quintus B Mutius eam accuſat: & pronuntiat non eſſe ratam habendam. Seruius Sulpitius, patronem profeſſus ſuſcipit defendendam: & declarat habendam ratam: Iuſtinianus tandem pronuntiat, & decernit: quum dicit de Seruio. Cuius ſententia præualuit: & adeo contra Quinti Mutij ſententiam obtinuit; vt, illud C quoque conſtiterit: POSSE conuenire; vt, quis lucri partem ferat: de damno, non teneatur.

OBSCVRISSIMIS, & teterrimis tenebris, quæſtio hæc ita inuoluitur; vt Iuriſconſultiſſimi, in ſuis vel inſignioribus gloſſis nihil adferant certum: nihil non ambiguum: nihil, quod non ſenſu multiplici in partes varias, ac diuerſas diſtrahatur: vt ſi legeris, D quid ſentire, quid tenere valeas: quoue te vertas, ignores prorſus. Plerique quidem, haud auſi ſunt, adire horridum lucum: aggredi interpretationem tex-

tus,

tus, tenebrarum horrore perterriti. Quamobrem Sapientissime mirari desine; quum videris, nos & coecos, & sine ductore huc ferri, atque ilhuc: tentare
A omnia, pedibusque, manibusque reptare.

QVINTVS Mutius, in societatem inquirit: & illam acerrime oppugnat: & tandem declarat conuentionem haberi ratam non posse: sed prorsus condemnandam. Rationem, Quintus Mutius, illam vnam adfert: videlicet: quia est contra naturam societatis,
B talis pactio: vt sociorum vnus sentiat lucri duas partes, damni tertiam: alter contra damni duas lucri tertiam. Nullam aliam, aut aliud nihil adfert Iustinianus, pro sententia Quinti Mutij.

SERVIVS Sulpitius contra sensit, & contendit conuentionem ratam habendam: & vt Iustinianus refert, in confirmationem suæ sententiæ rationem illam adfert. Nam & ita potest coiri societas; vt, alter pecuniam conferat, alter non conferat: tamen lucrū inter eos commune sit. Quia sæpe, opera alicuius pro pecunia valet: & sæpe, quorumdam ita pretiosa est opera in societate; vt eos iustum sit conditione meliore in societatem admitti: id est; vt, qui ponit operam pretiosam, habeat lucri duas partes, damni
D tertiam: qui ponit, pecuniam duas damni, lucri tertiam. Nec id solum: sed adeo pretiosa potest esse opera: vt sit tanti, quanti damnum, quanti capitale est:

& æquum

& æquum sit; vt qui hanc ponit operam; lucri partem ferat: damni nullam sentiat.

VTRAMQVE sententiam, & Quinti Mutij, & Seruij Sulpitij: quomodo eas refert Iustinianus, & A
cum rationibus, quibus, quæque confirmatur, & ijsdem orationis generibus contractam, & retectam a nobis quodammodo, & explicatam iam habes deproptam e angustissimis nostris cellulis, paruoque pœnu. Iudicium, & sententiam, ac decretum, Iustiniani Imperatoris, & Sacratissimi, & summæ ac altissimæ cum auctoritatis, tum maiestatis, iam accipito. B

Seruij Sulpitij sententia præualuit:

Seruius Sulpitius contra Quinti Mutij sententiam obtinuit. Lex igitur, esto Rata habeatur conuentio. C

IMPERATORIAM auctoritatem, quis iam tutus, iam securus non auide sequatur? Imperatoriam maiestatem, quis non iam humi prostratus veneretur, reuereatur? Antiquissimam, & Altissimam Iurisprudentiam, quis negligat? quis deserat? Quis non? Si D
præclara, si ALTISSIMA alio vocauerit VERITAS. Cui cedat est, quissimum omnis humana cum sapientia, tum Maiestas.

ETIAM-

ETIAMSI sententiæ Quinti Mutij, antepoſuerit Iuſtinianus Imperator, Seruij Sulpitij ſententiam:
A & propoſitam in quæſtione ſocietatem decreuerit ratam habendam: Tamen, vt Sylueſter Soc. 1. refert, Angelus, Quinti Mutij ſententiam amplexatus, haud dubitauit recedere ab Imperatore: & Quintum Mutium ſequi ducem. Et Seruij Sulpitij ſententiam, & Imperatoris legem improbauit Angelus: & talem
B pactionem adfirmauit non eſſe ratam habendam. Huius auctoris ſcripta, haud potuimus vnquam videre: nec conceditur nunc; etſi ardemus. Præelegimus tamẽ adhærere Mutio. Quoniã, ex his quæ accepimus, ab vna experientia, multorũ exemplorũ; eius ſententia, verior nõ modo: ſed veriſſima, ſed neceſſaria eſt.

CVM videamus, quæſtiones has, nunc nobis pro
C poſitas, fuiſſe ad hanc vſque diẽ cunctis hominibus, & cuilibet altiſſimæ etiam ſapientię cum ſpiſſas multum, tũ intricatas, tum ſpinoſſas nimium; vnum hũc laborem laboramus: vnum hunc ſudorem ſudamus, runcina, bipẽni etiã adhibita tollere, eruncare omnes ſpinas; & nouale hoc, ac Syluã quæſtionum difficilliũ cum iterare, tum tertiare. Quæſo ſapientiſſime, & iu
D ris communiſſimi conſultorum Conſultiſſime, ne moleſtum tibi ſit: feras potius iam æquiori animo: quod promittere de hoc nouale audeamus, fructũ pulcherrimorum, per quam vberrimum prouẽtum.

REPRE-

REPREHENSVM lego Quintum Mutium ab Accursio, & a Seruio Sulpitio: quod dixisset sententiam, rationem haud appositam reddidisset. Ait enim Accursius de Mutio, Seruium sequutus *Gloss. 2. In responsione bene dixit: sed in ratione, (quæ tamen non est hic) male. Dixit enim; quasi hoc sit iniquum propter naturam societatis. Vt supra l. proxima in fine, & Instit. §. de illa. & ideo in hoc redarguitur.* A

IMMO tu Accursi, qui hęc probra, hęc conuicia congeris in consultissimum Mutium cum tuo Seruio, a nobis feres tuæ iniquæ redargutionis meritissimas pœnas. Respondit Quintus Mutius rectissime; & vt demonstrabimus aptissimam, & adpositissimam, & genuinam, & natiuam suæ sententiæ reddidit causam, nec non rationis rationem: si tu Accursi cognouisses: & quærendi, & colligendi artem: & resoluendi demonstrationes, in sua prima cum principia tum elementa, scientiam tenuisses. Vidisses quidem methodis Logicis si instructus: Rationem, & causam primam dicti Quinti Mutij esse illam: *quam. ff. l. 30.* refert Paullus *Non posse societatem coiri, vt aliam damni, aliam lucri partem socius ferat,* Quamuis, Paullus, Iurisconsultus, hanc quasi legem a Mutio propositam referat: Nunquam tamen mihi hoc persuadeam: sed potius adfirmo; hæc verba, adtulisse Mutium, ad demõstrandum, esse contra B C D

natu-

naturam societatis, vnum sociorum habere lucri duas partes, damni tertiam: alterum contra, damni duas, lucri tertiam. Quæ cum ita sint: disputanda no-
A bis hoc loco videtur hæc quæstio.

Quæritur, an ita possit coiri societas, vt aliam damni, aliam lucri partem socius ferat?

B VT VIDERE licet in hac lege, Quintus Mutius, prior scripsit: posterior Seruius Sulpitius, & fecit notas in Quintum Mutium: Mutij scripta reprehendere professus est, & carpsit. Deinde Paullus, Iudicium interponit, & decernit. Primum refert sententiam Mutij, dicitque. Mutius *lib.* 14. scribit, non posse societatem coiri, vt aliam damni, aliam lucri partem socius ferat. Vt ex *Glossis* 2. & 4. ad hæc verba constat Mutius existimauit, non posse ita coiri so-
C cietatem: id est non licere; Nam esset iniusta societas; & ideo nulla. Seruius vero, dixit de facto non posse ita contrahi: aut si contraheretur, non posse redigi in actum. Nam vt interpretatur Ioannes, numquam potest accidere, vt simul reperiantur lucrum & damnum: atque ita; quum acceperit socius duas
D partes lucri: nullum poterit reperire damnum: cuius accipiat vnam partem: similiter etiam, cum damni acceperit duas partes; non erit possibile reperiri lu-

crum:cuius valeat accipere vnam partem. Neque enim lucrum adesse possumus intelligere; quin deductum fuerit prius totũ damnum:neque damnum, similiter cognoscere licet;quin prius fuerit deductum totũ lucrum:atque ita necessarium est reperiri in societate,aut solũ lucrum: aut solũ damnum: vtrũque simul,nullo modo,posse vnquam reperiri.Paullus determinans quæstionem,ac definiens ait.Etiamsi in societate,in eodem numero euentu,& casu, & iam finito negotio,non possint reperiri simul lucrum,& damnum:possunt tamen in eadem societate,& in eodẽ negotio,in diuersis tamen casibus.Potest namque societas coiri,ita vt in prospero euentu , & casu lucri, tunc eius lucri,quod reliquum fuerit, omni damno, & toto capitali deducto,pars alia,id est diuersa feratur:quod si reflante fortuna acceptum fuerit damnũ in capitale;tunc in eo casu,illius damni,quod deducto lucro:& prouentu,&summa reperta salua repetita,adhuc sentietur incõpensatum,pars alia,id est diuersa,a parte,quam accepturus fuisset lucri,si prouenisset,capiatur.Hæc Paullus omnino: etiamsi a nobis paullulũ apertius explicata.Ex his ijsdem Paulli, Iustinianus , vt posset manifestius multo deprehendi, non dixit aliam damni,alĩa lucri:sed quasi in hũc modũ dixisset contra sententiãMutij:Potest societas ita coiri:vt Ioannes,lucri ferat duas partes,in casu lucri:

tertiam

tertiã damni:si damnũ contigerit:aut in casu damni:
Petrus contra,si succesſerit damnũ; in hoc casu, da-
A mni ſentiat duas partes:in euẽtu vero proſpero, tũc
lucri reperti,accipiat tantum tertiam partem.Poteſt
ſiquidẽ,quãuis negauerit Muti⁹,ita ſocietas coiri, vt
aliã damni,aliã lucri partẽ ſocius ferat; vt definiuit,
&determinauit Paullus.Hæc,eſt,quo,nihil apertius,
mens cũ Paulli,tũ Iuſtiniani:nihil dubites ſapientiſ-
B me.Vnde,iuxta propoſitũ Iuſtiniani,nõ eſt neceſſum
demonſtrare,hanc ſocietatem, circa eamdem hanc
partiũ lucri,& damni quantitatem:ſed illud erit ſatis
oſtendere, Poſſe conuenire, vt, quis ferat aut lucri
plus,quã damni: aut contra damni plus,quam lucri:
lucri plures partes,damni pauciores: vel damni plu-
res,pauciores vero lucri:Lucri tres,damni duas: vel
C quattuor damni,lucri tres.Circa quãcũque id quan
titatem demõſtraueris:effeceris, quod propoſitũ eſt
Iuſtiniano hoc loco, iuxta Seruij Sulpitij ſentẽtiã de
mõſtrare cõtra Quintũ Mutiũ. Potes itaque pro Ser
uio:& contra Mutiũ in hũc modũ argumẽtari.Ex de
mõſtratis in ſuperiori quęſtione. A maiori ſumpto ar
gumẽto.Multo graui⁹ eſt,dãni nullã partẽ ſentire,&
D lucri referre partẽ:quam lucri ſentire duas partes: &
dãni vnã:ſed illud repertũ & demõſtratũ eſt iuſtũ: in
ſuperiori quęſtione.Ergo &hoc q̃ min⁹ graue eſt,po
terit facile,a verſato in regula Algebræ,& ſocietatis

reperiri iustum. Nam si id quod minus videtur inesse, inest; id quod magis videtur inesse, magis inerit. Præterea, nihil tam aliud, tam diuersum ab alio, quã aliquid, ab eo quod est nihil: aut, quã res & omnino A nihil interse: sed potest ita coiri societas ex superiori quæstione, vt quis, ferat lucri quicquam: & damni sentiat omnino nihil: Ergo, etiam poterit coiri ita; vt lucri ferat duas partes, & damni vnam. Quoniam vnum, aut quicquam ad rem, propius accedit, aut minus distat, quam nihil. Vehementissimæ quidem, at- B que acerrimæ hę rationes: ad Seruij Sulpitij, Paulli Iurisconsulti, & Iustiniani Imperatoris sententiam confirmandam. Nos tamen haud poterunt a Mutio, a certissima, & necessaria veritate dimmouere. Sed potius Quinti Mutij sententiam renouamus, erigimus, & subiecta conclusione, in vitam, in lucem, C in locum altissimum reuocamus.

Conclusio pro Mutio.

NON potest societas ita cõiri; vt aliam damni, aliam lucri partem socius ferat.

NON licet, ita societatem coire, vt quis lucri, in D successibus prosperis, plures partes ferat: idem, damni pauciores, in euentibus improsperis: pauciores inquam quã lucri. Id est, non potest conuenire, vt

vnus

vnus & idem ſocius, in caſibus lucri, lucretur quid multum: in caſibus damni deperdat parũ: aut contra: aut, non erit licita ſocietas: ex qua, ſi quis accipiat, lucri duas partes, non etiam duas relaturus ſit damni:
A aut contra: ſi damni ſubeat quattuor; non exſpectet etiam quattuor lucri, ſed pauciores: & noſtro more loquendi, & vt apertius Mutij ſententiam, & mentem explicemus.

OMNIs illa ſocietas, ex qua, quis plus exſpectat lucri quam damni: aut contra, plus ſubit damni: quã exſpectat lucri, eſt iniqua, eſt iniuſta. Ideoque huiuſ-
B cemodi ſocietas non poteſt coiri.

HÆC eſt ſententia, hæc mens Quinti Mutij: ſic aperte, ſic manifeſte explicata: vt, iam quilibet poſſit eam omnino, & facillime comprehendere: vt nullus iam intellectus queat vel tantum lumine rationis irradiatus ei non plene aſſentiri. Poteſt quidem ſocie-
C tas de facto ſic contrahi; vt, aliam damni, aliam lucri partem ſocius ferat: quod negat Sulpitius: poteſt, quia de facto, in eadem ſocietate, & in eodem negotio, in diuerſis tamen caſibus poteſt timeri damnũ, & exſpectari lucrum, & ſuccedere vtrumque: quod concedit: quod fatetur Paullus. NON poteſt tamen
D talis ſocietas coiri: vel ſi adfirment, vel ſi adſeuerent & Seruius Sulpitius, & Paullus Iuriſconſultiſſimus, & Iuſtinianus IMPERATOR altiſſimus. Iniquiſſimũ enim

enim. *l. Si non fuerint.* §. *Aristo. in fine.* Iniquissimum genus societatis est: ex qua, quis damnum, non etiam lucrum exspectet: & contra. *& l. Si igitur.* Æquum est; vt qui particeps est lucri, sit etiam particeps damni. A *& l. Si pascenda. & l. Quidam sagariam.* Hinc etiam; iniquissimum etiam genus societatis est: ex qua, quis plus exspectat lucri, quam debet timeri damni: aut non tantum exspectat futuri lucri: quantum subit, contingentis, aut contingibilis damni. Nam, quæ ratio est totius, eadem debet esse & partis. Cum iniquissimum genus societatis sit: ex qua, quis exspe- B ctat lucrum, & non damnum: ex eadem ratione sequitur, & necessario, Iniquissimum genus societatis esse: ex qua, quis; non exspectat tantum LVCRI: quantum DAMNI. ÆQVALES siquidem omnino interse, & mutuo, sibi ipsis & necessario esse debent partes lucri & damni, C ad vnumquemque socium pertinentes: & cuique sociorum aut decretæ, aut decernendæ: Est omnino necessum; vt, partes lucri & damni, eidem vni socio attributæ eamdem proportionem seruent: Si inquam Petro, qui ad capitale totale bis mille aureorum, vnã tantum partẽ appositit, lucri vna tantũ pars D ex societate primis generis pertinet: damni etiam, Petrus vnam partem sentiat: & si ex societate secundi generis, potest exspectare lucri duas partes; damni

mni etiam duas ſuſcipiat. Nec ſecus Ioannes, ſi ex ſocietate tertij generis tantum tertiam poteſt exſpectare lucri: damni ſentiat tantum tertiam: Si ex quar
A ti generis ſocietate, in exemplo ibi propoſito, lucri tantum habet quintam partem; tantum etiam quintam ſentiat damni. Hæc æqualitas inter partes lucri, & damni ad vnum eumdem ſocium pertinentes, vt exſperimenta ſuperiora demonſtrant, cuique ſpectanti, omni, omnis generis, ſocietati conuenit, &
B ſemper: ita, vt hæc vna æqualitas ſit neceſſaria in omni ſocietate: vt hæc vna ſit de intrinſeca ratione ſocietatis: & conueniat cum ſemper, tum omni ſocietati: vt hac vna poſita, iam ponatur ſocietas: & hac vna ſublata, ſocietas omnino tollatur: nulla remaneat ſpecies, nullum veſtigium ſocietatis: ita vt, hoc ſit veriſſimum Axioma. Omnis ſocietas, id
C debet habere maxime propium; vt, partes lucri pertinentes ad vnumquemque ſocium, ſint coæquales partibus damni, ad eumdem illum pertinentes: & cõtra: vt partes ſocietatis cuiuſque ſint eędem interſe: ſint ſibi inuicem, & mutuo, æquales: nullo modo diuerſę: nullo modo inæquales: ita, vt, Omnis ſocietas, in qua partes ad vnum eumdem pertinentes e-
D runt in aliqua re, vel minima, inæquales; ſit nulla: ſit iam Leonina. Hoc totum, vna acerrima, & clariſſima demonſtratione, ſit omnino neceſſarium.

Omnis

Omnis societas in qua reperitur inæqualitas: est iniusta, est nulla: sed Omnis societas in qua partes societatis, ad vnum eumdem pertinentes, non sunt eædem, non sunt sibi ipsis inuicem, & mutuo æquales, est talis, vt in ea reperiatur inęqualitas. Ergo, Omnis societas, in qua, partes societatis, aut lucri, & damni, ad vnum eumdem pertinentes non sunt eædem, nõ sunt, sibi ipsis inuicem, & mutuo, omnino etiam æquales, est iniusta, est nulla: est talis: quæ non potest coiri. Quoniam nemini licet, aliquem iniustum contractum coire. Ex his, hæc, pro Mutij conclusione, demonstratio. Nulla societas, in qua reperitur inæqualitas potest coiri. Sed, Omnis societas, ex qua, aliam damni, aliam lucri partem socius fert, est talis, vt in ea, manifesta reperiatur, inęqualitas: Ergo, Nulla societas, ex qua, aliam damni, aliam lucri partem socius fert, potest coiri. Quis, hanc esse demonstrationem negabit? Cum constet, ex his, quæ perse, & propia sunt, & de intrinseca ratione, rei de qua agitur, ex propositionibus perse notis, ex primis, veris, vniuersalibus, causis perse conclusionis: in prima figura, in secundo modo: per quam, & quem, Negantes omnes vniuersæ conclusiones, (quarum certam, & necessariam veritatem desideramus) demonstrantur.

EX hac conclusione iam apertissime, & ex necessarijs

ceſſarijs demonſtrata, iam erit facillimum, rationem illam aliam Quinti Mutij, talem pactionem eſſe contra naturam ſocietatis etiam demonſtrare. Sed pro-
A ponamus primum aperte Mutij rationem.

Cloncluſio pro Mutio.

OMNIS pactio, quæ illud conſtituit, vt ad vnum lucri duæ partes pertineant, damni tertia: ad alterum
B *vero damni duæ partes, lucri tertia, eſt contra naturam ſocietatis.*

AD vnam hanc conficiendam concluſionem, duas afferemus demonſtrationes deſeruientes, indulgenteſque, vni perſpicuitati, & vnius veritatis oſtentationi, vnam magis communem, & vniuerſam, alteram propiam magis, & adæquatam. Omnis pa-
C ctio, quæ tollit æqualitatem eſt contra naturam ſocietatis: Sed, Omnis pactio, quæ illud cõſtituit, vt ſocius aliam damni, aliam lucri partem ferat, tollit æqualitatem: Ergo, Omnis pactio, quæ illud conſtituit, vt ſocius aliam damni, aliam lucri partem ferat, eſt contra naturam ſocietatis. Ex hac eadem, propo-
D ſitam demonſtrabimus concluſionem in hunc modum. OMNIS pactio, quæ illud conſtituit vt ſocius aliam damni, aliam lucri partem ferat, eſt contra na-

turam societatis : Sed OMNIS pactio, quæ illud constituit, vt ad vnum lucri duæ partes pertineant, damni tertia: ad alterum vero damni duæ partes, lucri tertia; est talis, vt constituat, vt socius aliam damni, aliam lucri partem ferat. Ergo, omnis pactio, quæ illud constituit, vt ad vnum lucri duæ partes pertineant, damni tertia: ad alterum vero damni duæ, lucri tertia, est contra naturam societatis. Ex hac, concludemus tandem responsionem, Quinti Mutij ad quæstionem.

A

B

Resp. & Conclusio pro Mutio.

C

CONVENTIO, ex qua, Petrus & Ioannes inter se pacti sunt, vt ad Ioannem lucri duæ partes pertineant, damni tertia: ad Petrum vero damni duæ, lucri tertia, non est rata habenda.

HÆC conclusio ex superioribus demonstratur, & fit omnino necessaria in hunc modum. Nulla conuentio, quæ est contra naturam societatis, est rata habenda: Sed conuentio, ex qua Petrus & Ioannes inter se pacti sunt, vt ad Ioannem lucri duę partes pertineant, damni tertia: ad Petrum vero damni duæ, lucri tertia, est contra naturam societatis: Ergo, Conuentio, ex qua, Petrus & Ioannes inter se pacti

D

sunt,

sunt, vt ad Ioannem lucri duæ partes pertineant, damni tertia: ad Petrum vero, damni duæ, lucri tertia,
A non est rata habenda.

QVIS Seruius, quis Accursius, asserat Quintum Mutium in responsione bene, sed in ratione, male, dixisse? & rationem hic non esse? Dixit enim, quasi hoc sit iniquum propter naturam societatis. Aperte Accursius *Gloss. 2. ad l. Mutius*, imitatus Seruium, qui
B vt Paullus refert notas scripsit in Quintum Mutium: eumdem notat & inertiæ, & imperitiæ, & inæptiæ, atque in eum insurgit, & iniurijs Mutium lacessit, Iudex quidem magis seuerus, quam verus, quam iustus, quam æquus. Inertum, ineptum, stolidum, stupidum in reddenda responsionis ratione accusant, & irridentQuintum Mutium & Seruius, & Accur-
C sius: quod dixerit, talem pactionem, esse contra naturam societatis. Quam recte? Demonstratio a nobis constructa, immo demonstrationes connexione necessaria inuicem colligatæ, a nobis constructæ, redactaeque in figuram, in modum, in formam, sunt quidem argumentum manifestum iniquæ reprehensionis, & insultationis iniustissimae. Responsionem
D concedunt rectam, & aptissimam interrogationi. sed quantum coniecturis assequor, per ironiam: quando ineptiã obijciunt, in rationis redditione. O præclari Logici. Quę ratio reperiri potest: quę apti⁹ cohęreat

sententiæ,cuius in confirmationem adfertur? Quod mediũ, quod argumentũ inuenies germanum adeo, & vernaculum ? quæ ad sententiam confirmandam magis genuina,germana, natiua, propia, adæquata conclusionis causa ? Quę in argumentis pulchrior? quæ specioſior forma?Requires modum? desiderabis figuram? A

IACENT quidem dicta Quinti Mutij, & Seruij Sulpitij disperſa,atque separata,a rationibus:quibus a suis auctoribus,fuerunt confirmata.Vnde illud; vt videãtur pleriſque, sine rationibus sententiæ:& quę dictorum rationes sunt ; & prædictarum sententiarũ causæ omnes posteri ignorarint,& nunc ignorent:vt legem constituerit Paullus: quę nihil,quod legis sit habet:sed est potius confirmatio rationis:quam in Institutionibus adfert Iustinianus. Collegimus tamen nos Sapientiſſime,vel si diffidas Logicæ nostræ: sed & Doctoris clariſſimi nostri: cui permultũ detraxiſti:quam si iniuriam æquo animo ferrem nec vindicarem acerrime in his scriptis, ingratiſſimi timerem subire notam turpiſſimam: & luere a mea ipsius conscientia grauiſſimas pœnas:quæ perpetuum me diesque, nocteſque infestaret. Collegimus Sapientiſſime, & disperſa, quamuis hæc iacent, quaſi abſyrti membra, vt vix,ac nec vix cognoſcerentur a parente,collegimus inquam in vnum corpus, & formam redegi- B C D

redegimus,& tibi, (si adspicere cõtingerit)haud dubie pergratam, pulcherrimam. Redijt vnumquodque ad iuncturam suam.Hæc si Accursius accepisset, si tenuisset veram Logicam,artem colligendi, haud
A quidem cum Seruio,Mutium reprehendisset; nedũ exagitasset conuitijs. Quintus Mutius respondit & rectissime, (vt demonstrauimus) & adpositissimam adtulit suæ responsionis rationem, nec non rationis rationem.Dissecuerunt fortasse posteri,dissecuit fortasse Seruius Sulpitius in suis, in Quintum Mutium notis,& reprehensionibus,&ex illis accepit Paullus:
B dissecuit Seruius Mutij scripta, & vt Medea,fratrem Apsyrtum, dissectum dispersit in itinere, vt patris, qui eam persequebatur celeritatem retardaret: ipse & Paullus,& Iustinianus,& alij,dispersa in varijs locis, ad nos transmisserunt. A cacodemone certe id Sapientissime accipe factum; vt,vel sic retardaret no
C stra ingenia:dum a nemine colligerentur:nec ex facie, daretur cognoscere summa diligentia, conquisitam veritatem.Conquisiuimus nos,& contigit anxia inuestigatione adinuenisse.Collegimus,& redegimus quodque membrum in suum locum, in iuncturam suam:vt iam cuique liceat veritatis ipsam fa-
D ciem cognoscere,adamare,non modo spectare. Conati sumus,& quæ Seruij sunt, & quæ Mutij, omnia collegere ex locis diuersis:& quę accepimus a Paullo Iu-

Io Iurisconsulto. *l. Mutius*, & quæ nobis reliquit Iustinianus hoc eodem. §. & eodem, ijsdem pœne verbis imitati, reddidimus primum: & proposuimus cuique spectanda. Deinceps, vt facilius quoque possint concipi, ac comprehendi a Iurisprudentiae, & Theologiae studiosa iuuentute, glossis nostris, & interpretationibus, nec vt spero ingratis, omnia retegemus: & longius, ac latius explicabimus: reddemus tandem omnia clarissima, huius doctrinae vel paullulum gnaro. Vnde, vt omnia quae effusa oratione adtulimus, vt possis eadem comprehendere facilius, contrahemus in summam quam breuissimam.

QVINTVS Mutius propositæ quæstioni respõdet: Nec debet, nec potest rata haberi cõuentio. Ratio, Quia talis pactio est contra naturam societatis. Huius rationis ratio, causa prima, germana, genuina, propia, adæquata, formalis. Quoniam, de intrinseca ratione societatis est, maxime identitas, & ÆQVALITAS partium societatis, aut lucri, & damni, ad vnum eumdem socium pertinentium. Aut ne aliam damni, aliam lucri partem socius ferat. Ne quis plus damni, quã lucri: aut contra, plures partes lucri, quã damni sentiat. Et huius tandem rationis ratio. Nam in omni societate, æque ac in omni alio contractu, necessario seruanda ÆQVALITAS. Vnde omni Pactio,

ctio, quæ tollit æqualitatem, & maxime eam, quam debent interse mutuam seruare partes societatis ad eumdem pertinentes, est contra naturam societatis:
A quæ seruare debet iuris naturalis præscriptum. Hæc est responsio Quinti Mutij ad quaestionem propositam. Hae etiam rationes: quę a Quinto Mutio videntur adlatæ, in suæ sententiæ confirmationem. Seruium audiamus.

SERVIVS Sulpitius, oppositus Mutio Respondet: Rata potest, & debet haberi conuen-
B tio. Ratio, Quia non est contra naturam societatis. Quia seruat æqualitatem. Quia potest societas ita coiri, vt aliam damni, aliam lucri partem socius ferat. Nam, & ita potest coiri societas, vt alter pecuniam conferat: alter non conferat, tamen lucrum inter eos commune sit. Quia
C sæpe opera alicuius pro pecunia valet. Quia sæpe, quorumdam ita pretiosa est opera in societate; vt, eos iustum sit conditione meliore in societatem admitti: vt, eum, qui ponit ita pretiosam operam, iustum sit, lucri habere duas partes, damni tertiam: eum vero, qui posuit damnum: qui posuit pecuniam; quæ dicitur damnum; quæ dicitur capita-
D le, damni sentiat duas partes, lucri tertiam. Paullus Iurisconsultus in eamdem sententiam, *l. Mutius.* consspirat. Hactenus Seruius.

QVO-

QVONIAM propositum est nobis luculentissimis glossis, omnes fugare tenebras, nihil relinquere obscuritatis, omnia interpretationibus aptissimis, & cohærentibus, reddere omnibus perspicua & clarissima: nihil prætermittere decreuimus, nullum non reuoluere lapidem: vel si videamur nimium multi. Quoad restituta in suum locum veritate studio nostro, zeloque, & curę vehementi fecerimus satis; haud nos continere possumus: quin omnia effundamus. Accipe igitur Sapientissime contra, & iuxta se loco eodem positas, oppositas mutuo inter se, Mutij, & Seruij, singillatim traditas omnes pro hac quæstione sententias. A B

Seruius	Mutius
1 *Potest rata haberi conuentio*	1 *Non potest rata haberi conuentio* C
2 *Non est contra naturam societatis conuentio.*	2 *Est contra naturam societatis conuentio.*
3 *Potest societas coiri, vt aliam damni, aliam lucri partem socius ferat.*	3 *Non potest societas coiri; vt aliã damni, aliam lucri partem socius ferat.*
4 *Potest societas coiri: in qua seruatur* ÆQVALITAS.	4 *Non potest societas coiri: in qua non seruatur* ÆQVALITAS. D

HARVM, tres primę propositiones, sententięque, quæ a Seruio, his quæ a Mutio contrarie opponuntur

nuntur: quæ sub eadem numeri nota cadunt prima primæ: secunda secundæ: tertertia tertiæ: Et est im-
A possibile ambas simul aut veras, aut falsas inueniri. Quartæ non sunt oppositæ. Quippe quæ ambæ sunt veræ: & afferuntur ad cæteras demonstrandas. Sunt etenim prima principia, & elemẽta demonstrationũ, in hac doctrina, his: qui veram Logicam, & scientiã tenent demonstrandi. Illa, adefficiendas affirmantes
B conclusiones: hæc ad negantes demonstrandas. Ex his, quo lumen clarissimum, rebus obscurissimis, adferamus: quo crisis hæc nostra rectissima, & obsolutissima adhibeatur; componere oportet pronuntiata pro vtraque parte, & vniuersa, & partialia; vt ex omnũ collatione, & contentione, consurgat veritatis fulgor clarissimus: cui tenebræ omnes cedant: quem
C tenebrę nullę iam comprehendant, impediantue: quo minus ad omnes possit prouenire.

Seruius

D *Omnis Societas, in qua seruatur ÆQVALITAS, potest coiri.*

Aliqua Societas, in qua seruatur ÆQVALITAS, potest coiri.

Mutius

Nulla Societas, in qua non seruatur ÆQVALITAS, potest coiri. Prima propositio.

Aliqua Societas, in qua non seruatur æqualitas, non potest coiri.

2. *Omnis societas, ex qua, quis lucri sentit duas partes, damni vnam, seruat Æqualitatem.*
Aliqua societas, ex qua, quis lucri sentit duas partes, damni vnam, seruat Æqualitatem.

Nulla societas, ex qua, quis, lucri sentit duas partes, damni vnam seruat Æqualitatem. A
Aliqua societas, ex qua, quis, lucri sentit duas partes, damni vnam non seruat Æqualitatem.

3. *Omnis societas, ex qua, quis lucri sentit duas partes, damni vnam, potest coiri.*
Aliqua societas, ex qua, quis lucri sentit duas partes, damni vnam potest coiri.

Nulla societas, ex qua, quis, lucri sentit duas partes, damni vnam potest coiri.
Aliqua societas, ex qua, quis lucri sentit duas partes, damni vnam non potest coiri. B

4. *Nulla pactio, qua, quis sentit lucri duas partes, damni vnam, est contra naturam societatis.*
Aliqua pactio, ex, qua, quis sentit lucri duas partes, damni vnam non est contra naturam societatis.

Omnis pactio, ex qua, quis sentit lucri duas partes, damni vnam est contra naturam societatis. C
Aliqua pactio, ex qua, quis sentit lucri duas partes, damni vnam est contra naturam societatis.

5. *Nulla pactio: quæ seruat Æqualitatem, est contra naturam societatis.*
Aliqua pactio quæ seruat Æqualitatem, non est contra naturam societatis.

Omnis pactio, quæ non seruat Æqualitatem, est contra naturam societatis. D
Aliqua pactio, quæ non seruat Æqualitatem, est contra naturam societatis.

HIS ita propositis iam erit facile, cum nobis, multo apertius quam alias vnquam ab alio, vtramque sententiam explicare, & declarare: vniuscuiusque rationes examinare criticis instrumentis
A adhibitis, illas ad has conferendo, applicata perquã fideli trutina pondera, oppositarum ad inuicem rationũ, librare: Tum, quę, suę veritatis grauitate præponderet: quæ suę falsitatis leuitate feratur in altũ, etiam erit facillimum, Ædili cuique æquissimo, pro bono communi cum videre, tum etiam, atque etiam inspectare, & tandem sententiam proferre, ac pro-
B nuntiare. Arbitror quidem hominum neminem, vel solum his spectatis, posse non statim assentiri, his quę pro Mutio stant non statim cognoscere, cum omnes propositiones affirmantes vniuersas esse omnino falsas; quoniam omnes earum contradicentes sunt verissimę. Tum etiam, omnes propositiones affirman-
C tes particulares sentiuntur, vt audiuntur falsæ. Nam earum contradicentes vniuersę, cognoscuntur verissimae. Atque ita argumentis ad incommodum, & impossibile, possunt omnes demonstrari, in hunc modum. Aliqua societas in qua reperitur inęqualitas, potest coiri, Sed, Omnis societas, in qua repe-
D ritur inaequalitas, est iniusta. Ergo, Aliqua societas iniusta, potest coiri: vel ita. Omnis societas, in qua reperitur inaequalitas est iniusta: Sed Aliqua

societas in qua reperitur inæqualitas potest coiri, Ergo. Aliqua societas iniusta potest coiri. Præterea, Seruius Sulpitius, ad suam conclusionem conficiendam, præter primam illam propositionem, Omnis so A
cietas, in qua seruatur æqualitas & iustitia potest coiri; nullam aliam potest assumere vniuersam; nedum veram. Non illam. Omnis societas, in qua reperitur inaequalitas est iusta: Non illam. Omnis societas, in qua reperitur inęqualitas potest coiri. Non illam, B
Omnis societas, ex qua, quis sentit aliam damni partem, aliam lucri, seruat æqualitatem. Nec tandem illam, Omnis societas, ex qua, quis sentit aliam partem damni, aliam lucri potest coiri. Quintus Mutius contra, omnes propositiones potest assumere & vniuersas, & veras. Nempe, Nulla societas in qua C
reperitur inęqualitas potest coiri. Nulla societas, ex qua, quis aliam damni, aliam lucri partem sentit seruat æqualitatem. Nulla societas, ex qua quis sentit lucri duas partes, damni vnam potest coiri. Nulla Pactio, quæ est contra naturam societatis, est rata habenda. Omnis Pactio, quę tollit æqualitatem, est contra naturam societatis. Omnis Pactio, quę constituit, vt vnus habeat lucri duas partes, damni D
vnam: alter vero damni duas, lucri vnam & tollit æqualitatem, & est contra naturam soeietatis. Hæ quidem omnes sunt cum vniuersæ, cum perse no-

tæ, quarum veritati, statim illis auditis assentitur intellectus, remota omni demonstratione. Quamuis hae propositiones Omnes sunt verissimæ, per-
A se notæ & necessariæ, omnium maxime illa: Omnis Pactio ex qua, partes societatis, vel lucri, & damni ad vnum eumdem pertinentes, sunt inæquales, tollit æqualitatem necessariam in societate, & est contra naturam societatis. Hæc inquam propositio est perse nota, est perse necessaria. Quoniam, æqualitas, (proportione intellige spectata, & seruata,) ita est de
B intrinseca ratione societatis; vt hac æqualitate sublata, societas omnis tollatur. Et quamuis, in multis potest reperiri æqualitas in societate, nempe inter sociorum sortes: inter partes societatis, quae ad vnum, & partes, quae ad alterum pertinent: & inter sortes, & partes lucri & damni, cuique sorti respondentes: & tandem inter partes lu-
C cri & partes damni, quæ eidem vni sunt adtribuendæ: Omnes tamen aliæ æqualitates, praeter hanc vnam sunt accidentia societati: non aliter atque homo animali. Nam omnimoda illa aequalitas, qua omnia & capitalia vel sortes, & lucra, & damna, & partes cuiusuis summæ repertae sunt æqualia: solum
D est maxime propia societatis primi generis: haud vero potest seruari in alijs. ÆQVALITAS vero illa: quae debet seruari inter partes lucri, & partes damni:

damni ad quemque vnum,& eumdem pertinentes, ita perse conuenit, & est propia omni societati, vt sentire animali: vt conueniat omni societati, & sit de intrinseca ratione societatis. Huius adsertæ nobis veritatis argumentum sunt & manifestum,& certissimum omnia exempla: quæ in id vnum in primis destinata permulta & præposuimus, & reperiuimus supra. Sunt quidem necessaria, cum permulta, tum quæ sint potentissima,ad detrahendam fidem legibus antiquissimis,& imperatorum decretis,Opus est ad tulisse:quæ sese ingerant, sese insinuent quammaxima euidentia omnium & mentibus, & sensibus, & oculis.In illis exemplis, vt in quolibet obseruauimus,notatum hoc reperies; in omnibus, eamdem seruant Geometricam proportionalitatem, æqualitatemque seruant interse mutuam, partes lucri, & partes damni,quæ,in eadem societate, ad quemque vnum eumdem pertinent. Vt, in nostris exemplis; quoniam ad Petrum in societatibus primi generis, lucri pertinet vnum totum medium, tum etiam in exemplo societatis, quinti generis: eque totum vnū medium damni, demonstrauimus ad eumdem pertinere,in casibus damni.In exemplo societatis secundi generis: quoniam percipit lucri duas partes: damni etiam debere sentire duas docuimus,&c. Nec secus iudicādum de Ioanne: ad quem ex tertij Generis

neris societate, in proposito ibi exemplo, vnam partem damni ostendimus pertinere: quia lucri vnam tantum capit. In exemplo societatis quarti generis,
A quia lucri tantum quintam ei adtribuimus: damni æque tantum quintam decreuimus. Sunt quidem hęc perse manifesta: & ipsa ratio perse, lumine naturali solo irradiata illud dictat; vt in societate & lucrum, & damnum in capitali totali, & de capitali totali, sint communia seruata æqualitate: quam vtraque proportio, & sortium, & temporis præscribit:
B vt quisque sentiat partem & lucri & damni pro rata sortis, & temporis: vt neuter plus lucri, quam damni; aut plus damni, quam lucri sentiat. Falsa igitur omnino sententia Seruij Sulpitij, & improbanda: nec rata aut debet, aut potest haberi conuentio: vel si Imperatoria cum auctoritate, tum maiestate eam decreuerit Iustinianus. Nec nos primi eam improba-
C mus. Apte ergo, & apposite, & rectissime respondit Quintus Mutius, ac etiam dixit, quum inquit, talem pactionem esse contra naturam societatis: nec posse societatem coiri vt aliam damni, aliam lucri partem socius ferat: hoc est enim argumentum vernaculum, adæquatũ, & immediatum, ad efficiendam illam con-
D clusionem: talem pactionem non esse ratam habendam. Quoniam posita hac vna pactione tollitur æqualitas: & æqualitate sublata tollitur iustitia: & su-

blata

blata iustitia, tollitur omnis cum Contractus, tum societas.

NECESARIA quidem, æque ac verissima facta est iam ex superioribus Quinti Mutij sententia, & A
preualuisse, & obtinuisse contra Seruium Sulpitium declaramus, & pronuntiamus. Verum nimium adhuc vrget cum lex Iustiniani, tum decretum Paulli, & summitas Iurisprudentiae altissima, Imperatoris maiestas, exitum nobis reddunt difficillimum: & expediendi nos tantis difficultatum implicamentis, viam intercludunt obiectis, ex omni parte spinis cum acu B
tissimis, tum durissimis, tum firmissimis: quæ, cruentissimum nobis intentant vulnus. Sed aggressis siluam, nec tribuli, nec rubus, nec dumus, nedum spinus, nec calcaneorum largus cruor possunt iam iter nostrum aut impedire, aut retardare, dum detur progredi erecto cum pectore, tum capite prospecta vel C
a longe, & propolita certissimo veritate, etiamsi aliquando denegetur rectam tenere: & quærere deuia cogimur. Coginur quidem iam diuertere ad spectandam nominis ambiguitatem. Præmissimus eam iam in hunc vsum, & explicauimus supra: permultas in his quæstionibus difficultates exitus præsentientes. D

(·†·)

Pro

Pro declaratione Legis Paulli, & Iustin. Prima Conclusio.

A *PAVLLI Iurisconsulti, & Imperatoris Iustiniani decretum nullo modo potest esse æquũ, nullo modo iustum, nullo modo verum, de societate: quæ ius gentium, & naturale debet seruare: cuius æqualitas consistit in indiuisibili: & maxime si damnum & lucrum secunda acceptione sumantur: id est si intelligendum sit & verum lucrum, & verum damnum.*

B HÆC conclusio negotio facillimo demonstrabitur. Nam, in proposito exemplo: si prętium operę, si inquam mille aurei, quos Ioannes, pro operæ mercede conducto aut operario, aut mercatori persoluit referendi ad damnum, & in damno, aut cum damno, & in sorte, & capitale numerandi: vt in hac so-
C cietate, toti bis mille aurei, sint societatis totale damnum, & capitale totale: & repertis in negotio societate finita, ter mille; tantum semel mille sint totale lucrum: & repertis in exitu negotij, tantum semel mille; toti etiam semel mille, qui de capitali totali, bis mille aureorum desiderantur, quique vere perie-
D runt cognoscendi esse & damnum, & propijssime acceptum; vt reuera sunt; Si inquam, his positis, ex huius legis, & decreti præscripto; lucri mille au-

reorum, Petrus, qui posuit pecuniam mille aureorũ, acceperit duas partes; videlicet 666. aureos, solidos præterea, nummos, & teruptios, &c. Ioannes vero, eiusdem lucri, tantum vnam, tantum tertiam, tantum 333. aureos, præterea solidos, nũmos, teruntios, &c. in casu autem damni contra: damni inquam veri mille aureorum, Ioannes sentiat duas partes, nempe 666. aureos, &c. Petrus vero eiusdem damni sentiat tantum tertiam, sentiat tantum vnam, deperdat solũ 333. aureos, &c. Hęc lucri, & damni partitio, etiamsi eam lex aut pręscribat, aut pręscriberet, iniquissima quidem esset: & omnino contra societatis naturam. Vnde, ad huius legis præscriptum, si ita lex intelligẽda; si ita lex accipiẽda; Ita societas coiri nullo modo potest. Ostẽtat se namque in ea INÆQVALITAS & maxima, & aperta, & manifesta: quæ nullam societatis speciem facit reliquam: quæ omnem tollit, omnem destruit societatem. Vbi enim aliqua inæqualitas, ibi ex iustitiæ, æpualitatisque præscripto, & necessario, nulla est societas. Præterea, iniquum genus societatis est: ex qua, quis exspectet plus lucri, quam damni: aut contra plus damni, quam lucri. Non secus atque, iniquissimum est illud genus societatis: ex qua, quis lucrum, non etiam damnum exspectet: aut contra.

A B C D

Expli-

Explicatio vera textuum, & Legum Paulli, & Iustiniani.

A

SIN AVTEM damnum, & lucrum intelligantur secundum primam, & tertiam acceptionem, vt DAMNVM sit, quod nostris CAPITALE: id est, vt damnum sit reputandum, sola illa pecunia: de qua negotiatur: quae dicitur sors: quæ dicitur capitale: LVCRVM vero, illud totum, quod solo hoc damno deducto supereſt. Vt in nostro exemplo; DAMNVM esse intelligantur soli mille aurei: quos posuit Petrus: & de quibus negotiatur. Hinc, repertis finito negotio, & exacto quinto anno, bis mille aureis: deductis a Petro, ante omnia totis mille, quantos ipse posuit; toti reliqui etiam mille sint LVCRVM; Hae leges poterunt reperiri & verae, & iustæ: non tamen in aliqua SOCIETATE, sed tantum in PACTIONE: nec in omni pactione. Non in aliqua societate, propter multas illas, & necessarias rationes: quas multa oratione supra explicauimus: non in omni pactione. Quoniam non circa cuiuscunque quantitatis sortes; nedum circa ommnes differentias, & proportiones temporis vnius sortis, ad tempus alterius, potest adijci Pactio

B

C

D

hæc;vt ad vnum pertineant lucri duæ partes,damni tertia:ad alterum damni duæ,lucri tertia.Nec eo modo,quo a pleriſque videtur intelligi; hæc lex accipienda eſt.

AD horum textuum apertam declarationem, & A interpretationem veriſſimam, & verbis cohærentem,& vt pactionem non recedentem a iuſtitia conſtituamus, iuxta mentem Paulli,& Iuſtiniani decernentium pactionem poſſe reperiri talem, vt aliam damni, aliam lucri partem ſocius ferat: quæ ſit iuſta: B quæ non ſit contra naturam ſocietatis;accipiendum illud certiſſimum; *& l. Si non fuerint. §. Ita coiri, & l. Mutius. §. Sed poteſt. & hoc. §. De illa.* in horum inquam locorum explicatione, MELIOREM conditionem in his ſocietatibus, non poſſe intelligi, debere eſſe eius: qui pecuniam confert,ſed potius eius: qui adponit operam. Apertiſſime id quidem Iuſtinianus, C illis verbis expreſſis. Quia ſæpe, quorundam ita eſt pretioſa opera in ſocietate;vt: EOS,iuſtum ſit conditione MELIORE in ſocietatem admitti:vt iuſtum ſit EVM,qui ponit operam,ita pretioſam; quæ tanti ſit:quanti damnum,quanti pecunia, quanti capitale eſt,lucri partem ferat, de DAMNO vero, de damno inquam,pecunię ſocij non teneatur: damni ca- D pitalis nullam partem ſentiat:lucrum vero inter eos commune ſit.Quoniam hęc ſocietas maximam æqua

litatem

litatem ſeruat, Nam in noſtro exemplo, etiamſi Ioannes, qui mille aureorum apponit operam, in caſu interemptionis omnium rerum; & quando omnino
A nihil in negotio reperitur; nullam partem pecuniæ, quę fuit capitale aut reddat, aut perſoluat Petro; ſeruatur tamen omnimoda æqualitas. Quia Ioannes etiam deperdit mille aureos: quos aut ipſe perſoluit conducto operario: aut ipſe conductus, a ſui conductore recepiſſet: mille aureos deperdit Ioannes: qui
B ponit tantum operam mille aureorum: aut mille aureis ęſtimatam: æque ac Petrus: qui poſuit mille aureos in numerata pecunia: Quę Priſcis Iuriſconſultis damnum eſt: noſtris ſors, & capitale cum Theologis maxime & Sylueſtris, & Caietanis. Non aliter, in hac conuentione, quam hoc. §. *De illa.* proponit, & decer
C nit Iuſtinianus, poteſt, qui ponit operam, operam ad ponere ita pretioſam; vt EVM, iuſtum ſit conditione meliore, in ſocietatem admitti: vt EVM, ęquiſſimum ſit ferre lucri duas partes, damni tertiam: Eum, qui ponit pecuniam ſentire damni duas partes, lucri tertiam. Hoc eſt, æquum eſt; vt, qui ponit hanc operam,
D illius ſummæ, quæ reliqua reperitur, deducto damno, & deducta ea, quæ fuit capitale: quæ tota ſumma, ex tertia acceptione damni, eſt lucrum; huius lucri duas partes accipiat: damni vero, propie dicti, vel ſi mauis in interemptione omnium rerum, pecuniæ

alterius

alterius socij, quae sola damnum est tertia acceptione,& capitale, tantum vnam. Qui autem ponit pecuniam,huius damni, suæ ipsius pecuniæ, sentiat duas partes: lucri vero,id est summæ reliquę, deducta tota sua pecunia, referat tantum tertiam, referat tantum vnam partem. Hic est verus intellectus huius textus. Hic est nobis nouissimis Glossographis,& interpretibus verus sensus verborum Iustiniani,vel si numquam tale Bartholus, Baldus,Accursius,Iason, Cuiacius, Couarruuias, Panormitanus,nec vllus.Si hæc duo, DAMNVM inquam, & LVCRVM tertia acceptione his in locis, ab Vlpiano, Paullo, & Iustiniano vsurpata intelligantur, æquissima inuenietur hæc pactio: vt supra illa descripta.*l. Si non fuerint.*§. *Ita coiri.* Verum, quo, possint quę in horum explicationem,& demonstrationem afferemus, a quolibet facilius multo comprehendi, oportet Verba Iustiniani, ad alia aperta magis, & ad nostrorum Theologorum consuetudinem transferre ita. A B C

POTEST quæstio hæc ita proponi, An si Petrus, & Ioannes interse pacti sunt, vt Petrus, qui præponit capitale,primum & ante omnia deducat omne damnum: repetat totum suum capitale: tantam pecuniam: quantam præposuit: hac deducta, totum reliquum sit lucrum: deinde, diuidant hoc D

lucrum

lucrum: non tamen æquis portionibus: sed ita vt Ioannes huius lucri, huius summæ reliquæ, accipiat duas partes: Petrus tertiam: Petrus vnam. Ita in ca-
A sibus lucri. In casibus vero damni contra: id est deperditis rebus omnibus, Petrus, suę ipsius pecuniæ deperdat duas partes: sentiat duas partes damni, suę ipsius pecuniæ: Ioannes, huius damni pecuniæ Petri, sentiat tantum tertiam: sentiat tantum vnam: id est teneatur de tertia parte damni, pecuniæ Petri: teneatur soluere Petro tertiam partem, pecunię quam
B præposuit, & perdidit: quæritur an rata debeat haberi conuentio?.

AD quaestionem respondemus primum; hanc nullo modo posse esse societatem: sed tantum pactionem. Non potest esse societas: quia in societate, ex iure gentium, & doctrina D. Thomae 2.2.
C quaest. 78. artic. 2. ad 5. Quicquid, quod positum in societate, perit, vni apponenti totum, nulla pars accipienti perit: aut erit mutuum vsurarium. Praeterea, quia vt constat ex superibus: nec sola pecunia de qua negotiatur fuit damnum: sed tota etiam de qua soluta est merces
D conducto operario: nec tota reliqua, deducta quæ ab his dicitur capitale, est lucrum: sed ea solum, quae deducta etiam, illa quae pro

mer-

mercede est soluta,aut operæ pretio etiam deducto, supereſt, intelligi potest lucro esse : & diuisio debet fieri vt supra,in casibus,vel lucri vel damni.

POTEST autem esse aut conuentio, aut pactio, A & potest inueniri iusta: non tamen circa omnes sortes:aut cuiusque quantitatis:nec in omnibus temporis,ad tempus proportionibus. Illud inquam est difficile, inuenire videlicet sortes, cum temporum tali proportione ; vt , reperiri, & effici possit iustum ,vt per pactionem,ad Ioannem lucri duæ partes pertineant,damni tertia : ad Petrum , damni duæ partes, B lucri tertia.Est tamen facillimum , reperire illud : vt secundum hanc tertiam acceptionem lucri , & damni,aliam damni,aliam lucri partem socius ferat : id est lucri, & summę reliquæ,deducta pecunia quę dicitur damnũ & capitale,& duas,& tres,& quattuor, C & plures:damni,pecuniæ socij & quattuor , & tres, & duas,& vnam,& tandem nullam,*vt l. Si non fuerint. §. Ita coiri. Institut. §. posse conuenire.* Tentabimus tamen vt rem illustremus, adumbremus saltem , proponere exemplum.Posuerit Petrus mille aureos:qui sunt damnum & capitale : Ioannes operam æstimatã tantum quingentis:Totale capitale societatis est mil D le & quingentorum aureorum. In hoc capitale , Petrus habet duas partes : bis scilicet quingentos : qui constituunt mille: Ioannes habet tantum vnam , vel tertiam,

tertiam,semel videlicet quingentos: si non intercederet inæqualitas temporis: si societas posset reuocari,ad tertium genus;ad Petrũ lucri, & damni duæ partes pertinerent;ad Ioannẽ tertia.Verum accessio
A ne inæqualitatis temporis:quia opera successiue ponitur transit societas ad quartum genus: & ita fit vt ad Petrum lucri &damni quattuor partes pertineãt: ad Ioannem,quinta: tantum vna. Vnde Repertis in negotio bis mille & quingentis:ex societate tantum semel mille,sunt lucrum:huius, ex societate tertij generis,duæ pattes,bis 333.6. 8. qui constituunt 666.
B 13.4.pertinerent ad Petrum:terria tantum ad Ioannem:id est semel 333.6. 8. Ex societate vero quarti generis ad Petrum lucri & damni quattuor partes pertinent: hoc est, quatter ducenti: qui componunt octingentos:ad Ioannẽ tantum quinta:tantum vna: tantum semel ducenti.Et ni fallor, hoc totũ est
C certum ex regula Algebræ,& societatis,& sine differentia,& cum differentia temporis. Ita ex societate: nec aliter potest fieri partitio, si æqualitas, & iustitia seruanda.Ex societate,iure naturali seruato,si omnia perierint:& omnino nihil reliquum fuerit,aut repertum in societate finito negotio;solus Petrus de per-
D dit totos mille:quantos posuit: Ioannes,tantũ quingentos,pretium suę operæ.Quia,quicquid quod positum in societate perit,soli conferenti se,perit, ex le

ge naturæ, Potest tamen hæc societas transferri ad hanc pactionē: quā hoc.§. Iustinianus proponit: vt damnum dicantur tantū mille aurei: quos Petrus præposuit: lucrū sint toti reliqui: hoc damno solo deducto: lucrum sint toti milie & quingenti: huius reliqui lucri, ad Ioannē duę partes, bis quingenti, id est mille pertineant: ad Petrum, huius eiusdem lucri, tantū tertia: hoc est semel quingenti: ita in casu lucri. In casu damni contra: deperditis inquam rebus omnibus. Petrus, damni sentiat duas partes: Ioannes tertiam: Hoc est, Petrus, damni suæ ipsius pecunię, & capitalis, sentiat duas partes: suorum mille aureorum deperdat, 666. 13. 4. Ioannes sentiat tertiam: reddat Petro ac soluat 333. 6. 8. Aut deperditis rebus omnibus Ioannes persoluat Petro 250. & ita erūt ęquales, vterque deperde 750. Hęc ex societate nullo modo possunt esse. Possunt fortasse per Pactionem reperiri iusta. Quoniam etiamsi Ioanni, hoc imponitur damnum; vt præter quingentos, pretiū suę operę: quos ipse iam deperdit: deperdat illos 333. 6. 8. de capitali: & ita deperdat solus 833. Petrus tantum. 666. &c. huius damni illati, fit Ioanni compensatio, in casu veri lucri, mille aureorum. Quia, tunc, ad Petrum, ex societate, octingenti aurei pertinent: & ex pactione, tantum quingenti ei dantur: ad Ioannem ex societate, illius lucri mille aureorum, tantum ducenti

aurei

aurei pertinere potuerunt : ex pactione vero attribuuntur ei, amplius trecenti. Potuerat enim ex so-
A cietate referre de negotio tantum septingentos : & ex pactione refert mille : trecentos lucratur, qui ad eum iure societatis non pertinent, vltra ducentos: qui vere ei debentur : quia in casu superiori damni, deperdit de capitali Petri, tertiam partem: videlicet 333.6.8. quod damnũ ex societate non potest ei imponi: nec potest ipse quicquã deperdere, vltra quin-
B gentos pretiũ suæ ipsius operæ. Hæc Pactio iusta ne possit reperiri, arbitrio prudentis mercatoris iudicãdum dico. Affirmo tamen, hac vna via, quærendam, propositam hoc. §. conuentionem a Iustin. & posse reperiri circa diuersarũ quantitatũ sortes, & varias sortiũ proportiones: habita etiã ratione temporũ: posse inquã & reperiri, & cõstitui permultas pactiones iu-
C stas: ex quibus vnus alias lucri, alias damni partes sentiat: vnus, qui ponit operam scilicet, lucri & duas, & tres, & quattuor, &c. damni vnam: & nullã: qui ponit pecuniam, damni suæ ipsius pecunię, & duas, & tres, & quattuor, & ipse solus, totum suæ ipsius pecuniæ damnum. *l. Si non fuerint.* §. *Ita coiri.* lucri vero, id est summae reliquae, deducto a se damno, dedu-
D cto inquam suo capitali, aut tantum quarta, aut tantum quinta, aut tantũ sexta, &c. Et id totũ est rationi maxime consonum. Quoniam, qui ponit pecuniam,

quæ est damnum, quæ nostris est capitale: cum eam deducat ante omnia: totum quod de summa reliqua, quæ ideo dicitur lucrū, desumit: illud totum vere lucratur: cum vero qui posuit operam, huius lucri & duas, & tres & quattuor, & plures partes accipere æquū est. Est vtique iustissimum; vt tot huius lucri referat partes: quę, primum, satis sint, ad cōpensandum damnum acceptū: id est totum pretium operæ: maxime si pretiosissima fuerit: preterea, adferre totum lucrum: quod ex prescripto societatis, pretio operarū responderet. Ita ad casus lucri. In euentibus vero damni, si opera tanti fuerit, quanti damnum est: vt qui ponit operā, nullam sentiat partem damni, nullā persoluat partē capitalis, est æquissimum: est maximæ æqualitatis: quia deperditis omnibus rebus, tantū est damnum quod ipse solus sentit totius valoris, & pretij suæ operæ: quantum est damnū: quod sentit, qui posuit pecuniā: etiamsi solus sentiat totū damnū suæ ipsius pecunię. Nā si mille aureos deperdit qui posuit pecuniā: quæ dicitur damnū & capitale: qui ponit operā, quę est tāti quāti pecunia: quæque mille aureis, æstimatur; mille aureos deperdit. Immo esset iniquissimum genus pactionis: si tunc qui posuisset operā; quæ esset tanti; quanti damnū: teneretur sentire aliquam aliā partem damni, præter damnum suæ operæ: nec seruaretur æqualitas, nec iustitia. Et iniquissimo, ini-

A

B

C

D

mo, iniquius multo, si opera esset pluris, quã damnũ est: & dupla damni, vt supra in nostro exemplo ad quintum genus: si illi imponeretur sentire partem aliquam damni contingentis in pecunia alterius.

A ILLVD, in hac pactione proposita hoc. §. *De illa.* a Iustiniano, est maxima obseruatione dignissimum: operam in hac conuentione non posse intelligi esse tanti, quanti damnum est: sed minoris. Quoniam decernit Iustinianus: vt in hac pactione, qui confert operam, sentiat partem tertiam damni. Quod argu- Dignissimum obseruat.
B mentum est certissimum, & necessarium iuxta mentem Iustiniani, operam in hac pactione nõ fuisse, aut non esse ponendam: quæ sit tanti quanti damnũ est. Maxima.
Quoniam, quum est tanti, iam declarat: illum qui ponit talem operam, non teneri de damno: quoniam adesset maxima inæqualitas, & esset pactionis genus
C iniquissimum: vt supra docuimus. *l. Si non fuerint.* §. *Ita coiri.* Tum etiam, colligitur id necessario, iuxta mentẽ Iustin. Quoniam si ita non esset, Iustinianus nõ recte & appositè poneret illa verba ET ADEO: nisi ab eo, quod est minus, ascenderet ad id quod maius est: ab opera quæ non est tanti quanti damnum: ad operam quæ est tanti: ab eo quod est sentire tertiam par
D tem damni: ad id quod est sentire nullã: ab eo quod est lucri referre duas partes; ad id quod est referre tres, & plures, &c. aperte id iuxta mentem Iustin.

PRÆ-

PRÆTEREA & illud oportet maxime moneamur : Cum,ex pactione,in qua opera non est tanti: quanti damnum : ex Iustiniani decreto, vt Pactio constituatur iusta, sit necessum ; vt qui ponit operã, A
quæ non est tanti,lucri duas partes ferat: argumentum est id necessarium, iuxta mentem eiusdem Iustiniani : si tanti fuerit opera, quanti damnum est: eum, qui ponit huiuscemodi operam, posse stipulari ab eo qui ponit pecuniam; vt ipse,qui inquam ponit operam,non teneatur de aliqua parte damni:lucri vero,referat non solum duas partes: quantas iam B
Iustin.dat ei:qui ponit operam:quæ non est tanti:sed plures saltem duabus: quo valeat deducere totum pretium suæ operę communiter:& preterea lucrum: quod pretio operarum respondebit.

TANDEM eadem hæc sunt argumentum: quod sua euidentia demonstrat , Societatis Syluestri,& Caietani summam, & non ferendam inæqualitatem,& iniustitiam.Iustinianus,ei qui ponit operã C
quæ non est tanti,quanti damnum ; lucri plures decernit partes : quam ei qui ponit pecuniam , quę est pluris: duas enim adtribuit lucri , ei qui ponit operam:tertiam tantum,pecuniam cõferenti.Caietanus uero ei,qui ponit operam, quæ est tanti , quanti damnum, lucri tantum concedit medium , vnam tantum partem:& ponenti pecuniã alterã:totum alterũ D
medium

mediũ: quod est multo minus ei, qui ponit operam: quã si lucri duę partes darentur: & diuidetur deinde lucrum, (inquit Caietanus) æquis portionibus, SVP
A POSITO, quod pecunia posita in societate, industria, & operæ æquiualeant. Incommoda, quę hanc sequuntur, satis diffuse supra sunt explicata.

ILLVD postremo accipiatur certissimũ, & ab Vlpiano. *l. Si non fuerint, maxime.* §. *Ita coiri. & a Iustiano.* §. *De illa, &* §. *Et adeo.* Damnum accipi pro pecunia de qua negotiatur: quæ nostris est Capitale; & Lucrum
B totũ, & omni, & solo hoc damno deducto supereſt. Et quantum adtinet ad hanc partem, Sylvester, & Caietanus mentem fuerunt assequuti Vlpiani, & Iustiniani: Sed aberrarunt quam lõgissime a veritate, & æquitate, & a mente horũ, in diuisione lucri. Quoniã vt obseruamus Iustin. hoc. §. *De illa.* ei qui ponit o-
C peram: & operam; quæ non est tanti, quanti damnũ, aut quanti pecunia: aut quanti capitale est, lucri duas artribuit partes, non tantum mediũ: & ponenti pecuniam tantũ tertiã: tantum vnam: propter rationem: quã assignauimus supra. Ex his, necessario sequitur, ei qui ponit operam, quæ sit tanti, quanti D A-
D MNVM est, non satis esse, vt dentur lucri tantũ duæ partes, quo ei restituatur totũ pretium suæ operæ, & prętera, veri lucri, ea pars: quæ pretio operę respondebit: sed plures debentur. Tantũ abest a veritate, &

æqualitate

æqualitate, vt altera tantum pars, medium tantum inquam lucri ei concedatur: ex quo vt demonstrauimus supra tot, ac tam grauia incommoda sequuntur. Sed superioribus, & illud addimus. Has, quas sic A
constituunt Vlpianus, & Iustinianus, vt Damnum sit tantũ, quod nostris Capitale, & pecunia de qua negotiatur, & LVCRVM, totũ, quod solo hoc damno, & Capitale deducto reliquũ sit, & huius lucri alterũ habere aut duas, & tres, aut plures partes, & damni aut vnam, aut plures, aut nullam, has inquam nullo B
modo esse societates: Quoniã societatis æqualitas, & iustitia ex proportione quæ est inter ipsas sortes, & si est cum inæqualitate temporis, ex proportione etiã quæ inter tempus vnius sortis, ad tempus alterius iudicanda, & dimetienda est: & in indiuisibili spectatur: sed tantum posse esse pactiones: quæ multam admittunt latitudinem, ac etiam inęqualitatem, adhibita compensatione. Sed de Pactionibus adijciendis: quæ seruent æqualitatem, & iustitiam, infra suo loco, si locus concedatur monebimus, & de assecuratione: vt proposuimus supra. Et multa alia nunc prætermittimus: aut differimus in aliud tempus: quę C
æque ac superiora essent cum vera, tum pergrata: tum vtilia: sed dabimus, si dabitur locus, si dabitur tempus. D

ADDITIONES, ET QVAM LVCVLENTÆ DECLARATIONES AD Socidæ vulgo Medium-lucrũ accusationem, & eiusdem quambreuissima comprehensio.

Ab eodem Authore.

SOLITI sunt iam qui accusant, suas actiones, rerum aliarum, & luculentissimarum declarationũ noua cumulare accessione, & per breuem omnium, extrema actione, subiungere comprehensionem. Sic & nos, præmissis, & repetitis quibusdam obseruationibus: quæ futuris demonstrationibus elementa erunt, & principia.

Æqualitas, in omni societate, vt in omni alio contractu est maxime necessaria, ac semper, & omnino seruanda.

2 Res omnis, a quouis posita in societate simplici, vni ponenti aut perit, aut salua manet, aut lucratur.

3 Arietes in socida dantur, non tantum numero vnitate specifica certo, vt vel centum, vel ducenti, sed etiam idemptitate numerica determinati, & demonstrati, aut demonstrandi: hi videlicet, aut illi ijdem numero quingenti arietes: & pecuniæ, quibus dantur æstimati, & quæ a pastore apponuntur, ijsdem numero arietibus his vel quingentis, vel ducentis dantur alligatæ: nec illi arietes, masculi enim sunt, possunt aut in alios mutari, aut fieri plures: sed pauciores tantum, & deteriores, vilioresq., & meliores, & pretiosiores: nec pecuniæ, in illis, primo positæ, possunt extrahi de illis, nec ad alios, aut alias merces transferri. Sed si aureo, aries æstimatur, in singulo illo eodem numero ariete, in quo datur positus, & alligatus aut perit, vel in toto, vel in parte, aut saluatur, aut lucratur. Vnde, nec aries sine aureo, nec aureus sine ariete possunt vel perire, vel saluari, vel lucrari: sed mutuo sese cõmitantur inseparabiliter dũ durat socida. Vnde etiam, qui pereũt arietes: & qui apud pastorem saluantur, & veniunt in partitionem, illi ijdem numero sunt: qui in socidam dati fuerunt a pecuario, in primo so-

ſocidæ principio.

Quingentorum arietum, maxime ſi fuerint vnius anni, primo illo anno pereunt frequentiſſime & decem, & quindecim, frequentius & viginti, & triginta: frequenter quadraginta: aut plurimum aut communiter quinquaginta: non raro & ſexaginta, & ſeptuaginta, raro nonaginta & centum, rarius centum & quinquaginta: per-raro ducenti, & plures perquam raro. 4

Paſtor quingentorum arietum, ſingulis annis, facturus expenſas omnes ex proprijs, centum aureos expendit: etiam ſi alij contendant neceſſarios eſſe tantum ſeptuaginta quinque: ex his, vel quatuor, vel tres tantum ſolidos, in ſingulo. 5

Singulus aries, annis ſingulis lucratur frequẽtiſſime drachmam, frequentius duas, frequenter tres, communiter quatuor: non multũ raro quinque, raro ſex, rarius tredecim ſolidos, perquam raro ſeptem drachmas. 6

INÆQVALITAS maxima hinc, in hac ſocida: qua, in vnum paſtorem, maximum infertur damnum. 7

INÆQVALITATIS huius, duæ in primis ſunt ſine dubio cauſæ. Vna, perire arietes, & pretium primum, illorum, de capitale pecuarij non deduci: vt faciendum videtur. Ex quo ſequitur, 8

vni pastori perire, omnes qui pereunt primi, & dū, de pastoris capitale, quicquā accipiendum reperitur. Altera, pastori nullū concedi, & nullum reddi capitale ante lucri diuisionem: sed totum, quod in arietibus viuis reperitur, præter pecuniā in omnibus mortuis, & viuis, positam a principio, dicitur lucrum, & pro mercede, ac expensis, tantum datur medium illius lucri. Hæ duæ simul, sunt causæ, maximæ illius inæqualitatis: quoniam, his duabus positis ponitur, & omnino tollitur illis sublatis: & earum quauis vna tantū sublata, multū illa temperatur, vel lenitur. Hæc omnia, quam poterimus aperta, & breui oratione, experimentis ad oculū permultis, & exemplis
Obser. 9 illustrabimus. Sed superioribus primum nonam subijciamus, quæ memoria nobis exciderat obseruationem.

9 Quando in arietibus, tantum aut sexcenti, aut quingenti & quinquaginta, aut quingenti aurei reperiuntur iam arietum perierunt, & centum, & centum & quinquaginta, & ducenti.

Casus 1. Repertis tantum aureis 699.
Mortuis arietibus 50. in 450. communiter viuis, qui, faustissimis in casibus est connumerandus.
Lucrum sunt omnes 199.

Pecuarius

Pecuarius, primum repetit totum ſuum capitale, omnes ſuos 500. aureos: atque in his, etiam repetit eoſdem illos 50. aureos, in illis ijſdem numero 50. arietibus mortuis, iam ſemel, ac vere deperditos: Præterea, accipiens medium lucrum, aureis tantum 450. ſaluis, in 450. arietibus viuis, intra annum, 99. aureos, & 10. ſolidos lucratur, ſingulis centũ, viginti aureos, drachmam minus: quod vnum, argumentum iam eſt fauſtiſſimi euentus. In hoc tamen. Pec. luc. 99. aur. 10. ſoli.

Paſtor contra, vel accepto medio lucro, acceptis 99. aur. 10. ſolidis, de ſuis expenſis, de ſuo 100. aureorum minimo capitali, iam deperdit decem ſolidos: Tantum abeſt; vt in caſu etiam fauſtiſſimo, ſuis 100. lucretur alios 20. quod videtur exigere ratio æqualitatis: quando ſocius, ſuis 100. ſingulis, 20. eſt lucratus. Paſ. dep. 10. ſoli.

In hoc vno, eodemque numero caſu, Pecuarius lucratur 99. aur. 10. ſolidos. Paſtor deperdit 10. ſolidos.

Caſus 2.

Repertis tantum aureis 650.

Mortuis arietibus 50. qui caſus eſt fere communiter contingens, in quo, 150. omnes ſunt lucrum (vt loquuntur) 500. aureo.

Pecuarius, primum repetit omnes ſuos 500. & in his, etiam repetit 50. illos aur. in illis ijſdẽ nu-

Pec. luc. 75

numero 50. arietibus mortuis, iam deperditos. Præterea desumit medium lucrũ, desumit 75. aureos, & tantũ 500. hos 75. lucratur, & quindecim, singulis centum: quod lucrum est maius, quod, alijs in mercimonijs, mercatores cõmuniter soliti sunt sperare.

Pastor contra, vel accepto reliquo medio lucro, refert tantum 75. aureos, & sui capitalis, 100. aureorum, partem iam deperdit, nec minimã, videlicet, 25. aureos: qui, seruata æqualitate, potuerat, vt pecuarius, lucrari 15. aureos.

Pas. dep. 25

In hoc vno, eodemque numero casu, pecuarius lucratur 75. pastor deperdit 25.

Casus 3.

Repertis tantum aureis 630.

Mortuis arietibus aut 50. aut 70. qui casus, communiter solet euenire, singula enim cẽtum, vt in censu, 5. aur. lucrantur, spectato totali capitali 600. aur. at, cum dicant; in socida, omnes 130. esse lucrum. Hinc.

Pecuarius, primum repetit omnes suos 500. & in his, etiam repetit illos aut 50. aut 70. aut plures, in totidem arietibus mortuis, iam vere deperditos. Præterea, retinet sibi illius (vt ipsi dicunt) lucri 130. aureorum, vnum medium, & in 450. arietibus saluis, aut paucioribus; & eiusdem numeri aureis, 65. aureos lucratur, & sin-

singulis centum, 13. aureos: qui, extra societatem, & capitali sexcentorum aureorum, tantū 30. & singulis centum, 5. tantum fuisset lucratus, in simili, aut æquali casu. Pec. lucr. 65

Pastor contra, altero medio lucro accepto, reportatis inquam tantum 65. aureis, sui capitalis centum aureorum, iam deperdit 35. aureos. Tantum abest, vt 13. lucretur: quod exigit æqualitas: quando, vt patet, pecuarius singulis suis centum, 13. lucratur. Pas. dep. 35.

In hoc eodē numero casu, pecuarius lucratur 65. pastor deperdit 35.

Repertis tantum aureis 600. Casus 4.

Mortuis arietib. aut 50. aut 100. qui casus est in malum iam frequens. Nihil enim reperitur, præter capitale: & vere nullum est lucrum, & pecuarius extra societatem, qui vnus, omnes 600. posuisset, nihil fuisset lucratus. Nunc vero, quoniam dicunt, centum omnes, præter quingentos, esse verum lucrum.

Pecuarius, primum repetit omnes suos 500. & in his etiā repetit omnes illos aut 50. aut 100. aureos, quos dedit positos, in illis ijsdem numero aut 50. aut 100. arietib. mortuis: & ita iam semel, & vere deperdiaos. Præterea, trecentis forte tantum aureis, aut quadringentis saluis,

Pec. luc. 50

saluis, in totidem tantum arietibus viuis, lucratur 50. aureos: quod lucrum, de 500. non est paruipendendum omnino: quando singula centum 10. lucrantur, intra annum: extra societatem vero, appositis a se vno, omnibus sexcentis, nihil omnino fuisset lucratus.

Past. dep. 50

Pastor contra, medio altero lucro accepto, relatis inquam tantum aureis 50. alios etiam 50. deperdit: qui, sunt medium lucrū, quod suorum 500. promisit illi pecuarius. Quis non iam agnoscat fraudem? quis non magnum fateatur dolum?

Casus 5.

In eodem numero casu, pecuarius lucratur 50. pastor deperdit 50.

Repertis tantum aureis 550.

Mortuis arietib. aut 100. aut 200. qui casus malū versus, est iā infaustus. Desiderantur enim iā, in totali capitali 50. aurei: & extra societatē, 50. iā de suo capitali perdidisset vnus ipse pecuarius: qui vnus sexcentos omnes apposuisset. Nunc vero, in hac cum pastore societate.

Pecuarius, primū repetit omnes suos 500. atque in his, etiam repetit omnes illos aut 100. aut 200. aureos a se positos, in illis numero ijsdem aut 100. aut 200. arietibus mortuis, iam vere deperditos. Præterea 25. aureos, adhuc in

aduersa

aduersa adeo fortuna lucratur: 5. aureos lucratur, centum singulis: quod lucrũ est commune ex censu: nec omnino abijciendum. Pec. luc. 25

PASTOR contra, de suo centum aureorum capitali, vel medio lucro accepto, maximam partem, iam 75. aureos deperdit: quos ab eo extorquet suis cauillis pecuarius: qui extra societatem, de suorum sexcentorum capitali, 50. perdidisset. Nunc vero, in simili, & omnino æquali casu, recuperat primũ, fortasse & 200. aureos, in 200. arietib. qui fortasse iam desiderantur: quando in viuis, tantum 550. reperiuntur, & præterea 25. aureos lucratur: quod, qui fieri possit, sine dolo, sine fraude, sine vsura; non reperio. Pas. dep. 75

In eodem numero casu, pecuarius lucratur 25. pastor deperdit 75.

Repertis tantum aureis 501.

Mortuis arietibus etiam ducentis, qui casus est omnino infaustus, in hoc tamen. Casus 6.

PECVARIVS, primum, repetit omnes suos 500. atque in his, repetit etiam omnes illos aut 100. aut 200. aureos: qui, in aut 100. aut 200. illis ijsdem numero arietibus mortuis, vere iam perierunt. Præterea, diuidit aureum illum vnum, deductis quingentis, reliquũ: qui

Pec. luc. 10. soli. his adhuc est lucrum, & medium retinet sibi, & ita lucratur adhuc 10. solidos: qui vnus, extra societatem, in simili casu, & æquali, de suo 600. aureorum capitali perdidisset 99. aur. 10. solid.

Pas. dep. 99. aur. 10. soli. PASTOR contra, iam deperdit fere totum suũ capitale, vnus ipse deperdit 99. aur. 10. solid. Qui, conductus, 100. recepisset securos.

In vno, eodemque numero casu, pecuarius lucratur 10. solidos: pastor deperdit 99. aur. 10. solidos.

Extrema, quibus, hæc ampla latitudo continetur, sunt illa duo: vt in arietib. viuis aut quingenti tantum, aut tam, & solum septingenti reperiantur in fine primi anni. Videri possunt extrema hæc duo: eo, quod, vel de capitali totali (quod etsi negent est semper sexcentorũ aureorum non minus in societate, ac vni pecuario extra societatem) perierunt centum: vel sexcenti aurei, lucrati sunt alios centum: singula centum aut perdiderunt, aut lucrata sunt æqualiter 17. aur. 13. solid. 4. nummos, & lucrum & damnum iam potest cuique videri magnum. Nam solitum lucrũ a 12. ad 15. vsque est in alijs quoq; mercimonijs. Experiamur

riamur etiam quantam ostendant inæqualitatem hæc duo extrema.

Repertis tantum aureis 500. Casus 7.

Mortuis arietibus aut 100. aut 200. aut 300. qui casus, eorũ, qui communiter timeri possunt, est omnium infaustissimus. Pereunt enim de sexcentis, centum, & de singulis centum aureis, 17. aurei, 13. solidi, & 4. nummi pereunt.

PECVARIVS nihil deperdit, de suo magno quingentorum aureorum capitali, totum suũ capitale, omnes suos quingentos aureos recuperat, illius nec nummũ deperdit: repetitq; omnes aut 100. aut 200. aut 300. aureos, in totidẽ arietib. mortuis, in quib. ijsdẽ numero, pecuarius dedit positos, & alligatos iã deperditos. Extra societatẽ vero perdidisset centũ. Pec. dep. Nihil.

PASTOR vnus contra, perpatuum suum centũ aureorum capitale totum deperdit: deperdit omnes suos centum aureos: in quo & maxima & manifesta est inæqualitas: qua cum, nulla societas simplex poterit coire, aut stare. Pas. dep. 100.

In eodem numero casu, pecuarius solus Nihil deperdit, pastor solus deperdit 100. aureos.

Repertis vero iam aureis 700. Casus 8.

Mortuis arietibus 50. qui casus, eorum qui communiter sperari possunt, est omnium faustissi-

mus: Maxime si vt dicunt esset: si capitale, tantum essent, & solum 500. illi aurei a pecuario appositi. Quingenti tantum aurei, intra vnius anni spatium, lucrati fuissent alios ducentos, & eorum singula centum, lucrata fuissent quadraginta aureos: & sic, mille, proportione seruata, quadringentos lucrari debuissent. Insolentia vero lucri, eorum, qui ausi sunt talia dicere; coarguit & accusat insolētiam. Sed demus; cedamus illorum audaciæ. In tamen tanta lucri vbertate.

Pec. luc. 100

PECVARIVS, primum repetit omnes suos 500. atque in his, etiam repetit 50. illos aureos, in illis ijsdem 50. arietib. mortuis, in quibus eos dedit positos, & alligatos, iam vere etiam mortuos, ac deperditos. Præterea, desumit medium lucrū: Lucrum enim sunt illi, omnes ducenti: & ita tantum quingentis, centum; & singulis centum, intra annum, alios 20. lucratur: quod lucrum, solitum, in alijs mercimonijs, superat adhuc, magnis partibus.

Pas. luer. Nihil.

PASTOR tamen nihil lucratur: solum recuperat centum aureos; quos expendit: quosq; dicimus fuisse illius capitale: In casu, eorum qui communiter exspectari possunt, omnium faustissimo, in quo pecuarius vt contendit ipse,

& opere

& opere complet, singulis centũ lucratur 20. & qui, si vera illa, seruata proportione, debuisset suis centum, non secus ac pecuarius lucrari alios 20. nec nummum vnum lucratur.

In eodem numero casu, pastor solus deperdit totum suum capitale 100. aur. pecuarius nihil deperdit.

QVO igitur, pecuarius, possit recuperare totũ suum magnum quingentorum aureorum capitale; tantum est necesse; vt in arietib. quotcumq. viuis, vel pauciſſimis, QVINGENTI tantum reperiantur aurei: & quo iam quicquam lucretur; vt quingenti & drachma inueniantur. Hoc autem est facillimum, est omnium frequentiſſimum, est moraliter fere necessarium, vel mortuis ducentis arietib. Pecuar. tãtũ 500.

Quo præterea, pecuarius, de suis quingentis, quicquam deperdat; est necesse; vt, in arietib. viuis, ne dum QVINGENTI aurei reperiantur: Quod est insolentiſſimum, aut per-rarum.

QVO vero, pastor, suum perparuum, centũ aureorum capitale valeat totum inuenire, & repetere saluum; est omnino necessarium; vt in arietibus viuis, SEPTINGENTI etiam aurei reperiantur: & vt septingenti cum drachma inuenian- Pastori 700

niantur: quo queat lucrari quicquam. Quod iam est & difficillimum, & per rarum.

Quo item, pastor, incipiat quicquam deperdere; est quidem satis, vt vel perparum recedat, vt vel drachma solũ prouentus recedat a septingentis, vel vt septingenti compleantur, drachma tantum desideretur. Septingentos vero non reperiri, est etiam frequentissimum, experimentis apertissimis id totum demonstrabimus.

Quo enim, nõ reperiantur SEPTINGENTI, satis est; vt arietes singuli, quatuor tantum drachmas fuerint lucrati, & vt tantum aries vnus perierit iam, & mortuus sit. Hæc duo si coniungantur, efficient; vt iam non possint reperiri septingenti aurei. At vtrumq; est facillimum adeo, vt illud sit frequentissimum; frequentius quidem est pauciores, quam quatuor lucrari. Hoc vero, vnum, & decem, & quindecim arietes perire intra annũ, vt 4. obseru. notauimus, de quingentis est fere necessarium: Vt pastor possit duas drachmas, quas expendit in singulo ariete, & centũ aureos in custodiendis quingentis recuperare; est necesse; vt singulus aries quatuor lucretur drachmas, & vt omnes quingenti reperiantur viui: quod moraliter est impossibile. Vno enim tantũ mortuo ariete, vel quingentorum, vel cuiuscunque

que alius numeri, si viui singuli quatuor tantum drachmas lucrati fuerint; iam nec nostro in exemplo, possunt reperiri septingēti aurei: nec in alijs, totum quod reperiri est necessarium: quo pastor, possit accepto tantum medio lucro, solum recuperare totum: quod expendit in illis ipsis. Sed, vno tantum mortuo ariete, de septigentis (exempli gratia) aureis, iam quatuordecim pereunt drachmæ, & in vnoquoque mortuo, vni pastori pereunt septem drachmæ, de illius capitale. Vno enim tantum mortuo ariete; in 499. saltus, & viuis, iam non septingenti, sed tantum sexcenti & nonagiuta octo aurei, & duodecim solidi queunt reperiri: quorum 198. aur. & 12. solidi omnes his sunt lucrum: huius tantum medium, & ita tantum 99 aureos, & 6. solidos potest accipere pastor: & de suo centum aureorum capitale, iam deperdit vel quatuordecim solidos, vel septem drachmas. Pecuarius uero, primum repetit omnes suos 500. & in his, etiam repetit aureum illum, quem dederat in illo eodem numero ariete mortuo positum, & alligatum: qui vere iam perijt cum eodem ariete. Præterea 99. aureos, & 6. solidos lucratur. Hinc mortuis decem tantum, vnus pastor deperdit septem aureos: Mortuis viginti, deperdit quatuordecim; Mortuis tantum 50. qui communiter pereunt

pereunt, vnus pastor deperdit aureos triginta quinque: Mortuis tandem arietibus 143. vnus pastor deperdit omnes suos centum aureos, totum suum capitale deperdit: illius drachmam tantum recuperat. Pecuarius vero, primũ repetit omnes illos 143. aureos, in illis ijsdem numero, 143. arietibus mortuis sibi positos, & alligatos, iam vere deperditos: præterea drachmam lucratur. Pecuarius, in singulo ariete, posuit decem drachmas, & in omnib. 143. mortuis posuit 143. aureos: pastor, in ijsdem, in singulo, posuit tantum duas drachmas, & in omnibus tantum 28. aureos, & 12. solidos. Tamen illis mortuis, totum quod in illis deperditur, de vno pastoris capitali deducitur, & vni pastori perit: quoad illius capitale totum exhaustum fuerit. Pecuarius, qui, in 143. arietib. mortuis, 143. habebat aureos, illis mortuis, de 143. aureis, nedum nummum deperdit. Pastor, qui in ijsdem, tantum 28. aureos, & 12. solidos posuit, & habebat; deperdit totum suum capitale; omnes suos 100. aureos: deperdit 72. aureos, 8. solidos: quos ipse numquam in illis posuit: quos posuit pecuarius, deperditque ita, & totum, quod ipse, & totum, quod, pecuarius in illis ijsdem posuit. Ex his, quoniam, vt ex 4. obseruatione constat, moraliter necessum est intra annum, 500.

Obseru. Maxime

arie-

arietum perire & vnum,& decem, & quindecim,& viginti,& triginta quatuor, frequentissimum:aut plurimum contigens 50. perire, & aliquando perire centum & quadraginta tres:æque etiam erit aut necessarium, aut frequentissimum, aut plurimum,aut aliquando contingens, vnum pastorem non recuperare totum suum capitale: sed deperdere de illo, aut 7. drachmas, aut aureos vel 7. vel 14. vel 28. vel 35. aut ipsum totū: quando singuli arietes viui, tantum quatuor dramas lucrantur. Quod lucrum est maius: quod,in his socidis,communiter soliti sunt sperare,& pastores,& pecuarij. At,& quinque drachmas,potest singulus aries lucrari.Demus,accipito.

Quo item, in arietibus viuis, non possint iam reperiri SEPTINGENTI aurei, nec possit pastor recuperare totum suum capitale; satis est; vt quingentorum arietum, tantum 34.perierint,&, vt,superstites singuli,quinque tantum drachmas lucrati sint. Quoniā etiam si,singuli arietes,quinque drachmas lucrati fuerint; mortis 34. in reliquis saluis & viuis, non iam 700. sed tantū 699. aurei possunt reperiri, & horum 199 omnes sunt lucro; & pastor, accepto medio, acceptis inquam 99. aureis decem solidis, iam non recuperat totum suum capitale: sed potius, iam deper-

dit 10. solidos. Pecuarius vero, primum recuperat omnes suos quingentos, & in his, etiam recuperat illos 34. aureos, in illis ijsdem numero 34. arietib. mortuis, sibi positos, & inseparabiliter alligatos, etiam mortuos. Præterea 99. aureos, & 10. solidos lucratur. At quingentorum arietum, 34. intra annum perire, & singulos arietes, tantũ quinque drachmas lucrari, ex Obseruationibus 3. & 4. est frequentissimum, saltem frequentius. Erit igitur æque, aut facillimum, aut frequentissimum, aut frequentius, vnum pastorem, deperdere quicquam, de suo capitali, & non lucrari, etiam, quando arietes singuli, lucrãtur drachmas quinque. Quod si, nimium morosus, contenderis adhuc, arietes singulos, annum curatos, 6. drachmas posse lucrari, damus & illud.

Quo præterea, in arietib. viuis, iam non valeant reperiri SEPTINGENTI aurei, nec pastor queat recuperare totum suum capitale; satis est, vt quingentorum arietum, 63. tantum perierint, &, vt, singuli viui, tantum sex drachmas lucrati sint. Nam, quamuis singuli arietes, sex lucrati fuerint drachmas; mortuis 63. in reliquis superstitibus, iam non septingenti, sed tantũ 699. aureos & 4. solidos poteris reperire. Atque horum, 199. aurei, & 4. solidi omnes sunt lucrum.

&, hu-

&, huius, medium tantum, poteſt exigere paſtor: & hoc medio accepto, reportabit tantũ 99. aur. & 12. ſolidos: perdet iam, de ſuo capitali, 8. ſolidos. Pecuarius vero, recuperabit totum ſuum capitale, repetet primum, omnes ſuos 500. aur. atq; in ijs, etiam recuperabit, illos 63. aureos, in illis ijſdem numero, 63. arietibus mortuis, ſibi poſitos, & inſeparabiliter alligatos, iam ſemel, & vere deperditos. Præterea 99. aureos, & 12. ſolidos lucratur. Quingentorum vero arietum, 63. perire, eſt plurimum contingens, & arietes ſingulos, tantum ſex drachmas lucrari, immo nec ſex, eſt frequentiſſimum. Erit ergo, etiam, plurimum contingens, & frequentiſſimum, & ita facillimum; paſtorem non recuperare totum ſuum capitale: ſed, in caſibus omnibus, eorum, (qui cõmuniter expectari poſſunt) fauſtiſſimi, & in quibus, pecuarius lucratur centum aureos, deperdere quicquam ſemper, etiam, cũ ſinguli arietes lucrantur ſex drachmas: & quingentorum, tantum 63. perierunt. At, quando, nos tibi, quod voluiſti conceſſimus; da & tu nobis; quod vides, non raro contingere; ſingulos arietes, duas tantum drachmas lucrari.

Quotandem, in arietibus viuis, nec SEPTINGENTI, ne dum ſexcenti reperiantur aurei, nec

totum reperiatur totale sexcentorum aureorum capitale; satis est; vt, quingentorũ arietum, pereat tantum vnus, & reliquorum superstitum singuli lucrẽtur tantũ duas drachmas. Vno enim mortuo ariete, de totali capitali, iam pereunt duodecim drachmæ, & totum capitale partiale, in eodem illo ariete posito: & in singulo, ac vno quoque ariete mortuo, vnus pastor deperdit duodecim drachmas: & quingentorum arietũ, mortuis 83. vnus pastor deperdit iam fere totum suum capicapitale: deperdit 99. aureos 12. solidos. Pecuarius vero, primum repetit omnes suos quingentos, atq; in ijs, etiam repetit omnes illos 83. aur. in illis, ijsdem numero 83. arietibus mortuis, sibi positos, & alligatos, iã vere deperditos. Præterea, 12. adhuc solidos lucratur, in eodem numero casu, in quo, socius pastor, 99. aur. deperdit, & 8. solidos: & in casu eorum, qui communiter timeri possunt, omnium infaustissimo.

Vt, in his omnibus manifestatur, & licet cuique experiri, & proprijs oculis videre, maxime in hoc proxime superiori casu; Totum, quod in viuis, & saluis posuit pecuarius, totũ item, quod, in ijsdem illis posuit pastor; illud totum, quod saluum reperitur: id totum, manet saluum vni pecuario. Totum contra, quod in mortuis posuit

Pecua-

pecuarius, totum etiam, quod desideratur, quod mortuum est, quod deperditum; illud totum, vni pastori perijt. O summa, & mira æqualitas: egregius sane ouium socius Lupus. In singulo namq; ariete, vt sæpius, ac sæpius est nobis repetitum, vnus pecuarius posuit decem drachmas, & pastor tantum, & vere duas: in 83. arietib. mortuis, vnus pecuarius posuit 83. aureos: in ijsdem pastor posuit tantum 16. aureos, & 16. solidos: mortuis vero illis; vnus pastor deperdit primum, & non solum, illos 16. aureos, & 12. solidos: quos tantum ipse posuit: sed etiam deperdit, omnes illos 83. aureos: quos omnes, vnus posuerat pecuarius: atque ita, vnus pastor deperdit totum: quod, ab vtroque positum fuerat, in 83. arietib. mortuis: deperdit inquam, omnes illos 99. aur. & duodecim solidos: deperdit fere totum suum capitale: illius, tantum octo solidos recuperat. In viuis, omnia contra: In 417. arietibus viuis, pecuarius posuerat tantũ 417. aureos: in ijsdem, pastor etiam posuit 83. aureos, & 4. solid. Totũ, quod ab vtroque fuerat positum, in illis 417. arietibus viuis, fuerunt quingenti aurei, & quatuor solidi: Partitionem aggressi; pecuarius, primus in partitione, primum repetit, omnes (vt loquuntur) suos quingentos: quod his deductis, reliquum

liquum reperitur; illud totum, his est lucrum: reliqui reperiuntur, tantum 4. solidi: totum ideo lucrum, nunc sunt hi 4. solidi. O vberrimum lucrum: huius, medium vnum, duos solidos retinet sibi, totum reliquum, alterum totum medium, lucrum magnum, duos inquam solidos totos dat pastori. Atque ita pecuario vni arietes, & viui, & mortui omnes dicuntur salui: vni vero pastori ci mortui, tum viui omnes dicuntur mortui. Viua, &, quæ posuit pecuarius, & quæ posuit pastor, vni pecuario, & viua & salua dicuntur, & sunt omnia. Mortua vero, ac deperdita, &, quæ posuit pastor, & quæ pecuarius, vni pastori dicũtur perijsse Omnia Omnia. Hoc vno, pecuarius recuperat omnes suos 500. & præterea, 2. solidi lucratur. Pastor vnus, deperdit totũ suum capitale: & illud totum, quod, extra societatẽ, vnus ipse perdidisset, nunc suis cauillis, extorquet pecuarius. Quæ leoninæ societatis expressior, & absolutior, aut perfectior non dicam imago: sed realis potius, & vera forma. Non quidem valeo, pro pauperum pastorum miserecordia, & toto corde, & imis visceribus, non commoueri: non disrumpi, & quærellarum strepitu, cum terra, tum aëra, tum totos cœlos complere. O terra, o aëra, o cœlum, & quæ in vobis tanta pastorum despicientia

Maxime obseru.

Maxime auscultãdum.

& quo-

& quomodo poteſtis veſtra patientia ſuſtinere omus grauiſſimum paſtoribus impoſitum? Ac dices conquæreris otioſe. Id enim ita contingere, eſt impoſſibile. Impoſſibile tu dicis, quod non raro, quod ſæpe, quod frequenter contingit. Negotiatoribus & Mercatoribus, quid magis timendum quam deperdere. Quid certius, aut quid frequentius his qui deſeruiunt mercaturæ, quam nō lucrari. Non male actum putant, quando & capitale præcipuum, & omnes expenſas ſaluas inueniunt, & omnia ſalua repetere poſſunt: etiamſi cum vident, maxime delectentur lucro. Verum, etiamſi demus 500. arietum, intra annum 83. perire, & viuos ſingulos, tantum duas drachmas lucrari, & paſtorem vnum ita centum aureos deperdere, id inquam etſi concedamus, abſolute non eſſe frequentiſſimum, eſt tamen frequentius multo quam illud; quam poſſe paſtorem recuperare primum omnes ſuos centum, præterea alios centum lucrari: quod ratio æquitatis exigere videtur: quod etiam petere videntur, & Leſſius, & Nauarr. ſed etiam eſt frequentius multo, quam lucrari aut 83. aut 50. aut 40. aut 30. quæ omnia huic paſtori ſunt quædam omnino impoſſibilia: ſed tandem eſt etiam frequentius quam lucrari 25. quod quidem eſt per-rarum: ſed frequentius,

quam

quam lucrari 20. quod adhuc ita est rarum: vt per-raro fit propinquius. Est enim necesse; quo pastor lucretur 20. aureos; vt, in arietib. 450. primo extremo anno communiter viuis, septingenti & quadraginta aurei reperiantur: in quo eodem numero casu pecuarius, singulis suis centum, iam lucrabitur alios viginti quatuor: cuius manifesta insolentia lucri, manifestum etiam facia; tantum prouentum, reperiri inquam septingentos, & quadraginta aureos in arietib. viuis, magnæ etiam insolentiæ, esse coniunctissimum. Tamen, vt pastor totum suum capitale deperdat; & pecuarius tantum suum recuperet, & præterea quidquam lucretur; non est necesse; vt, sic omnino eueniat; vt arietum, 83. pereant; & viui singuli lucrentur tantum duas drachmas: sed, in multis etiam alijs casib., qui non multũ raro contingũt, sequitur, & reperitur illud idem: vt, & quando, arietes viui, singuli, tantum quatuor drachmas lucrantur, & quingentorũ pereunt 143. & quando, pereunt tantum 34. & superstites singuli, quinque tantum drachmas lucrantur: & quando, singuli salui, lucrantur tantum sex drachmas: & 500. arietum, 63. iam perierunt: in his omnibus casibus, & alijs quam plurimis, vnus pastor, deperdet totum, quod in mortuis vterque posuit, & totum

tum suum capitale, & vnus pecuarius repetet totum quod ipse, totum etiam quod pastor posuit, totum quod arietes singuli viui lucrati sunt, & recuperabit totum suum capitale: & præterea quicquam lucrabitur.

Alia præterea in exemplis, experimentisue superioribus licet obseruare: quæ, & inæqualitatem, & iniquitatem præseferunt, ostentantq; non ferendam, & maximam. Duo illa extrema, maximæ inæqualitatis habent illud. In vno, de totali sexcentorum aureorum capitali, quorum, 500. vnus posuit pecuarius, pereunt centum aurei: & salui reperiuntur tantum quingenti: & vnus pastor deperdit vel totos, vel omnes centum: pecuarius nec nummum deperdit. In altero sexcenti aurei, quorum, centum sunt pastoris, & omnes simul componunt totale capitale, omnes etiam simul lucrati sunt, centum aureos: & ita, in arietibus, iam reperiuntur aurei septingenti: & vnus pecuarius retinet sibi vni, & his suis præstigijs, extorquet totum luctum, vnus pecuarius lucratur omnes illos centum aureos: pastor nec nummum. Hi duo casus, sunt duo extrema, quæ complectuntur in se, & intra suum ambitum, totam latitudinem, ad quam se possunt extendere, non modo in hac socida, sed in omni alterius merci-

Pec. deper. nihil

Pastor deperdit 100.

Pecuar. luer. 100 aur.

Past. lucr nihil.

monij genere, quingentorum aureorum intra annum & lucrum, & damnum. Nam, quingentos tantum aureos in negotio reperiri, & nihil amplius: nullum reperiri lucrum, reputatur magnum malum, & totas expensas, (qui fuerunt centum aurei) perijsse. In malum, hic est eorum, qui communiter timeri possunt, omnium infaustissimus. Et in hoc, in quo pereunt vere centum aurei. Pecuarius, huius damni, nullam partem sentit. Pastor solus sentit, totum hoc cētum aureorum, grauissimum damnum. Septingentos aureos in arietibus reperiri, & tantum quingentos aureos, intra annum, ducentos alios peperisse, hic casus, in omni mercimonij genere, est eorum, qui communiter exspectari possunt, omnium faustissimus. Manifestum id est: quingenti enim tantum aurei, intra annum lucrantur ducentos: & singula centenaria, intra annum lucrantur quadraginta aureos: & semel mille, intra annum, alios 400. deberent lucrari. Hoc vero lucrum, de tantum quingentis, aut mille aureis, intra annum, cuique prudenti, iam videbitur impossibile. Demus tamen, de tantum quingentis, intra annum, ducentorum aureorum lucrum proueniisse. Huius lucri, vnum tantum medium, centum tantum aurei dantur pastori: qui vel bis acceptis, nihil lucratur: quoniam

etiamsi

etiamsi centum accipit, centum expenderat, centum aureorum acceperat damnum: & hoc tantum deducit, recuperatis centum aureis: verum nihil lucratur: vel in casu, eorum, qui excogitari possunt, nec expectari faustissimo. In quo, tantum quingenti aurei, intra annum lucrati sunt alios ducentos, & singula centenaria, alios quadraginta: Et pecuarius retento sibi, altero huius lucri, toto medio, tantum quingentis aureis, intra annū, lucratur alios centos aureos: & singulis centenarijs, intra annum lucratur viginti aureos: quod lucrum est in omni mercimonio, intra annum insolentissimum: & argumentum certissimum fraudis, & furti, quæ duo palam sunt. Fraus manifesta: Quoniam reuera: in hoc negotio, capitale non sunt tantum quingenti aurei: quos totos ponit pecuarius: sed toti centum, quibus æstimantur opera, & expensæ pastoris, etiam referendi ad capitale, vt demonstratum est. Atque ita: capitale totale sunt sexcenti aurei: quingenti a pecuario propositi, & centum adiecti a pastore: & hi omnes sexcenti qui sunt totale capitale, & primum collati, & positi in negotio fuerunt damno, & damnum: & quin hoc totum damnum deductum fuerit, nullum est lucrum: & illud solum, quod, deducto hoc totali damno, hoc totali capitali, sexcen-

torum aureorū: hoc inquam solum quod superest, est lucrum. Hinc, repertis septingentis, nō omnes ducenti sunt lucrum: nec possunt esse. Quoniam de quingentis tantum, intra annum, non potest prouenire lucrum ducentorum aureorum: nec ex singulis centenarijs intra annum, possunt expectari quadraginta aurei. Sed reuera, toti sexcenti, sunt capitale totale: & reliqui tātum centum sunt lucrum commune, & totale, proueniens æque ex totale capitale sexcentorum aureorum: & hoc lucrum centum aureorum, diuidendum est inter sex centenaria: quasi inter sex socios: & singulo centenario respondent, & debentur 17. aur. 13. solidi, 4. nummi. Vnde, pecuarius, qui apposuit ad sortem, quingentos; hoc totum damnum, & hos totos quingentos debet primum deducere: Nec secus pastor, qui ad sortem adiecit alios centum, hoc tantum damnum, & hos totos centum, debet primum deducere. His sexcentis repetitis, est deductum totum damnum: & centum tantum qui supersunt sunt lucrum. Hoc diuidendum in sex æquas partes, in sexies 17. aur. 13. solidos, & 4. nummos. Harum sex partium, quinque partes pertinent ad vnum pecuarium. Quoniam ad sortem sexcentorum, quinque partes, quingentos aureos contulit. Ideo huius lucri centum aureorum,

rum, quinquies 17. aur. 13. solid. 4. nummi, id est, 83. aurei, 6. solidi, 8. nummi tantum debentur pecuario: non autem 100. aurei. Reliqua sexta pars lucri, reliqui semel 17. aur. 13. solidi, & 4. nummi pertinent ad pastorem, & debentur pastori: quia ad sortem sexcētorum, vnam tantum, sextam partem apposuit: atque ita pastori debentur non tantum centum aurei: qui fuerunt ei damno: sed preterea lucri pars, quæ damno, & capitali respondet. Partes enim lucri respondent damno, aut capitali, aut sorti: & quot quisque partes accipit huius, in hac, acceptione damni, seruata eadem proportione, totidem debet aut potest exigere lucri: & alterius damni quod in capitali accipitur quando aut pars, aut totum perit. Hæc iam speciem referunt veritatis: verisimilia sunt. De sexcentis aureis, intra annum, flante fortuna iam potest expectari lucrum centum aureorum: & credibile iam erit; singula centenaria, intra annum potuisse lucrari 17. aur. 13. solidos, 4. nummos. Verum, cum ex doctrina Caietani, & Syluestri contendat pecuarius, quingentos tantum, quos ipse posuit, hos tantum fuisse damno, fuisse capitale totale in hoc negotio; & hinc, his deductis, reliquos ducentos totos esse lucrum, in quo fallacia, dolus, & fraus. Deinde, huius lucri ducento

rum aureorum, retento sibi vno toto vredio: acceptis sibi, totis centum aureis, & concessis pastori tantum reliquis centum, ipse desumit totum lucrum, partum, ex totali capitali sexcentorum aureorum vnus pecuarius desumit toros 8. aur. 6. sol. 8. nummos: qui vere respondent, & debentur quingentis suis: præterea etiam extorquet totos illos 17. aureos, 13. solidos, 4. nummos, qui iustitia exigente respondent, & debentur, centum aureis, qui fuerunt capitale pastoris. Vnde, vnus pecuarius, & solus, refert totum lucrum, & quod ad se vere pertinet, & quod vere pertinet ad pastorem. In quo, manifestum est Furtum: 17. aureos, 13. solidos, 4. nummos FVRATVR pastori. Hinc, in casu, eorum, qui communiter possunt exspectari, omnium faustissimo, in quo, reuera singula centenaria, intra annum, lucrantur, 17. aur. 13. solid. & 4. nummos, qui proventus iam est vbertimus, & pecuario singula centenaria lucrantur 20. etsi ex dolo, & fraude: nihilhominus pastor, huius veri lucri centum aur. nullam potest referre partem: nihil adhuc lucratur. Vt, ex his aperte constat pecuarius, in casu eorum, qui communiter timeri possunt omnium infaustissimo, damni partem nullam sentit: solus pastor sentit totum centum aureorum damnum.

In

In casu contra, eorum, qui communiter exspectari possunt omnium faultissimo, pastor, lucri centũ aureorum, de sexcentis aureis, intra annum, partem nullam sentit: nullam accipit, nullam refert partem: solus pecuarius desumit, & refert totum lucrum natum, ex totali capitali sexcentorũ aur. & in casu, in quo, pastor centum aureis, nedum nummum lucratur; ipse pecuarius, singulis suis centum, lucratur alios 20. Hæc, aperte demonstrant non veram, sed Nullam, sed Leoninam esse hanc societatem, ex definitione Cassij, & Vlp. omnium Iurisconsultorũ ff. Pro socio. l. 29. §. Aristo. refert Cassium respondisse societatem talem coiri non posse, vt alter solus lucrum tantum, & totum; alter solus, damnum totũ sentiret: & hanc societatem Leoninam solitum appellare. Et nos, inquit Vlpianus, consentimus; talem societatem nullam esse; vt alter lucrum sentiret totum, alter nullum lucrum; sed solus, totum damnũ sentiret. Iniquissimum enim genus societatis est, ex qua quis damnũ, non etiam lucrum expectet: & e cõtra: ex qua, quis lucrum, non etiam damnum. & l. 56. eo. ff. cap. Pro soc. si igitur. Æquum est enim, vt cuius participauit lucrum, participet & damnum. Hæc cum suis gloss.

His demonstratis factum est necessarium; vt

quo

quo pastor possit incipere quicquam lucrari, esse necessum, pecuarium lucratum iam esse, quingētis aureis, alios centum, & singulis centenarijs viginti, intra annum, & Furatum fuisse pastori 17. aur. 13. solid. & 4. nummos. Præterea esse necessum, quo pastor possit incipere quicquam lucrari; reperiri non tantum, 700. aur. sed plures, & quingentis intra annum, lucrari non tantum 200. sed plures: quod lucrum, nullus vir prudens potest sperare. Tandem, vt absoluamus; talis est hæc æquissima societas, vt, ex ea, pecuarius, non possit deperdere, nisi in casibus per quā raro contingentibus: in casibus: qui communiter non timentur: ex qua, pastor, contra, non potest lucrari, nisi euenerint casus: qui non possunt nisi perquam raro, vel potius nunquam exspectari: scilicet vt singula centenaria, intra annū, 20. aur. & amplius debeant lucrari vni pecuario. Secus pastor, non potest quicquam lucrari: sed deperdit semper. Quis prudens, intra annum, de quingentis tantum, expectabit ducentos, & vltra: & de singulis centenarijs, 40. & amplius? atq; hæc de duobus extremis: intermedia excutiamus.

In omnibus casibus: qui intermedij possunt effingi, inter duo superiora extrema, qui tot erūt, quot numeri specie diuersi intercedunt, inter

tantum

tantum quingentos, & tantum septingentos: & in omnibus casibus, qui intra latitudinem, his duobus extremis terminis, definitam possunt cõtingere, In his inquam omnibus, qui tantũ sunt, qui communiter aut timeri possunt infausti, aut exspectari faustissimi, & medij horum, & vbertatis mediocris, aut minimæ, vel paruæ vtilitatis, qui sunt frequentes, frequentiores, & frequentissimi, aut euenientes plurimum: in his omnibus, in ijsdem numero. Pecuarius, non modo non deperdit quicquam, immo semper recuperat totũ suum capitale, & ita, totum pretium eorum, qui vere perierunt aut 100. aut 200. etiam repetit saluum: sed præterea, semper quicquam lucratur: & aliquando permultũ, 99. aureos aliquando: viginti aureos centenarijs singulis: pastor contra, in ijsdem numero casibus, non modo non lucratur: immo potius, semper deperdit quicquam, de eodem ipso, suo centum aureorum capitale, & nonnunquam illius medium: & frequentissime 25. aureos, & totos centũ aureos nonnunquam: & semper antequam pecuarius possit deperdere, vel nummum deperdere debet Pastor totos suos 100. Omnia licet videre proprijs oculis, in propositis supra exemplis, & experimentis. His demonstratis, si ex superioribus, societas illa, in qua,

vnus solus fert totum lucrum, quod communiter potest sperari, & nullam potest partem sentire eius damni: quod communiter potest timeri: alter solus sentit totum damnum, & nullam potest exspectare partem lucri; iam est Leonina: hæc alia, in qua vnus, non modo non potest deperdere, sed necdum potest non lucrari, alter contra, non solum non potest lucrari: sed potius non potest non deperdere, & quod deperdit dare alteri, vt ille lucretur; Hæc iam, Leonina, & crudelissima, Leoninior, vt ita dicã, & crudelior erit. Præterea, in omnibus casibus, qui effingi possunt, intra totam hanc latitudinem, & media, inter duo hæc extrema, in quibus, & quingenti, & amplius quicquam, & nondum reperiuntur septingenti, in his inquam omnibus, qui soli sunt, qui communiter, aut timeri possunt aduersi, aut fausti sperari possunt, aut medij, & omnium frequentissimi, & contingentes plurimum, & communiter, in his iterum inquam omnibus, vnus pastor semper de suo capitali deperdit quicquam, & maximam partem capitalis, & medium, & aliquando, fere totum ipsum capitale: pecuarius contra, in ijsdem numero, semper, primum, repetit omnes suos quingentos, atque in his, etiam repetit omnes illos 50. aut

Maxime notandũ

100.

100. aut 200. in totidem arietibus mortuis sibi positos, & inseparabiliter alligatos, iam semel, & vere deperditos: præterea semper etiam quicquam lucratur, & 35. & 50. & 75. & aliquando, nimis multum, nonaginta videlicet & nouem aureos, & decem solidos. Quæ, vt scilicet, in ijsdem numero casibus, in horũ etiam communioribus, & frequentissimis, sociorum vnus deperdat, de suo capitali, totum medium, & alter lucretur illud totum: vt vnus deperdat de suo centum aureorum capitali totos, & omnes quinquaginta, alter vero, illos eosdem etiam quinquaginta lucretur: hæc quæ tantam inuoluunt inæqualitatem: qui, locum habere possint aliqua in societate; ego quidem non inuenio. Est proculdubio impossibile; iustam esse talem societatem: in qua in omnibus casibus, qui communiter aut timeri, aut exspectari possunt, in ijsdem numero, in quibus sociorum vnus, non modo non lucratur, sed deperdit multum, alter vero & multum lucratur. Si illa, in qua vnus solus lucratur, & nihil deperdit, alter solus deperdit, & nihil lucratur, est Leonina; hæc, in qua, vnus solus lucratur, & alter solus non modo non lucratur, sed potius deperdit, & multum; Leonina Leonior erit.

Tum etiam, his stratagematis, & cauillis, pecuarius, reddit securum totum suum capitale: & sibi vni facit etiam certissimum lucrum. Quippe cum, etiamsi, in arietibus, nihil aliud præter 500. Pecuarij reperiatur, quam, quod pastor addit, & necessario: (aliter enim arietes nec conseruari possunt viui) iam pecuarius lucratur totum medium illius. Hinc semper, quando pastoris capitale, centum aureorũ est; vbi pastor, sui capitalis, tantum medium, quinquaginta aureos recuperauit, pecuarius aliud tantum, alios etiam quinquaginta iam est lucratus: & si septuaginta, & si centum recuperat pastor: septuaginta, & centum quoque, simul in eodem casu, lucratur pecuarius: & semper quantumcumque sit capitale pastoris, siue ducentorum, siue trecentorum sit aureorum, quantum pastor recuperat, aliud tantum pecuarius lucratur: tam facile, & tam certum fit pecuario, ipsum lucrari, quam pastori sui capitalis partem, aut totum capitale recuperare: Nec potest pastor, aliquam sui capitalis partem, aut totum capitale recuperare: quin simul pecuarius, aliud tantum necessario lucretur, & vt dicunt ante partem. Vnde, si in arietibus, primo anno extremo, quando, iam 100. aureos posuit pastor; 600. aurei reperiantur: pastor sui capitalis, quod fuit centum aureo-

Maxime auscultãdum.

aureorum, 50. tantum recuperat: pecuarius iam lucratur alios etiam 50. si reperiantur in arietibus 650. pastor recuperat 75. alios etiam 75. lucratur pecuarius: si in arietibus reperti fuerint aurei 700. pastor recuperat totum suum capitale, recuperat inquam 100. aureos: non minus, sed æque etiam, 100. lucratur pecuarius ante partem, & antequã pastor, suis centum: incipiat vel nummum lucrari. Nec aliter, secundo anno: quando pastor, expendit iam 200. aureos: qui, & 500. quos posuit pecuarius, iam efficiunt 700. vel si hi tantum reperiantur; pastor, sui capitalis, ducentorum aureorum, iam deperdit medium, deperdit vnos centum aureos: alteros, tantum centum recuperat: pecuarius, alios etiam centum lucratur: si 800. reperiantur aurei, reliquis deperditis, pastor recuperat sui capitalis, 150. alios etiam 150. lucratur pecuarius: repertis 900. aureis, totum suum capitale, 200. aureos recuperat pastor: pecuarius lucratur etiam aureos ducentos, ante partem: antequam pastor, suis ducentis, possit quicquam lucrari. Tandem, tertio extremo anno, capitale pastoris, iam sunt 200. aurei: qui, & 500. pecuarij, componunt 800. etiamsi, tertio extremo anno, hi tantũ 800. reperti fuerint; pastor deperditis centum & quinquaginta, alteros tantum 150. sui capitalis

pitalis recuperat:pecuarius vero, iam hoc vno, appositis inquam a pastore 300. aureis, lucratur vere,alios etiam 150.aureos: Tandem repertis in arietibus,mille & centum aureis:quod est necessarium;quo pastor possit totum suum capitale recuperare;pastor,recuperat trecentos suos:pecuarius:lucratur alios etiam 300. & ante partem, & antequam pastor,suis trecentis,valeat teruntium adhuc lucrari.Putabis ne,& tu sapientissime,hæc omnia, quæ tantam inæqualitatem implicant cadere posse in societatem?

Pecuar. lucratur 300. Pastor lucrat. nihil.

Porro,non potest pastor,incipere quicquam lucrari;quin,prius,pecuarius iam lucratus sit;tantū quantum est pastoris capitale; siue sit centum, siue ducentorum,siue trecētorum,siue quingētorum aureorum.Vnde,primo anno extremo, quo pastor possit recuperare primum totum suum capitale,omnes suos centum,& præterea aliquid lucrari:non est satis, vt septingenti reperiantur aurei:quod vnū, fuit satis;vt pecuarius,cētum lucratus fuisset:sed est præterea necessariū;vt,quid amplius, aliquot plures reperiantur:vt enim Pastor possit suis centum,lucrari alios 5. est necesse;vt in arietibus,710.aurei reperiantur: & tūc Pecuarius,singulis suis cētum,lucrabitur aureos vnū & viginti:vt Pastor suis centum lucretur alios 10.

Maxime obseruādum.

est

est necesse; vt reperiantur 720. at tunc Pecuarius singulis suis centũ, 22. lucrabitur. vt, tandem Pastor, queat, suis cẽtũ, lucrari 20: est omnino necessarium; vt, 740. aurei reperiantur in arietibus viuis: Tunc vero, pecuarius, iam plures, iam lucrabitur aureos 24. singulis centum. Verum, in his, tanta iam apparet in æqualitas: vt nulla cum ea societas coiri possit. Credẽdum iam idem futurum; si pastoris capitale fuerit vel ducentorum, vel trecentorum. Semper pecuarius lucratus est iam tantum, quantũ est capitale pastoris, etiam trecentos aureos: quando trecentos posuit pastor, antequam pastor possit lucrari vel nummum.

Tandem, nunquã pastor potest, lucro, æqualis fieri pecuario; quando, centũ tantũ aureorũ fuit eius capitale, quin, in fine primi anni, in arietibus, viuis, 750. aurei reperiantur. Tunc tantum, lucro fiunt æquales pecuarius & pastor; tunc solum, vt pecuarius, singulis suis centũ, lucratur 25. aureos pastor, suis centũ, etiam lucrari inuenitur 25. At, hoc tã difficile, tã rarum est; vt, fere numquam, liceat alicui, sperare, nisi temerario: quod singuli cẽtum intra annum, 25. aureos lucrẽtur. At vt lucrẽtur 50. est necessariũ: si tãtũ 500. pecuarij, sunt capitale. Societatis vero illud proprium, vt in omnibus æque casibus, & semper socij sint æquales seruata saltem proportione.

His

His & illud adde: pastorem, numquam posse lucrari quantum frequenter, & frequentius, & communiter, & plurimum potest deperdere: quod videtur necessarium, vt spe lucri, æqua fiat compensatio, timoris damni: quod subijt: qui, opera suas locauit pro mercede incerta: (si contendere volueris, hunc contractum reducendum ad locationem operarum) quod non possibile: nam qui locat suas operas, nullas vt hic, ex proprijs expensas facit: sed ex re quam gerit desumit eas omnes.

Notãdũ.

INÆQVALITAS in his omnibus, & multis alijs, quæ consulto prætermittimus, est tanta; vt, nulla eam possit ferre societas: Qua demonstrata, perfectum iam arbitramur; & factum necessarium: hunc contractum iniquissimum esse, & sordidissimum: nec reduci posse vel ad societatem, vel ad locationem operarum, vel ad sortes, vel ad alium contractum innominatum, & iustum. Æqualitas enim, in omni contractu est maxime necessaria: cuius absentia, omnem tollit iustitiam, & irritum, ac nullum facit, omnem cuiusuis generis, & cuiusuis nominis, contractum. Quoniam tamen sunt, qui contendant; pro custodia, singuli cuiusque arietis, deberi tãtum tres solidos; ideoque, capitale, pastoris 500. arietum, singulis annis, esse

esse tantum 75.aureorum: (quod negamus, ex his, quæ, a nostris hominibus cum pastoribus, tum Pecuarijs interrogatis accepimus) ideo arbitramur; explorandum etiam nobis: an hoc posito, inæqualitas etiam reperiatur tanta: quæ contractum efficiat irritum, & nullum. Et experti asse uerantes affirmamus; etiamsi pastoris capitale, sit tantum 75.aureorum; eam adhuc reperiri inæqualitatem: quæ destruit omnem iustitiam, & contractum. Vel si igitur contenderis, pro singulo arie-te custodiendo, tres tantum solidos, & pro 500. tantum 75.aureos deberi pastori; nec quidem, sic effugies multum, etsi aliquantulum, superioris inæqualitatis. Damnum poteris efficere, vt non sit tantum: inæqualitas vero, semper manet eadem spectata proportione.

Capitale pastoris, (habeto) sint tantum 75.aurei. Nunquam tamen, poterit pastor recuperare totum suum capitale, omnes illos 75.aureos, nisi solum; quando in arietibus, reperientur 650. aurei. Quo, pastor, valeat recuperare, omnes illos suos 75.aureos, plura quidem sunt necessaria. Primum, vt in arietibus communiter viuis, aurei vt dixi 650. reperiantur; vt pecuarius suis 500. alios etiã 150. sibi 75. sit lucrat⁹; vt singula cẽtũ, 30. alios lucrentur. Tantus vero prouentus, non multum

frequens: frequentius quidem nec 650. aureos, in arietibus reperiri: nec centum singula, lucrari quindecim. Demus tamen.

Repertis aureis 650.

Casus 1. Mortuis arietibus 50. qui casus est communiter contingens, in hoc tamen.

Pec. luc. 75 PECVARIVS, primũ, repetit oẽs suos 500. & in his, repetit etiam illos 50. aureos, in 50. arietibus mortuis iam deperditos. Deinde pastori nullum reddit capitale: sed affirmãs deductis suis 500. reliquos 150. omnes esse lucrũ quingentorum aureorum: Ideo, vnum totum medium retinet sibi, & lucratur 75. aureos.

Past. lucr. Nihil. PASTOR, nullo repetito capitale, accipit tantũ illius lucri, alterum medium, & recuperat solum illos 75. aureos: quos omnes, ipse expendit ex proprijs, & nihil omnino lucratur.

In hoc casu solus pecuarius lucratur 75. aureos, in eodem numero, in quo vere reperitur lucrum 75. aureorum; pastor solus nihil lucratur.

Repertis aureis 630.

Casus 2. Mortuis arietibus 50. qui casus est communiter contingens, in eo tamen.

PECVARIVS, primum, repetit omnes suos quingentos, atq; in his, etiam repetit 50. illos aureos,

aureos, aut plures, in totidem arietibus mortuis iam deperditos: Præterea, quoniam reliqui 130. his omnes sunt lucrum, accepto medio iam lucratur aureos 65. Pec. luc. 65.

PASTOR contra, nullum repetit capitale, sed tantum illius lucri, 130. aur. alterũ mediũ accipit, & refert tantum 65. aureos: sui capitalis, 75. aureorum, 10. iam aureos deperdit. Tantum abest, vt quicquam lucretur, etiam in casu, in quo, pecuarius, suis quingentis lucratus est 65. & singulis centum, tredecim aureos. Pas. dep. 10

In eodem numero casu, in quo vere est lucrum 55. aureorum, pecuarius lucratur 65. aureos: pastor deperdit 10.

Repertis tantum aureis 600.

Mortuis arietibus aut 80. aut 100. qui casus, vt diximus supra, iam aduersus iudicatur. in hoc vero. Casus 3.

PECVARIVS, primum, recuperat omnes suos quingentos, & in his etiam recuperat aut 80. aut 100. aut plures aureos, in totidem arietibus mortuis, vere iam deperditos. Præterea, quoniam his omnes centũ sunt lucrum, vnum huius medium retinet sibi: & sic suis 500. alios 50. & singulis centum, alios 10. lucratur.

Pec. luc. 50 PASTOR contra, nullum repetit capitale, sed accipit tantum illius lucri alterum medium: & ita sui capitalis, 75. aureorũ: quos expendit, solum, 50. aureos recuperat: & reliquos 25. deperdit. Tantum abest, vt lucretur. Seruata vero proportione, si pecuarius, vere lucratus esset illos 10. singulis centum; pastor suis 75. 7. alios, & 10. solid. erat lucraturus.

Pas. dep. 25

In eodẽ numero casu, in quo vere est lucũ 25. aur. pecuarius lucratur 50. pastor deperdit 25.

Repertis tantum aureis 550.

Casus 4. Mortis arietib. aut 100. aut 200. qui casus inter infaustos iam numeratur.

PECVARIVS, primum, repetit omnes suos 500 & in his, etiam repetit omnes illos aut 100. aut 200. in totidem arietibus mortuis sibi positos, & alligatos, vere iam deperditos. Deinde, quoniã reliqui 50. omnes ipsi sunt lucrũ; accipit huius medium: & ita lucratur 25. aur. singulis centum 5. ipse vero, extra societatem, apposuisset omnes 575. & perdidisset aur. 25. Tam longe abest a veritate; vt nunc sine vsura repetito pretio eorum, qui perierunt, & sine dolo, ac fraude, 25. lucretur.

Pec. luc. 25

Pas. dep. 50 PASTOR contra, accepto tantum altero medio lucro, refert tantum 25. aureos, & sui capitalis

pitalis 75.aur. iam deperdit 50. tam longe remotũ est a veritate, quod affirmant, Pastorem in hoc casu 25. aureos lucrari: qui etiam conductus omnes illos 75. retulisset.

In hoc vno, eodemq; numero casu, in quo vere nullum est lucrum pastor deperdit 50. pecuarius lucratur 25.

Repertis tantum aureis 649.

Mortuis arietibus 50. qui casus Pecuarius saltem vt res geritur iam est faustus: Nam. Casus 5.

PECVARIVS primum recuperat omnes suos quingentos, & in his etiam repetit omnes illos, aut 50. aut plures, in totidem arietibus mortuis iam deperditos. Præterea, quoniam reliqui 149.aur. his omnes sunt lucrum: huius retento medio, lucratur 74. aur. ac 10. solid. singulis centum, 14.aur. & 2.solidos lucratur: quod lucrum est maius, quod Mercatores cõmuniter, de suis mercimonijs, soliti sunt sperare. Pec. luc. 74. aur. 10. soli.

PASTOR vero, medio tantum lucro accepto, quoniam nullũ repetit capitale, reportat tantum 74. aureos, 10. solidos, sui capitalis 75. aur. iam deperdit 10. solid. in fortuna adeo prospera, in qua, Pecuarius, singulis centum, lucratur 14. aureos: & Pastor, spectata proportione, Past. dep. 10. solid.

portione, debuisset suis 75. lucrari 11. aureos, & 18. solidos.

In eodem numero casu, in quo vere est lucrum 74. aur. Pecuarius lucratur 74. aur. 10. solid. Pastor deperdit 10. solidos.

Repertis tantum aureis 500.

Casus 6. Mortuis arietibus aut 100. aut 200. qui casus eorũ, qui communiter timeri possunt, est omniũ infaustissimus.

Pec. dep. Nihil. PECVARIVS repetit omnes suos quingentos, & in his, etiam repetit omnes illos, aut 100. aut 200. in totidem arietibus mortuis, vere iam deperditos. atq; ita, in casu, eorum, qui communiter timeri possunt, omnium infaustissimo, Nihil deperdit.

Pas. dep. 75. aur. PASTOR contra, 75. aureos expendit, septuaginta quinque aureorum fuit illius capitale, & nihil recuperat: sed illud totum, illos inquam 75. aureos, & omnes, & totos deperdit.

In eodem numero casu in quovere perierunt 75. au. Pecuarius nihil deperdit. Pastor solus sentit totum damnum: deperdit totum suum capitale deperdit aur. 75.

Repertis iterum aureis 650.

Casus 7. Mortuis arietibus 50. qui casus, inter faustissimos, potest iam numerari.

PE-

PECVARIVS, primum, repetit omnes suos quingentos, vt supra. Præterea suis tantum quingentis alios 75. & singulis centum 15. aur. lucratur. Pec. luc. 75

PASTOR contra, expendit 75. aur. accipit tantum medium lucrum, & nullum repetit capitale: tantum recuperat eosdem 75. quos expendit. Nihil lucratur. Past. luc. Nihil.

In eodem numero casu, in quo verum est lucrum 75. aur. Pecuarius solus refert totum lucrum, Pastor Nihil lucratur. Pecuarius suis 500. intra annum lucratur 150. sibi vni 75. aureos. Pastor suo capitali 75. aureorum nihil lucratur. Prouentus 15. immo 30. aureorum, (quoniam tantum 500. dicuntur capitale) de singulis centenarijs intra annũ iam iudicandus vberrimus. & Pastorem in eo nihil lucrari, argumentum est necessarium Leoninæ societatis.

Repertis aureis 670. qui casus faustissimus, est etiam maxime ipsi Pecuario. Nam.

PECVARIVS, primum, repetit omnes suos 500. & in his, etiam omnes illos 50. aureos, in 50. arietib. mortuis, iam vere deperditos. Præterea, quoniam pastori, nullum reddit capitale, sed deductis quingentis reliqui 170. omnes sunt lucrum; huius, vnum totum medium

dium retinet sibi; & ita, suis quingentis, lucratur alios 85. & singulis centum, 17. aur. lucratur.

PASTOR vero, solum accipit alterum medium lucrum, reliquos inquam etiam 85. aureos: & recuperat suos 75. & his lucratus est tantum 10. aureos, at spectata proportione, si pecuarius remota omni fraude, & iuste, singulis suis centum, lucratus est illos 17. aureos; Pastori pro suis 75. debentur 12. aur. 4. solidi, & 5. nummi seruata proportione.

Tandem, pastor, lucro, non potest fieri æqualis pecuario; quoad 688. aurei, in arietibus communiter viuis reperiantur. Tantus vero prouentus, iam est rarus. Raro enim 500. aurei, qui nunc sunt capitale intra annũ lucrantur 188. aur. Raro singula centũ, aut 40.. aut 38. aut 36. aut aliquid amplius, quam quindecim aureos lucrantur.

Quæ, in superioribus illis primis experimentis, quando 100. aur. est capitale pastoris, notauimus incõmoda, quæ suam maximam ostentant inæqualitatem, eadem in his posterioribus, sese etiam omnium oculis obijciunt. Vt enim licet in his videre, pecuarius rem suam vallat, ponitq; in tuto suum capitale: totum capitale pastoris, in omni euentu obijcit primum omni periculo: de-

inde

inde totum capitale pastoris facit suum: in casibus infaustissimis totum integrum: de illo enim desumit, & sibi resarcit, totum pretium, eorum, qui perierunt: & damnum, ad eius capitale, non potest pertingere; quin prius absumpserit totos 75. aureos pastoris: hos vero absumi omnes, rarū est iam, atq; difficile: in aduersis saltem medium: quoniam quantum sui capitalis recuperat pastor, tantum ex altera parte, desumit pecuarius, de eodem ipso capitali pastoris, & illud lucratur: maxime cum aut tantum sexcenti, quando, centum aureorum est capitale pastoris, aut 575. cū tantum 75. sunt pastoris capitale. Si enim pastor, recuperat in illo casu 50. & reliquos etiam 50. deperdit; pecuarius lucratur eosdem illos 50. quos pastor deperdit. Reperris tantum 575. pastor recuperat tantum 37. aur. 10. solid. pecuarius alios etiam 37. aur. 10. solid. est lucratus: in casibus prosperis, pecuarius etiam accipit totum lucrū: quod respondet capitali pastoris: vt, quando septingenti tantum, aut 650. aurei reperiuntur, in arietibus viuis: illud, cum 4. hoc, cum 3. tantum solidi debentur pastori, pro singulo ariete. Hinc pecuarius, non potest deperdere, nisi in difficillimis, & per-raris casibus, in maxime aduersis: vt, quū nec quingenti reperiuntur aurei:

lucrum vero facit sibi promptissimum: & vt dicunt ad manũ, in manu quidem habet illud iam certissimum. etiamsi, nihil aliud, quam, quod apponit pastor, addatur: etiamsi, nec 4. nec 3. solid. sed etiamsi, in singulo ariete, tantum drachmam apponat, aut drachma maneat salua, si apposuit plures, hoc vno, 550. reperientur aurei: & pecuarius lucrabitur 25. aureos. Tandem etiamsi, eorum, vel 100. quos apposuit pastor, saluetur aureus tantum, pecuarius 10. solidos lucratur. Verum, quid facilius quam lucrari, quam ditescere ei, qui furatur? Pastor vero contra, facillime deperdit, & difficillime lucratur: est expositus statim damno, & lucrũ longissime ab eo aufugit. Vt iam deperdat, satis est; vt nec 650. reperiantur aurei: sexcentos vero, & quinquaginta non reperiri, est facillimum, est frequentissimum: vt lucretur quicquam; est necesse, vt non tantum 650. sed plures aliquot iam reperiantur. Hoc autem iam rarum existimatur. Tandem, quod maius, & certius est, & euidentius inæqualitatis, iniustitiæ, & fraudis argumentum: in omnibus casibus, qui effingi possunt, quam plurimi, in hac latitudine, quam complectuntur duo illi termini, quingentorum tantum, & 650. aureorum: in omnibus his casibus, ijsdem numero, pecuarius

semper

semper lucratur quicquam, & aliquando etiam multum: pastor contra semper deperdit quippiã, & multum, nonnunquam. At, casus possibiles intra hanc latitudinem, & qui aut timeri, aut exspectari possunt communiter, vel rari, vel frequentiores, vel frequentes, vel frequentissimi sunt: quos retulimus: & in his omnibus, tantam reperiri inæqualitatem; argumentum est iam necessarium, nullius societatis, & summæ perfidiæ, tum etiã iniquitatis. Nec itẽ potest exspectare lucrũ, quod compensare valeat damnum, cui exponitur magno. Potest deperdere, nec multum raro, 75. aureos: nunquam vero potest 75. lucrari: potest frequenter deperdere 30.: 30. vero lucrari non nisi per-raro, aut potius nunquã. Pecuarius fere nunquam potest deperdere quicquam, quãtum vero pastor perquam raro. Summæ hæc omnia sunt, & non ferendæ inæqualitatis.

Huius inæqualitatis tantæ, causæ sunt illæ duę: quas supra esse diximus: quoniam his sublatis, omnis, aut tota hæc repellitur inæqualitas: & æqualitas gratissima ei succedit. Hoc, vt omnibus faciamus planum vnum, aut alterum, ex superioribus repetemus exemplum.

Repertis aureis 630. mortuis arietibus 50. in 450 arietibus viuis.

Pecuarius extra societatem, posuit in negotio sexcentos aureos: hi omnes fuerunt capitale: tantum 30. fuerat lucratus: singulis centum 5. aureos.

Pecuarius in societate, apponit tantum 500. aureos, & his, in eodem, aut simili casu iam lucratur 65. aureos: singulis centũ, lucratur 13. Hoc vero est impossibile, sine fraude. Fraus vero gemina quidem est. Quando, extra societatem, ipse custodit suos arietes, 50. qui perierunt, vni ipsi perierunt: Præterea ipse vnus posuit omnes 600. & non habuit vnde posset furari. At nunc in societate, totum illud damnum, iacturæ 50. arietum, & aureorũ, imponit vni pastori, & ipse repetit pretium eorum, & illos 50. aureos. Tum etiam, pastori, qui posuit, 100. aureos, nullum reddit capitale: sed medium lucrum solum. & lucrum dicuntur, omnes 130. præter 500.: medium lucrum ita sunt, 65. aurei: Hac vna via lucratur 65. quos nec sexcentorum aureorum capitale, potuit lucrari. Sed age fraudem euoluamus, & aperiamus. Vna tantum illum priuemus face. Restituamus pastori, totum eius capitale saluum, in arietibus 450. viuis: qui sunt 90. aurei, & pecuario, omnes 450. reliqui tantum

tum 40. sunt lucrum. Huius, quinque partes sunt pecuarij, & sic refert tantum 33. aureos, 6. solidos, & 8. nummos: non autem 65. aur. Experiamur de altera fraude: detrahamus de quingentis aureis, 50. illos aureos, qui perierunt, in 50. arietibus mortuis, at nullum pastori demus capitale: Deductis 50. aureis, de quingentorum aureorum capitali pecuarij, reliqui manent, 180. aurei. Hi omnes, ex secūda institutione sunt lucrum: vnum mediū desumit pecuarius, accipitq; ita 90. aureos: qui adiuncti illis 450. saluis, de capitali, efficiunt & complent non 565. sed tantum 540. & lucratur non 65. sed tantum 40. plures tamen, quam extra societatem apposuis sexcentis aureis: quod argumentū est necessarium obrepentis, & sublatentis adhuc fraudis: etiam si pretiū eorum, qui perierunt extraxerimus: & fraus in alio esse non potest, nisi quod nullum pastori dedimus capitale: sed lucrū cōcessimus totum illud, quod, deducto capitali saluo pecuarij, quod deductis 450. aureis, saluis in 450. arietibus viuis, reliquum inuenimus: quod totum, nullo modo potest esse lucrum. Quoniā, illorum 180. aureorum centum omnes, sunt, totum capitale pastoris: quod reperitur saluū.

Sed

Sed, vtraque vel ſicca, vel face priuemus ſiccarium hunc pecuarium. Id eſt, & ſuum totum capitale reſtituamus paſtori: quod reperitur ſaluum, vt ſuum etiam pecuario: quod in arietibus viuis videtur ſaluum. Mortuos 50. omnes obliuiſcamur: in illis enim, vterque perdidit & ſolum, & illud totum: quod poſuerat in illis. De viuis tantum eſt nunc, in omnibus inquam partitionibus, iudicandum. In 450. igitur arietibus nunc viuis, pecuarius poſuit 450. aureos, inſeparabiliter alligatos: hi omnes 450. aurei, ſunt capitale ſaluum vnius pecuarij, & vni pecuario debetur totum. Habetq; iam pecuarius ante partem, hos omnes 450. aur. in ijſdem numero 450. arietibus viuis ſaluos: paſtor etiam expendit & poſuit 90. aureos: aut duas drachmas in ſingulis: hi omnes 90. aurei, etiam ſunt capitale ſaluum vnius paſtoris, & vni paſtori debentur, hi omnes 90. aurei. Et ita paſtor, ante lucri diuiſionem, iam etiam habet 90. aureos. His omnibus 450. & 90. (qui coniuncti efficiunt 540.) deductis, reliqui manent 90. hi tantũ, & hi oẽs ſunt verũ lucrum, illius totalis capitalis ſalui, 540. aureorum: quod ambo ſocij poſuerunt. Nec poteſt dici eſſe lucrum, quingentorum vnius pecuarij,

rij, nec totalis capitalis sexcentorum. Quoniã de illo perierunt 50. arietes & aurei, & de hoc 60. & quod præsens non est in socida, (quod maxime est obseruandum) nullum potest dare de se lucrum. Quoniam & capitale, & lucrum vtrumque æque est alligatum arietibus, aut animalibus, ijsdem numero, vel idemtitate numerica determinatis, & demonstratis, aut demonstrandis: id est aut his, aut illis, vel quingentis, vel ducẽtis arietibus, aut mortuis iam, aut viuis. Itaque nec aries, qui est masculus, nec aureus qui est in illo, possunt, post se relinquere aliquem fructum, aut lucrum separatum a se: sed totum perit simul, quando perit aries. Perit quidem & aries, & aureus alligatus illi, & lucrum: quod ex arietis melioramento si vixisset, poterat sperari, & recipi. In societate vero aliter: quoniam etiamsi, arietes 500. aureis empti, & deinde meliores facti, & venditi, 600. accepto eorum pretio, acceptis inquam 600. aureis, etiamsi non sint apud pastorem, aut perierint: iam de se reliquerunt illud lucrũ 100. aureorum, capitale etiam restituerunt. Sunt igitur in hac socida, & in hoc casu 90. illi aurei lucrum, illorũ eorũdẽ tantũ 450. arietũ: qui viui reperiuntur: qui 450. pecuarij empti

fuerunt

fuerunt, & 90. aureis pastoris fuerunt conseruati viui, & meliores ita facti, vt ijdem numero ipsi, de se ipsis dederint totũ illũ fructũ, & lucrum 90. aureorum. Hoc ideo lucrum totale, debetur illi capitali etiam totali 540. aureorum. Quoniam vero, in illo totali capitali, sex æquis portionibus diuiso, sunt sexies 90. aut sunt sex partes æquales: quarum vnaquæq; est semel 90. aur. & harum sex partium, vnus pecuarius posuit omnes quinque partes, aureos videlicet 450. & pastor vnam tantum partem, tantum semel 90. Ideo hoc lucrum, hos inquam 90. aureos, diuidemus etiam in alias sex æquas partes: nempe in sexies 15. aut in sex æquas portiones: parum quæq; quindecim contineat aureos: & harum, quinque dabimus vni pecuario: qui in capitali totali saluo, quinque habet partes, dabimusq; illi 75. aureos: qui adiuncti, illi capitali, eius, saluo, 450. aur. perficiunt iam numerum 525. aur. Pastori, qui, in capitali illo totali saluo, 540. aur. habet tantum vnam partem; illarũ sex partium lucri, vnã tantum, semel quindecim aureos dabimus: qui additi, ad illud capitale saluum 90. aur. numerum complent 105. aur. Hac vna recta, & veriſima ad æqualitatem,

tem, & iustitiam, via, reditum nobis parauimus ad illud idem: quod fuit; quando pecuarius ipse, suis expensis, custodiuit arietes suos. Vt enim, tunc, pecuarius apposuit 600. aur. & deinde repertis 630. tantum lucrabatur illos 30. qui deductis sexcentis, reliqui reperiebantur: & singulis centum, lucrabatur 5. & quingentis, tantum 25. æque etiam & nunc, omnia redeunt in idem: etiamsi diuersa via progressi fuerimus. Quingentis enim, & quadraginta aureis, deductis, pro capitalibus saluis; & nonaginta, qui sunt lucrum, diuisis in sex æquas portiones, vt capitale; sic perfecimus; vt, pecuarius, deductis, pro suo capitali saluo 450. & deinde acceptis, de nonaginta aureorum lucro, quinque partibus, quinquies quindecim, id est aureos 75. sic inquam perfecimus; vt reportet 525. vt suum totum capitale quingentorum aureorum recuperet, & 500 aureis, alios 25. & singulis centum 5. lucratus sit: non aliter atque, quando extra societatem: quoniam, tunc, si sexcentis, lucratus fuit 30. quingentis tantum 25. lucrabatur: & centum expensis, lucrabatur 5. Nunc, quoniam, pastor, ex propriis fecit expensas, & posuit hos centum expensos, & in mortuis, & in viuis, æquũ

est, vt vni illi restituantur omnes centum expensi: quando salui reperiuntur: & praeterea lucri 30. aureorum ea pars, quae respondet illis centum aureis, & sic pastor reportet de negotio aureos 105. & seruata proportione aequalis fiat pecuario: qui 500. posuit, & retulit 525. & hoc sit exemplo, pro omnibus casibus: in quibus poterit reperiri damnum: & sit illud idem primo propositum in quaestione.

Quingentorum arietum mortuis 200. & in 300. viuis, repertis aureis tantum 500.

Pecuarius, extra societatem; quia, ipse vnus, posuit totale capitale, posuit omnes 500. ipse vnus deperdit, omnes 100. qui in hoc casu periérunt, & desiderantur: Si hoc damnum aureorum, sexcentis diuiserimus aequis portionibus: quasi sex socijs: reperiemus quidé, singulis centenarijs, huius damni, semel 17. aureos, 13. solidos, & 4. nummos respondere: reperiemus, huius damni centum aureorum, ad vnumquemq;, illorũ sex sociorum, 17. aureos, 13. solidos, & 4. nummos pertinere: reperiemus, singula centenaria, perdidisse 17. aur. 13. solid. & 4. nummos: reperiemus aut 500. aureos, aut quinque socios omnes simul, perdidisse 83. aureos, 6. solid. 8. nummos:

repe-

reperiemus tandem, ad reliquos centum aureos, aut sextum socium, illius damni, centum aureorū, vnam tantum sextam partem, semel 17. aureos, 13. solidos, 4. nummos pertinere. Quando videbis, nostram progrediendi viam, vel admodū diuersam, in hoc idem nos perduxisse; quod fuisset pecuario extra societatem credes iam veritissimam, & necessariam esse nostram doctrinam: deducendum videlicet esse pretiū arietum mortuorū, de capitali pecuarij, & pastori præterea restituendum eius capitale saluum: aut potius solū de viuis curandū, neglectis omnino mortuis. & circa viuos agēdam partitionem, hunc in modū.

In his ijsdem numero trecentis arietibus viuis, Pecuarius posuit solos, & tantum trecentos aureos. In his ijsdem postea Pastor posuit sexaginta aureos. Trecenti omnes aurei, sunt capitale saluum, unius Pecuarij. omnes sexaginta sunt capitale saluum vnius Pastoris. Hi omnes coniuncti, & simul efficiunt 360. Hoc est totale capitale saluum, amborum sociorum, in his trecentis arietibus viuis. Totum, quod deductis his trecentis & sexaginta, reliquum reperitur in his ijsdem numero trecentis arietib. viuis; illud totum est lucrum verum, in his trecentis arietibus, & his spectatis: qui tantum in socida spectandi:

lucrum inquam, natum vere, ex melioramento, eorundem horum trecentorum arietum viuorũ: & quoniam, nunc, repertis quingentis aureis, in trecentis arietibus, & deductus 360. reliqui manent 140. aurei. Hi omnes 140. sunt verum & totale lucrum, & fructus trecentorum arietum, & 360. aur. & ideo, æquis portionibus diuidendum hoc lucrum, illis 360. aureis. Quoniam vero illud capitale saluum, 360. aur. si in sex æquas sortes diuidatur, cõtinet sexies 60. qui sint quasi sex socij: si item lucrum, 140. aur. in alias sex etiã portiones diuiserimus; id est in sexies 23. aureos, 6. solidos, & 8. nummos, & singulis 60. vel singulis socijs, semel 23. aureos, & 6. solidos, & 8. nummos dederimus: coniuncti singuli semel 60. & singuli semel 23. aur. 6. solidi, & 8. nummi efficient semel, 83. aur. 6. solidos, & 8. nummos: & hi item sexies sumpti, si coniungantur, complent totos 500. & omnes sex socij simul habebunt tantum hos 500. & huius totius summæ, ad trecentos aureos, vel ad quinquies 60. vel ad quinque socios; qui omnes pro vno stant Pecuario; qui vnus quinquies 60. siue illos omnes trecẽtos posuit, 416. aurei, 13. solidi, & 4. nummi tantum pertinebãt: quinquies enim 83. aurei, 6. solidi, & 8. nummi, illum numerum, & illam summam 416.

aur.

aur. 13. solid. & 4. nummorũ complent, ac perficiunt. Atque ita, Pecuarius, qui vnus, hos representat quinque socios, hos tantum 416. aur. 13. solidos, & 4. nummos potest exigere: de quingentis illis: qui salui in trecentis arietibus viuis reperiuntur: nullo modo possunt toti 500. ad vnum Pecuarium pertinere. Reliqua sexta pars, aut reliqui 83. aurei, 6. solidi, & 8. nummi, ad vnum sextum socium, omnes pertinent ad vnum Pastorem: qui, in primo capitali, 600. aur. 100. posuit, & in capitali, 360. saluo, 60. reperit sibi vere saluos. His singillatim, & minutatim peractis, seruata in omnibus veritate, & æqualitate, Pecuarius, qui nunc solos illos 416. aur. 13. solid. & 4. nummos potest iuste reportare; de suis quingentis, quos posuit iam deperdit illos eosdem 83. aureos, 6. sollid. & 8. nummos, & de singulis cẽtenarijs, illos 17. aureos, 13. solidos: quos de quingentis, & de singulis centum, deperdere demonstrauimus, quando erat extra societatem: Pastor item, qui nunc, tantum 83. aur. 6. solid. & 8. nummos, inuenitur posse referre, etiam de sexta parte illius capitalis sexcentorum aureorũ, de suis centum, quos posuit, iam deperdit illos eosdem 17. aureos, 13. solidos, & 4. nummos: quos Pecuarius, extra societatem, de centum

expen-

expensis, vt docuimus perdidisset, aut perdiderat. Crede igitur iam, & cognosce adhibendã necessario fidem his argumentis, ac dictis nostris, pretium mortuorum deducendum de ac Pecuarij capitali, & capitale eius, etiam æque, Pecuario restituendum Pastori. Præterquam quod, hoc experientia ipsa, & computationibus diuersis mutuo, citroq; allatis, & collatis inter se, hæc satis iam videantur demonstratra; rationibus, & argumentis apodicticis, possumus eadem confirmare, & efficere necessaria.

Vsura, quæ in his; argumentis Apodicticis demonstratur.

Pretium arietum, qui perierunt, deducendum de Pecuarij capitali; sic demonstramus: secus cõtractum nullum esse: sed mutuum vsurarium. Res omnia collata in societatem & perit, & salua manet, & fructificat vni danti. Hoc axioma est D. Tho. 2.2. q. 78. art. 2. responsione ad 5. & illud omnes DD. amplectuntur. Secus ex omniũ sententia, fit vsurarium mutuum; si accipientis stat periculo: sic enim fit illius. Nec poteris nos illudere; etiamsi dicas, mortuis aut quinquaginta, aut ducentis arietibus, si quingenti aurei reperiuntur in viuis, illud esse capitale pecuarij,

quin-

quingentorum aureorum, atque ita solum capitale vnius Pecuarij manere integrum, & saluum. Hoc enim in socida, est omnimo impossibile, & falsum: etiamsi in societate possit videri verum. Ratio est, quoniam si res omnis collata in societatem perit danti; si res in societatem collata, posita fuerit ponderę, & mensura, & numero tantum vnitatis specificæ determinata; vt quingenti vel aurei, vel arietes; verum erit; saluum reperiri illud capitale: quandiu salui reperiuntur 500. aur. siue in ijsdē, siue in diuersis numero mercibus, aut rebus. Si vero, res in societatē collata, posita fuerit vnitate, & idemptitate numerica, determinata, & in indiuiduo non vago, sed certo; & in eodem aut peritura, aut duratura, toto societatis tempore, & nunquam mutanda: hæc res, eadem numero, quæ posita est in societate a conferente, si eadem numero permanens, perit; ei qui dem, qui eam posuit, perit: nec aliter, si eadem numero permanens, salua manet; eidem salua manet: ac etiam lucratur, si fructificat. Hinc, quoniā in socidam dantur, non solum quingenti arietes, aut quingenti aurei, sed dantur demonstrati, & vnitate, aut idemptitate numerica determinati, & in indiuiduo certo, & determinato, nec vago: & in eadem vnitate numerica, aut perituri, aut du-

Obseru. Maxime

Vsura aperta demōstratur.

duraturi toto socidę tępore, dătur enim quingęti, & hi quingęti & pascędi, & non vendędi & quingenti illi aurei, quibus æstimantur arietes, dantur non soluti, nec soluendi, nec separandi vnquam societatis toto tępore ab his quingentis arietib. sed his ijsdē numero quingentis arietib., dantur inseparabiliter alligati: quingenti aurei, his quingentis arietibus: & horum quingentorum aureorum, quinquaginta, his quinquaginta arietibus, & ducenti aurei, his ducentis, & singulus aureus, huic singulo arieti: Hinc, quando arietes pereunt; est verum dicere; hi, aut illi vel quingenti, vel eorū, aut illi quinquaginta, aut illi ducęti, qui perierunt, sunt illi ijdem numero aut quingenti, aut quiuquaginta, aut ducenti: quos pecuarius, in hac eadem numero socida posuit: & sunt illi ijdē numero: in quibus, pecuarius dedit alligatos, aut quingentos, aut quinquaginta, aut ducentos aureos: & eos numquam, ab illis, pastor aut separauit, aut potuit separare: atque ita est impossibile illos quingentos, aut quinquaginta, aut ducentos, aut vnū arietem perire; & non perire vni pecuario, & arietes & aureos, aut vnū aureorū: quos pecuarius posuerat alligatos inseparabiliter, in illis, ijsdem numero arietibus: sed necesse est, rem idemptitate numerica determinatam, positam in

socie-

societate, si in eadem vnitate numerica permanens, perierit; perire danti: Nec secus, quando illorum quingentorum arietum, trecenti reperiuntur viui; est verissimum dicere; Hi trecenti arietes viui, sunt illi ijdem numero trecēti: quos, in illis quingentis, in hac eadem numero socida, posuit Pecuarius: & in quibus ijsdem numero, Pecuarius posuit alligatos tantum trecentos aureos: & nunquam eos, ab his arietibus separauit. Vnde est necesse; si in his trecentis arietibus, trecenti aurei reperiantur, saluos esse vni Pecuario: qui vnus, eos omnes posuit. Est enim impossibile; rem idemptitate numerica determinatam positam in socida, si permanens in eadem vnitate numerica manserit salua, non manere saluam dānti. Quoniam igitur in socida, non ponitur pecunia, sed animalia; vt nunc, non positi sunt quingenti aurei: sed quingenti arietes, & hi quingenti arietes, & hi, non mutandi in alios, nec vendendi, sed ijdem numero pascendi, & custodiendi toto societatis tempore, & conseruandi, & perducendi ad partitionem, finita, hac eadem numero societate si, aut, qui, eorum potuerint cōseruari. Hinc, quoniam Pecuarius arietes, & hos arietes dedit, & in his ijsdē numero, aureos, singulum aureum, singulo arieti, dedit alligatos.

Si hi arietes pereunt; hi arietes, & aurei etiam existentes in his ipsis, qui positi fuerunt vere ab vno Pecuario, vt vni Pecuario pereant in societate, est omnino necessarium: secus, non erit verum, rem positam in societate, perijsse vni danti: perijsse vni domino: quod, summo iure, exigit Lex naturalis, & lex societatis. Si hi arietes, & aurei in his arietib. positi a Pecuario, perierint aut toti, aut pars; & perierint non vni Pecuario danti: sed Pastori accipienti; hoc vno, iam desinit esse societas: & primo, & per se, simpliciter, & formaliter, & aperte fit mutuū: fit accipientis: transit in dominiū accipientis q ponitur. Quoniā, ex illo primo, & verissimo principio, quicquid perit, sui tantum domino perit: necessario prorumpit, & necessarium fit hoc aliud: Omnis ille, cui, res aliqua perit, vnus ipse est deperditæ rei dominus: maxime, si nullo contractu, aut quasi contractu: aut obligatione aliqua, de damno, aut iactura, illius, teneatur. Factus est igitur Pastor dominus & arietum, & aureorum illorum existentium in arietibus: qui omnes vere perierunt aut 50. aut 100. aut 200. & non perierunt, neque toti, neque pars Pecuario: sed vni Pastori: vt superiora experimenta apertissime demonstrant. At, in dominium Pastoris, transire non poterunt, nisi

per

per solum mutuum: vt, ei vni pereant: Quoniam, de illorum iactura, aut damno, ex lege, ex obligatione nulla, ex contractu nullo tenetur Pastor. Per mutuum igitur solum factum; vt mortui pereant vni Pastori: & Pastor vnus, sic factus sit dominus, tantum eorum, qui perierunt: tantum omnium mortuorum. Pecuarius vnus, contra, maneat dominus, tantum, omnium arietum viuorum, ac supestitum: & præterea, omnium, qui in illis reperiuntur, aureorum. Ex quo vno, IN mortuis, totum quod posuit Pastor, totum etiam, quod posuit Pecuarius, perit, mortuumq; iudicatur, & pronuntiatur, vni pastori. IN viuis contra, quod posuit Pecuarius in illis, & quod vnus pastor posuit, in illis ipsis numero ijsdem viuis, totum dicitur viuum, & saluum vni Pecuario. Nec id tantum: sed præterea, lucrum, quod in viuis, (illis ipsis tãtum spectatis, & quod positum fuit in illis a Pastore, & Pecuario,) communiter & fere semper est quasi necessarium, & certissimum, (quamuis spectatis fortibus positis in mortuis & viuis, in negotio reperiatur damnum,) illud inquam verum fructum, & lucrum, natum in ijsdem arietibus viuis, ex eorundem ipsorum melioramento, & existens in illis ipsis, quoniam est impossibile separari ab inuicē, illud

Obseru. Maximæ & auscultandum

totum lucrum, & quod pertinet ad pecuarium, & quod pertinet ad pastorem, vnus pecuarius, refert totum. Hæc aperte sunt, & latissime, & singillatim, & minutatim, in experimentis permultis iterum, atque iterum, vt veritatē vnā demonstremus, iam explicata. Hinc, in casibus, (qui cōmuniter possunt timeri,) etiā infaustissimis, solus pastor sentit totum damnum: vel centum aureorum: pecuarius nullam partem damni sentit: nedum, quando de 600. vere perierunt centum. Sed potius, in illis ijsdem numero casibus, in quibus verissime est damnum, in negotio, & damnum quinquaginta, & damnum nonaginta nouem aureorum; totum damnum, quantumcumque in negotio reperitur, sentit vnus pastor: in ijsdem vero numero, pecuarius lucratur. Pecuarius vnus repetit, fere totum, quod reperitur saluū & suum, & quod vere est pastoris; & ita lucratur. Hinc, eadem ex causa; in omnibus casibus, qui possunt sperari etiam faustissimi, solus pecuarius lucratur: solus pecuarius refert totum lucrum: pastor, nullam lucri partem potest referre: nedum quando, de sexcentis aureis, reperitur lucrum verissimum cētū aureorum. Sed potius, in illis ijsdem numero casibus, in quibus, verissime reperitur lucrum, in quibus, sexcenti aurei, lucrati vere sunt alios aut

quin-

quinquaginta, aut octuaginta, aut nonaginta nouem aureos, intra annum; pastor, lucri huius, nullam partem potest referre: immo, deperdit de suo ipsius capitale. Et vnus pecuarius, primum refert totum illud verum lucrum: nec id solum: sed præterea, quod multo grauius, & grauissimum est: de eodem ipso capitale vere saluo, aut de parte capitalis salua, vnius pastoris quicquam, & aliquando quadraginta nouem aureos desumit. Hinc pecuarius, iam iam lucratur: quamuis in negotio, solum reperiantur aurei 501. pastor vero, non potest quicquam, nedum nummum lucrari: quamuis in negotio reperiantur aur. 650. & quãuis septingenti aurei reperiantur: est necesse; vt plures reperiantur: quo pastor quicquam etiam possit lucrari. Hinc, si pastori, pro custodia vnius anni, quingentorũ arietũ, debentur centũ aurei; nõ potest pastor incipere quicquam lucrari: quin quingenti aurei pecuarij, qui tantum dicuntur capitale, prius lucrati sint intra annum, ducentos & plures aureos; quin prius pecuarius lucratus sit sibi ipsi, & vni, cẽtũ aureos: & singulis cẽtenarijs, lucratur sit viginti aureos, & præterea, centũ aureos: qui debentur Pastori. si Pastori, tãtum debentur 75. aurei, pro custodia arietum; & ipse 75. aureos expendit; non potest hos eosdem adhuc

PECV. lucratur quamuis reperiantur tantum. 501.

PAST. non lucratur; quamuis reperiantur aurei. 700.

huc recuperare; quin, tantum quingenti aurei pecuarij, qui sunt capitale, intra annum lucrati sint centum quinquaginta aureos: quin prius, pecuarius sibi ipsi vni, lucratus sit septuaginta quinque aureos: & singulis centenarijs quindecim: tum etiam, alios septuaginta quinque: qui debentur pastori, etiam non socio, pro custodia. Si tantum aut ducentorum, aut centum, & quinquaginta aureorum, fuerit lucrum, de quingentis pecuarij; qui tantum dicuntur capitale; pastor nec nummum potest lucrari. At, tantum quingenti aurei, intra annum, nec ducentos aureos, nedum centum & quinquaginta, nedum centum, nedum septuaginta quinque possunt, vel solti sunt communiter lucrari. Singula centenaria, intra annum, nullo modo, possunt lucrari quadraginta: nedum triginta: nedum viginti: aut raro: quindecim tantū, deducto omni damno, possunt lucrari communiter. Communiter igitur pastor, nunquam potest lucrari quicquam nedum nūmum: quamuis, illius capitale; vt contendunt, sint tantum septuaginta quinque aurei: quoniam, vt demonstrauimus, est necesse; vt pecuarius, prius, sibi vni lucratus sit, quingentis, septuaginta quinque, & singulis centenarijs, quindecim. Tandem ex his, perire aut 200. aut 100. aut 50.

aut

aut pauciores arietes, aut vnum tantum arietem, & horum, aut vnius tantum pretium, & totum, quod posuit pecuarius in mortuis, non perire vni pecuario: sed, si, vel pars tantũ perierit pastori; hoc vno desinit esse aut societas, aut socida: & primo, per se, simpliciter, & formaliter fit mutuum vsurarium: & nulla, vel acerrimorum ingeniorum magna vis, poterit contractum vindicare ab vsura: nisi, huius damni, fiat pastori compensatio, & cumulata, & quasi certissima. At, vt, in proxime superioribus est demonstratum apertissime; non solum est impossibilis aliqua compensatio: sed, & lucrum aliquod est impossibile; sed potius deperdere est fere necessarium: saltem frequentissime cõtingens. Cõpensatio vero, debet esse quasi certissima: vt, ea possit caueri quæ certissima, & apertissima ostentatur vsura: qualis demõstratur omnibus superioribus experimentis, in quib. omnibus, perierunt arietes: & pecuarius, semper reperit pretium eorundem ipsorum. Fecimus igitur cum experimentis, tum apodicticis argumentis, omnino necessarium: quod suscepimus demonstrandum: huius socidæ contractũ, vt res nunc ab omnibus geritur, esse vt definiunt, & pronuntiant D. Antoninus, Syluester, Sotus, locis, qui supra, esse inquam mutuum vsurarium

rarium. Quoniam, magna pars arietum, & 50. & 100. & 200. etiamsi nec expressi, nec numero determinati, saltem re vera, & vt opere completur, in omnibus partitionibus, qui primi percut, & toti, vel omnes, qui pereunt, in casibus communiter etiam infaustissimis, dum, de pastoris capitale, quicquam saluum reperitur; non perierunt pecuario: sed vni pastori pereunt: de cuius capitale saluo, desumit pecuarius, totum pretium eorum; qui in casibus vel infaustissimis perunt. Ex quo, pecuarius, ad casus etiam infaustissimos, qui communiter timeri possunt; habet secum suos totos quingentos aureos: atque ita, nedum in casibus, (eorum, qui communiter timentur) omnium infaustissimis, potest deperdere vel teruntium. Hinc Sixtus V. in constitutione edita, anno 1586. 12. Kal. Nou. damnat, & reprobat omnes contractus, in posterum ineundos: per quos, cauebitur personis, pecunias, animalia, aut res alias societatis nomine tradentibus, etsi fortuito casu pereat, semper salua sit, & integra a socio recipiente restituatur; & statuit, vt talis contractus post hac VSVRARIVS censeatur. Vtque iuretur hæc vsura vitetur, & fugiatur; est necessarium quod pecuarius posuerat, in arietibus mortuis, totum illud deducere, de quingentis aureis pecuarij:

uarij: secus repetere 50. aureos, aut 100. aut 200 in totidem arietibus vere mortuis, semel & necessario deperditos, esse eos saluos, & integros repetere a pastore recipiente, & efficere vt restituantur a pastore, pecuario ipsi: illi saltem, quorum restitutioni est satis capitale pastoris: quod saluum reperitur: saltem, quo ad eam partem, erit iam completa vsura: & hac conditione cõtrahere; est vitiosum, & vsurarium efficere totum contractum. Pastori, præterea, vt vitetur iniustitia, reddendum bi, eius capitale aut totum, aut pars: totum inquam, quod saluum reperitur, & seruata proportione: non aliter ac pecuario suum: maxime, quando pastor custodiuit arietes tres annos, & expendit, aut persoluit pastoribus conductis trecentos aureos, aut tantum ducentos, & viginti quinque: vt, contendunt alij: quoniam tunc, grauius multo est damnum: si illi, tantum reddatur medium lucri: quod de tantum quingentis potest exspectari. Quoniam, vt præmonuimus, in primo huius accusationis principio, obseruatione 3. Pastor, ad capitale pecuarij, quingentorum aureorum, quod nunquam augetur, adijcit singulis annis centum aureos. Vnde, capitale pastoris a minimo, & a summa partitate incipit: siue operam, siue expensas alias spe

demus; per singulos dies augetur; & sic maius extremo sexto mense, est quinquaginta aureorū tantum: tertio extremo anno, iam est trecentorum aureorum: & si ad quintum socia protrahatur: quinto anno extremo, iam quingentorū. Hinc, quamuis, si capitale pastoris non fieret maius, quamuis si semper fuisset quinquaginta aureorum; quantum fuit sexto mense extremo, tūc non iniquè factum esset cum illo; si tantum daretur illi medium lucrum: quod, quingenti aurei, primo extremo anno, reddere sunt soliti: tamen, si soluta societate, exacto tantum sexto mense, medium tantum lucri, quod intra tantum sex menses quingenti aurei possunt reddere, & attribuatur; vix ac nec vix quidem redditur ei dimidium quinquaginta aureorum: quos expendisset. Intra enim sex menses, tantum quingenti, communiter, medium quinquaginta possunt dare: eadem ex ratione: quoniam tertio anno extremo, capitale pastoris, factum est iam trecentorum, & quinto, quingentorū aur.; est omnino impossibile, posse pastorem recuperare totos trecentos, quos expendisse illi est necessum: etiamsi detur ei vni, rorum lucrum: quod, de tantum quingentis aureis, intra tantum tres annos, potest exspectari. Quingenti nam aurei, singulis annis, vix

ac nec vix, alios centum possunt parere, & lucrari, nedum in alijs mercimonijs; & multo difficilius in his, quæ circa animalia versantur: & maxime circa arietes primi anni: qui, quingentorũ, communiter, pereunt intra annum quinquaginta: vt prænotauimus in obseruationibus. Difficile quidem (iterum affirmo) est; deducto omni damno, intra annum, de tantum quingentis lucrum prouehire centum aureorum. Ideo, vel si hoc lucrũ, quingenti aurei, possunt parere, singulis annis communiter, & deducto omni damni totum detrimento, qui, singulis annis, necessario expendit cẽtum; non satisfactum erit illi: nec redderetur totum, quod ipse expendit. Tantum abest; vt concesso tantum medio lucro, vere possit fieri compensatio, nedum medij damni accepti: Maximo siquidem eo, qui posuit tantum quingentos, alter posuit aut alios quingentos, aut tantum trecentos. Nec nostrorum, hoc est infirmius argumentum. Quo vno, retegitur insciti a, decepto, quibus multi tenentur: fallacia, dolus, fraus, eorum qui aut credunt, aut contendunt, capitale bium, qui ponit tantum operam, & in locis in quibus pastor ponit non tantũ operam, sed omnes expensas facit ex proprijs; arbitrantur inquam, semper esse eiusdem, nũquam fieri maioris

quotidiè: aut ipsum se ipso maius. Maius in singulos dies fieri, & augeri asseueramus: & omnibus optamus esse persuasum. Tandem arbitramur, Episcoporum ex religionis officio, munus id esse, agere Archipimenes diligentissimos erga cum gregem Dominicum sibi commissum: tum Hypocum nes cooperatores suos. Qui oês fere, dati sunt in prædam, huic lupo crudelissimo: qui omnes fere incubant huic studio sordidissimo, dolo, fraudi, rapinæ, furto, iniustitiæ, iniquitati, vsuræ, deceptrici iustæ societatis specie, pelle, larua, pallio, quibus tectus hic lupus medias inter oues vestatur. & ciruentas rapit, occidit, deuorat impune. Hunc nos, summi Pastores singulari D. O. Maxi beneficio, Michaelis Archangeli, Principis gloriosissimi, animarum custodiæ summi Præfecti, qui nobis immeritis, venit fortissimus, in adiutorium, acerrima propugnatione, ac dimicatione, vobis tradere potuimus, detracta larua, exutum pallio, demonstratum lupũ rapacissimum, vestrarum ouium cruore, sanguineq. totum adspersum madidum, intinctum: defluunt quidem illi inter vngues, & per totum pectus, & nunc, cruoris, ouium vestrarum, riui largissimi, scaturientibus venis exsecti vel iecoris, vel capitis, profluentem sanguinem adhuc ebibit, & coram

cum

testi-

testibus, & vobis præsentibus. Cernere potestis, & oculis proprijs: hoc vnum pero velitis: hoc vnum datum mihi: hoc vno meam hanc accusationem absolui: detuli ad vos: lupũ esse effeci necessarijs, & apodicticis argumentis, & testibus occulatis & grauissimis: quorum dictis habenda fides. Vos appello, summi Pontifices, Magistratus summæ reipublicæ, vos si licet compello; vt decernatis vestris sententijs, animadversionem seuerissimam in illum: eum grauissimis pœnis plectendum censeatis: vt puniatur acerrime. Summa laus, & gloria dum vita spirabitis, & post mortem vos consequetur, (& nos, qui vos excitauimus) huius aliqua scintilla, si huius supplicio vestras oues, vestrosq; Hypimenes ab huius occisione in perpetuum liberaueritis.

S. D. Honor & Gloria, & Michaeli Principi Angelorum glorioſissimo quam possumus ei tribuere, pro tanta (quam ipse perfecit) victoria.

FINIS.

Præpositus Paradisi

Michaël Archangelus

Fortis in prælio

Facit victoriam.

Turris in prælio

ACROAMATICA;
SIVE
APODICTICA
ACCVSATIO.
IN SOCIDAM VVLGO,
Medium-lucrum.

PROOEMIVM.

ETSI, in contractu societatis, Doctores omnes, qui de eo scripserũt; fuerunt multi: disputationem vero de socida, quæ circa pecudes, & animalia versatur; quam breuissima omnes oratione perstrinxerunt. Visum arbitror fuit illis; ex his, quæ ipsi, de societatis contractu in ge-

nere dixissent; in inferioribus omnibus, & cuiusuis speciei societatibus, quid iustum, quidue iniustum sit; quemque et posse diiudicare. Sunt autem; vt, alijs in contractibus, qui illis studeant; in socida etiã hac Pecuarij tam versuti, tamque callidi: vt, eorum omnes, & technas, & artes vel aperire, vel cõsequi; sic difficile sit omnibus; vt, æquitatem, & iustitiam illius, in omnibus, quæ occurrunt inferioribus; illas demonstrare; nedum omnibus adhuc fuerit facile. Varij quidem, & multiplices fuerunt, & sunt modi: quibus Pecuarij, in suis pascẽdis pecoribus, & Pastoribus conducendis vti sunt, & his nostris temporibus vtuntur. Primum ipsi, per se ipsos, suos greges pascebant. Deinde, et alienos, in Pastores iam conduxere: qui, ipsis, suas locabant operas. Hos Pastores primum, Pecuarij, mercenarios domi habebant, & familiares: his annonam, & omnia victui necessaria præbebant: his, præterea, ex conuentione a principio facta, stipendium certum, & determinatam mercedem reddebant. Postea molestè iam hæc omnia ferentes: vt, omnem curam, solicitudinem omnem, omnesq. labores procul a se abijcerent; cõducendi Pastores, modos alios exquisierunt. Quæsierunt, & inuenerunt Pastores: qui, pascendorum pecorum, curam omnem, in se vnos susciperent, promitterentq. omnem industriam, ad custodiam

gregis

gregis necessariam, aliasq. operas, communi Pastorum vsu adhibendas collaturos. Omnibus his modis, Pecuarij, suorum pecorum, armentorumq. pro certo, & determinato stipendio & mercenarios, & stipendiarios cõductos habuere Pastores. Tandem, & socios ipsos Pastores voluerunt. Sed varias quoque, ac multiplices cum Pastoribus vel societates, vel socidas instituunt: technas tantum, & cauillos aucupantes: quibus, omnibus illorum bonis miseros, & incautos Pastores expolient. Nos vero nũc, omnibus alijs socidæ generibus a Pecuarijs, cum Pastoribus iniri solitis, consulto (ne nimium videamur morosi) prætermissis; de hac vna; quæ, vulgo est Medium-lucrum; an eo modo, quo exercetur a plerisque, tum etiam ab omnibus, & societas, & iusta sit; seu Acroamaticam, seu Apodicticam, & Analyticam instituemus, & spissam maxime disputationem.

Socida vulgo Medium-lucrum, circa quæ versatur.

SOcidam hanc exercent Pecuarij, cum Pastoribus, circa armenta, & animalia omnia maiora, & circa pecudes, & animalia minora: circa horum tamen iuniora: circa pullos nempe eorũ, circa equa-

rum, asinarum, vaccarum, circa caprarum, & ouium fœtus: circa agnos inquam, & arietes a matribus iã seperatos: ac tandẽ, circa omnia, & ea tantũ animalia: quæ a primo, anno quo seperantur a matribus ad vsque tertium, vel quartum, in se ipsis singulis, atque in propria sua ipsorum substantia possunt augeri, & crescere non numero: sed tantum corpore, viriumq. firmitate, & robore, & meliora effici: si curentur, custodiantur, & pascantur a vigilantissimo Pastore. Sed illa nulli prorsus sunt vsui: nullum alium sunt apta reddere fructum, præter si arietes fuerint lanam, & stercora, ac lutamina. Omnia quæ dixi animalia dantur a Pecuarijs, & in societatem, & Pastoribus, & pascenda. Nostri tamen homines socida hac vtũtur plurimum cum circa iuniores mulas, tum circa arietes. Huius, siue circa mulas, siue circa arietes versetur, idem esto iudicium. Et nos, eam tantum, quæ circa arietes versatur, persequemur. Cuius, apud nostros, in aliquo diuersas, duas tantum inuenio institutiones. Aliæ omnes, si quæ sunt, ad has duas quidem reducuntur: & cum breuitati in his nunc præsertim studeamus, nos has duas tantum aggrediemur.

Prima institutio.

PEcuarius, quingentos qui habet arietes, hos, quingentis aureis æstimatos, vel quingẽtos aureos in pecunia numerata, pro quingentis arietibus aut emptis, aut emendis dat in societatem Pastori. Hic, lege contractus, ex proprijs, expensas facit omnes arietibus pascendis necessarias, Medium tantum lucrum, vel in arietibus, vel in negotio exacto anno, vel die partitionis repertum, loco certæ mercedis relaturus. Si vero, spectatis quingentis aureis, lucrum nullum tunc reperiatur; etiam si hoc, ex eo factum sit, quod arietum, vel ducenti perierint, quamuis in trecentis viuis, qui æstimati fuerũt trecentis aureis; quingenti tantum aurei inueniantur, Pecuarius vnus repetit omnes illos quingentos aureos. Pastor socius omnem suam perdit industriam, & expensas etiam omnes. Tandem, si aut arietes, aut aurei, vel quingenti omnes, vel pars perierint: idest, si, in arietibus viuis, aut quadringenti & nonaginta, aut quadringenti & quinquaginta tantum, aut his pauciores reperti fuerint; omnes pereunt vni Pecuario. Pastor nunquam soluit Pecuario etiam si perierint vel decem, vel centum, vel ducentos, vel aliquam eorum partem.

De hac quæritur: An sit societas: an iniqua: an iusta: an iniqua tantum: an & vsuraria æque atque iniqua.

SVnt, qui negantes cætera omnia, dicant esse cũ societatem, tum veram, tum iustam. Affirmant
1 siquidem. [1] Cum, Omnes illos quingentos aureos, in trecẽtis arietibus viuis repertos partitionis die, esse tantum totum, & integrum capitale vnius Pe-
2 cuarij: quod reperitur saluum. [2] Hinc, nullum tũc
3 in negotio lucrum reperiri. [3] Tum in hac, societatis, & veræ, & æquæ, rationem absolutam seruari.
1 [1] Quod, vt Pastori tota industria, & omnes expensæ, æque quingenti vel arietes, vel aurei possunt
2 omnes Pecuario perire. [2] Quod, cum, Pastoris industria, & expensæ quingentis non possint aureis æstimari, Pastor tamẽ, a Pecuario totius lucri, quod, ex quingentorum aureorum capitali potest expectari, & socius constituitur, & particeps, seu potius totius Medij-lucri dominus. Authores, hi laudant omnes DD. maxime Caiet. *in sum. verb. soc. Sotum lib. 6 de iust. quæst. 6. art. 1. Nauar. in Manuali, cap. 17. nu. 251. Lessium lib. 2. cap. 25. de contract. societ. dubitat. 2. Molinam tomo 2. disputa. 416. concluſ. 2.*

Secunda

Secunda Institutio.

Qua iam superioris est non vulgaris reprehensio.

SVnt tamen Pecuarij Timorati, & consultissimi: qui, superiorem vt iniquam, & vsurariam exsecrantur, vel institutionem, vel ex præscripto eius societatem. Fatentur quippe, [1] Primum, ducentos & arietes, & aureos in illis ipsis existentes omnes perijsse vni domino, vni Pecuario. [2] Tum, capitale Quingentorum aureorum Pecuarij non mansisse, non reperiri, non esse saluum: sed illius capitalis, tres tantum partes, trecentos tantũ aureos, in trecentis tantum arietibus viuis, saluos; qui trecenti aurei fuerunt primum pretium: quo, ijdem illi ipsi trecenti arietes viui fuerũt primum, aut empti, aut æstimati; hos tantũ fatentur vere perseueraſſe, vere permansisse saluos vni eorum domino, vni Pecuario. Negant, omnes Quingentos aureos esse saluos: non secus atque omnes Quingentos arietes esse viuos: negant, integrum esse, integrum nunc reperiri Pecuarij totum Quingentorum aureorum capitale: etiam si, in trecentis arietibus viuis, quingẽti reperiantur aurei. [3] Hinc, ducentos aureos, præter primos trecentos, pretium primum eorundem,

1 2 3

in

in ijsdem trecentis tantum arietibus saluis, deinde post initam societatem, ex eorundem vt loquuntur melioramento, vigilijs diligentissimi pastoris consequuto denuo natos, auctos, & lucratos, Omnes iam esse lucrum commune, & æquis portionibus inter socios diuidendum: & huius totum Medium deberi Pastori: & hoc esse Medium-lucrum: quod socida hæc promittit: & a quo Medium-lucrū ipsa dicitur; hi quidem libenter fatentur. Vnde, horū ducentorum aureorum, qui, ipsis, omnes sunt lucrū commune, & totale, centum sibi retinent hi Pecuarij, reliquos omnes, etiam centum, reddunt socio pastori. Pecuarius, suicapitalis quingentorum, centum deperdit: quadringentos tantum recuperat. Et vnam his legibus stabilitam, & veram, & iustā, & ab omni vsura liberam agnoscunt societatem.

Hi, appellant authores suæ sententiæ etiam DD. omnes: ac fere, cum eosdem, tum ijsdem in locis. Eundem Caiet. *in sum. verb. soc. item verb. vsura, casu 6.* Eundem Sot. *ijsdem lib. 6. de iust. quæst. 6. art. 1. extremo.* Eundem Nauar. *in Manu. cap. 17. num. 251. 252. 253.* Eundem Less. *lib. 2. c. 26. de contract. soci. dubit. 3. num. 26.*

Elenchus

Obſeruationes, & principia, Ad vtranque improbandam inſtitutionem.

VTramque, ſocidæ huius, ſuperiorem inſtitutionem incommoda, & quam multa, & quam grauia neceſſario cõſequuntur: quæ, & omni aduerſantur æquitati, & omnẽ funditus euertunt ſocietatẽ. Hæc, vt quaſi oculis ipſis ſubijciam⁹; obſeruemus primum illa. [1] Cum, apud nos, ipſi pecuario, conductũ ſi habuerit paſtorem, in his quingentis arietibus cuſtodiendis, ſingulis annis, plurimum, ſingulo in ariete, duas drachmas, in omnibus, centum aureos eſſe expendendos. [2] Tum, ex his, pecuarium ipſum, ſine ſocio, vel extra ſocietatem, hoc vno in negotio, aureos ſexcentos habere occupatos: Quingentos, in arietibus ipſis quingentis: centum præterea, in ijſdem paſcendis. [3] Hinc, capitale totale pecuarij, hoc vno in negotio, ſingulis annis, vere, non quingentorum tantum, ſed ſexcentorum eſſe aureorum. Primo inquam anno ſexcentorum: ſecundo ſeptingentorum: Octingentorum tandem tertio: ſi tres annos, eoſdem quingen-

4 tos arietes custodierit. 4 Ex quo,& illud fit necessarium; pecuario ipsi,extra societatem,primo anno, illud tantum, quod præter sexcentos:secũdo,quod præter septingentos: tertio,quod præter Octingẽtos, & his omnibus primum exactis,& repetitis,reliquum reperitur, illud inquam tantum verum esse
5 lucrum. 5 Ex his deinde, idem, aut sexcentorum, aut septingentorum, aut Octingentorum aureorũ capitale,eodem in negotio, eodem in loco, eodem tempore, ad idem tempus semper esse necessariũ, semper manere: item,lucrum,illud idem tantũ esse, primo anno, quod præter sexcentos: secũdo, quod præter saptingentos: tertio,quod præter Octingẽtos,& his exactis, reliquum inuenitur; & sumere,& credere oportet, aut non inita, aut inita societate: & inita cum socio, aut non pastore, aut pastore.
6 6 Cum vtrouis vero inita; capitale quod diximus sexcentorum, aut septingentorum, aut Octingentorum,idem manẽs partiri.Pecuarius enim nunc,ad capitale, quingentos tantum aureos, quingentis in arietibus, & præterea nihil aliud vnquam apponit: etiam si ad triennium socida contrahatur. Reliquos omnes, primo anno centum, secundo ducentos, trecentos tertio, vt, illos adhibeat vnus socius,aut non pastor, aut pastor, ex proprijs tamen expensas omnes collaturus; accipiendum etiam, vt maxime

necessa-

necessarium. 7 His positis, hi ijdem, primo anno centum, secundo ducenti, trecenti tertio, erunt socij, aut pastoris, aut nõ pastoris capitale. 8 Socius, singulis annis, centum hos aureos, ex proprijs desumptos, omnes primum vsu consumit, in quingentis arietibus pascendis: siue pascat illos per se, siue per alios a se conductos pastores: ita, vt, ipse tãtum sit minister, & factor, expensas tamen omnes necessarias, conducto pastori, ex proprijs submini-straturus: siue, ipse locatus, hos centum aureos, singulis annis, pro sibi debita mercede saluos, certos, securos, & integros, vel mortuis extremo anno, aduersõ aliquo casu, quingentis omnibus arietibus; & tertio extremo anno, trecentos, omnes exigeret, & acciperet a pecuario. Ne igitur existimes, sociũ pastorem, operas tantum proprias personales pastoricias; quarum esse successiuum est, nec permanens, vt docet Caietanus: sed centum aureos in pecunia numerata, & rem permanentem apponere. 9 His adde, singulis annis, singulo in ariete, pretio etiam lanæ perpenso, aut plurimum, aut communiter, tantum quattuor: felicibus in euentis, & raro, quinque: felicissimis, & perquam raro, aut fere nũquam sex drachmæ possunt lucrari. Hoc autẽ ipsum sæpe, ac sæpius redditur multo difficilius: quoniam, ipsi pecuarij frequentissime emunt a pastore illos

arietes infimo semper pretio; & aliquando minori iusto: octo videlicet drachmis: deinde nulla interiecta mora: quos, ipsi non receperunt, eosdem reuendunt eidem pastori, decem iam drachmis, & in societatem traditos derelinquunt: vel aliunde emptos æstimant eos semper rigido, non raro pluris iusto, decem drachmis: quos ipsi, aut octo, aut nouem emerunt; & nullo intercedente temporis spatio: qua itē die, aut finita societate, aut pecuario ad id, suis technis, pastorem adigēte, & aliquando, denegata facultate, qua, illos possit, alijs pluris vendere; pecuarius idem ipse, eosdem a pastore repetit, & (vt vera proferam) reemit, vel iterum, & secundo emit ab eodem pastore semper infimo, & frequentius multo, inferiori iusto pretio: vt, vel tredecim, vel quattuordecim drachmis; quindecim æstimandos, & vendendos. Ex quo fit, vt cōmuniter, nec quattuor: sed plurimum, aut tres, aut duas tantum drachmas possit singulis annis, singulus
10 aries lucrari. [10] Accedit his; quingentorum arietū, qui sint vnius anni, singulis annis, perire quinquaginta; esse frequentissimum: septuaginta quinque frequenter, centum non raro perire: his plures, &
11 perire ducentos, per quā raro contingere. [11] Vnde, tota latitudo, ad quam, hoc in negotio, & lucrum potest se extendere, & damnum communiter po-

test

test pertingere continetur, circumscribitur, definiturq. duobus his extremis terminis: Aut, quod, viuis in arietibus, tantum quingenti: qui casus, eorum, qui communiter timeri possunt; est omnium infaustissimus: Aut, quod, viuis in arietibus, primo exacto anno, aurei reperiantur septingenti. Qui euentus, eorum, qui communiter sperari possunt; est Faustissimus. Sexcentis enim aureis, centum reperiuntur lucrati, & singulis centum, decem & septē aurei, tredecim solidi, & quattuor nummi. [12] Media, hæc inter duo extrema, quā multa potest quisque sibi effingere: vt, aut 550. aut 600. aut 630. aut 650. aut 675. aut 690. aurei reperiantur in arietibus viuis. Horum, duo inter media sunt frequentiora, & frequentissima: in singulis enim arietibus communiter saluis, quattuor lucrarentur drachmæ: quæ extremis sunt propinquiora, minus sunt frequentia. Quæ deficiunt a 600. aduersa; quæ ad 700. appropinquant Fausta iam iudicantur. Duos illos extremos terminos, aut prætergredi, aut præteriri, per quam raro contingit: & præteriri, aut multum, aut longius, & moraliter, & naturaliter, est iā fere impossibile. [13] Addēda superioribus, non in postremis habenda illa obseruatio, quam morosiores quidam videntur semper exigere. In hoc scilicet, socidæ huius contractu, nullum posse

12

13

alium,ant reperiri, aut effingi adhibitum vel explicitum,vel implicitum assecurationis contractū: nec vllum vnquam,vel exiguum, aut minimū, aliqua in re, reddi a pecuario pastori assecuranti,pretiū assecurationis totius capitalis,quingentorum aureorū, mortuis arietibus,aut ducentis,aut centū, aut quinquaginta,aut vno tantum. Quod quidem necessarium est his; qui separare volunt hāc socidam,amutuo vsurario. 13 Sed nostris in obseruationibus,nec illud negligendum; pastorem,eorum,qui perierunt iacturæ,culpam aut leuem,aut latam nullam sustinere. Superioribus porro adde,socidam hanc versari circa arietes. 14 Qui,a die,qua,a matribus separantur, a primo ex tunc anno,ad vsque quartum, in se ipsis, singulis annis, communiter meliores efficiuntur: singulus in se ipso,& crescit,& augetur corpore,&secundū suam substantiam:singulus ex se ipso, vellus saltē nouū, reddit singulis annis: ex his ipsis, singulus in se ipso,& ex se ipso,& fructificat, & lucratur,fructumq. parit,& lucrum,& maius meretur pretium:quod 9.obseruat.diximus. Deinceps vero, post quartum videlicet annū,iam non crescunt,non augentur, nec fiunt meliores: & minus quarto, quā tertio,& tertio minus etiam quam secundo: quarto enim,nouū vellus tantum reddunt: & ad occisionē iam ducuntur,& macellum. Hinc,socida hæc,circa

arietes

arietes,ad triennium tantum poteſt iniri. Apud noſtros tamen, nullum tẽpus certum,aut lege,aut cõſuetudine,huius ſocidæ inſtitutioni,eſt præfixũ, aut præfinitum. Sed,quando ſocijs placet;ipſi partitionem efficiunt, ſoluuntq. ſocietatem. Frequentius, annuã inſtituunt. Pecuarij vero,qui,potẽtia ſemper ſuperant paſtores,cõmodo ſuo inhiantes,& prædæ, tẽpus anteuertunt,autbreuiãt,aut protẽdunt:prout ſibi expedire videtur. Sæpiſſime, media lana vnius anni, duorum fere annorũ cuſtodiam arietum perſoluũt ſocio paſtori. 15 Hi arietes,omnes ſunt maſculi. Vnde,numerò nunquam plures;pauciores vero,&fere neceſſario,&maxime,qui ſunt vnius anni, ſingulis annis fiunt: & eo,qui ſupra diximus numero. 16 Qui dantur,a die initæ ſocietatis, ad vſque diem partitionis,ſinguli eorum ſemper perſeuerãt, & manent ijdem numero: etſi non in eodem quingentenario,nec quingenti omnes. 17 Dantur non ſimpliciter, ſed in ſocietatem. Æſtimantur certo pretio, vt nunc ſinguli aries decem drachmis, non tamen venduntur. Dati enim, aut venditi, aut ſecundum ipſorum pretium mutuati ; iam non poſſent ſine vſura,pecuario fructificare. Sed vt nũc res habet:atque,vt nunc ſocida hęc geritur:quingenti hi arietis vere quidem, & quingentis aureis, paſtori,a pecuario venduntur,aut potius,quingenti aurei

ti aurei mutuantur, & pecuarij venditionem intendunt, aut mutuum : quando, non quingentos arietes, sed quingentos aureos, se pastori dedisse in societatem contendunt: & lucrum æstimant ex ipsa numerata pecunia, &, ex ijsdem ipsis quingentis
19 aureis: vel si arietum, ducenti perierint. [19] Ijdem autem numero arietes, qui dantur, & singulus eorum, & omnes simul singuli superstites, cū maneant toto societatis tempore; manere debent semper eiusdem pecuarij: qui illos dat, tantum, & in societa-
20 tem, & Pastori, & pascendos. [20] Vnde, capitale pecuarij, nunc in hac socida, non est pecunia : non sunt quingenti aurei : sed quingenti in carne arietes, & hi pascendi. Sed, si penitius rem introspicimus; nec ipsi arietes vere dantur in societatem: sed dantur, commendantur potius pascendi tantū, & pascendi in societatem : ita, quod societas non instituitur circa quingentos aureos, nec circa ipsos quingentos arietes: sed circa vnam horum quingētorum arietum curam, & custodiam. Capitale præterea, illud dicitur in societatibus: quod, aut ex se, aut in manu Mercatoris est fœcundum: & quo mercator potest libere, & pro suo arbitrio iterū, atque iterum, circa diuersas numero merces, inconsulto domino pecuniæ, negotiari. Pecunia vero ipsa, hoc in genere mercimonij, hisq. insocidis, nec ex se, ne

in

in manu pastoris, vt pastor est, potest videri, aut esse lucratiua, & fœcunda; sed infœcunda manet semper, & sterilis: pascenda quippe nunquam ipsa. Aut, si pecunia ipsa est capitale, si quingenti aurei sunt capitale pecuarij; in ipsis arietibus sunt capitale. Quoniam, pecunia, semper toto societatis tempore, manet alligata arietibus ipsis, numero semper ijsdem: atque in ipsis singulis fit ipsa, & est cum fœcũda, tum lucratiua: sed potius non ipsa: immo, verius multo, ijdem ipsi singuli arietes, & non omnes quingenti: sed horum, illi tantum, qui salui, superstites reperiuntur, & viui; vt, nunc, in proposito casu, trecenti tantum arietes, empti non quingentis, sed trecentis tantum aureis, & pasti, conseruati, & facti meliores, pastoris sexaginta aureis. [21] Quod si socida hæc, depositа propria, aliarum societatum formam indueret, & rationem seruaret, transiretq. in societatem; si in hac, vt in illa, pastor, non tantum pastorem, sed Mercatorem potius ageret; si in hac, vt in illa, pecunia quingentorum aureorum, a pecuairo sibi tradita, vel quingentis in arietibus, vel numerata, ad quinquennium, ipse pastor, inconsulto pecuario, posset & emere, & vendere arietes alios, atque alios, & tanquam Mercator, ipsa pecunia, vel, circa arietes tantum, posset, vt libuerit & vagari, & negotiari; idem nostrũ esset de hac, atque 21

de illa iudicium. Fateremur iam, & hic, vel, datis in carne quingentis arietibus, datos potius fuisse quingentos aureos; datam fuisse in societatem, & pecuniam, & mercatori: & pecuniam ipsam per se iam esse & lucratiuam, & fœcundam in manu pastoris mercatoris. Fateremur iam; in ipsis, & ex ipsis aureis quingentis, posse cum spectari, expectariue, tum expendi, æstimari, & metiri ipsum & capitale, & damnum, & lucrum: vt, in alijs fit societatibus: Fateremur iam Quingentos aureos vere esse pecuarij capitale. Quingentos aureos, in vel trecentis tantum arietibus viuis, emptis, quinto anno extremo, repertos, Omnes vni pecuario esse saluos, & vni pecuario reddendos: Omnes expensas, vni pastori perijsse, cum Caietano, & alijs fateremur iam forsan. Neque enim hoc nobis aut omnino, aut semper tutum: sed potius sic dubium; vt oppositum sit nobis persuasum. Sed disquirendum aut sapientioribus, aut in tempus aliud magis opportunum, aut ex his incommodis, quæ, ipsa praxi edocti, infra notabimus; cuique iudicandum cum relinquamus, tum differamus. Nunc, reliqua nostri instituti persequamur.

Differentiam

Differentiam addit, & maximã inter ſocidam, & ſocietatem, quam nullus vnquam notauit.

VT, omnes nunc ſocida hac vtuntur; ipſam a ſocietate ſeparamus, & maxime his omnibus, quæ ſuperioribus ſubijcimus.

IN ſocietate, pecunia nec eſt, nec manet alligata aut perpetuo, aut ſocietatis toto tempore ijſdem numero mercibus: ſed inconſulto domino, ab ipſo mercatore, pro ſuo ipſius arbitrio, cum dimouetur, tũ extrahitur, & de his, & de illis, & merces variæ alijs, atque alijs ſuccedũt aliæ atq. aliæ: tũ merces ipſæ augentur, aggerantur, & creſcunt non tãtum valore, & pretio: ſed magno etiam numero: & pro emptionum, venditionumue, & temporum, & annorum cum varietate, tum multitudine, & locorum etiam, multiplicatis, & variatis euentis, & caſibus accepto in aduerſis, ſtatim in ſocietatis principio, aliquo, vel maximo damno, ex fauſtis, quos ſperare poteſt, quam multos; Mercator, lucrum poteſt expectare: quod, damnum acceptum, partibus quãplurimis, vberrimiſq. & longe ſuperet. 22

IN ſocida vero; non datur in ſocietatem pecunia: nunc non dantur in ſocietatem quingenti aurei: 23

vel si dentur numerati; non enim dantur; vt pastor, tanquam Mercator, possit illis, circa alios, atque alios arietes, libere, ipse, pro suo arbitrio, inconsulto pecuario & vagari, & negotiari: sed potius, id quod datur in societatem, sunt & arietes, & pastori, & pascendi. Vnde, quingentorum aureorum pecunia alligata datur, & alligata manet semper arietibus ipsis: quingenti aurei, arietibus quingentis: singulus aureus, arieti singulo. Singuli enim arietes superstites, ijdem numero manent semper a principio societatis, vsque in finem: nec possunt quingẽti aurei singuli, a singulis arietibus quingentis; nec singulus aureus, ab ariete singulo vnquam dimoueri: vt, pecunia ipsa per se, in manu pastoris mercatoris efficiatur & fœcunda, & lucratiua: vt ipsa, possit pastor, tanquam Mercator, negotiari iterum, atque iterũ, circa alios, atque alios arietes: vt ipsa, sic, & arietes, & aurei, intra quinquenniũ, queãt multiplicari, & Octingenti, & mille, & bis, & ter mille, & his multo plures, a pastore mercatore fieri: sed, vt, supra, obseru. 16. diximus; arietes nunquam plures, pauciores semper, moraliter, necessario fiũt: & aurei ipsi, in arietibus, tertio extremo anno, cõmuniter viuis, qui, possunt esse quadringenti, in euentu etiam felicissimo, aurei inquam ipsi, mille tãtum possunt fieri; vel si eueniat felicissime. Ex his omnibus

bus fit; vt mortuis aut ducentis, aut centum, aut quinquaginta tantum, iacta iam sit alea, & nulla sit spes reliqua. Quippe cum, in hac socida non plures, sed singularis, & vnicus possit aut sperari, aut timeri vel faustus, vel aduersus casus. Ex quo, semel accepto aliquo, vel non maximo damno, ex aduerso aliquo casu, pastor, nullum iam aliud, hac in socida, hocue in negotio, potest expectare arridentis fortunæ euẽtum, cuius, bono magno, possit saltem temperare, vel non magnum acceptum damnum.

SOCIETAS porro, quo, in plures annos protenditur; feratior fit, & maius, ac pinguius multo, Mercatori, cum promittit, tum reddit lucrum. 24

SOCIDA vero contra: quo enim lõgius hæc protrahitur; multo plus nocumenti infert pastori socio. Quod enim, singulis annis, fere necessum est perire arites; (quæ necessitas aut non est, aut non est tanta in alijs mercibus) & pluribus, plures: quod, socius, qui expensas facit; plura semper addit: quod, primo anno centum, secundo ducentos, tertio, expensos iam habet trecentos: quod, hi omnes reputantur lucrum commune: quod, Medium huius: totum inquã Medium Capitale socij pastoris, primo anno Quinquaginta; secũdo, Cen- 25

tum; tertio, Centum & quinquaginta aurei decidunt pastori, & cedunt pecuario: quo vno, pastor, ad saxa pecuaria, totius suæ rei familiaris magis, ac magis necessarium facit naufragium. Tantum abest; vt, quo longius socida haec differtur; ex ea pastor, vt, ex societate mercator, possit & promittere sibi, & sperare, tandem, reportare fructus vberiores.

26 IN societate præterea, quoniam, merces ipsæ & pretio, & numero augentur, & multiplicantur maxime, & variantur; &, quoniam, capitale, & lucrum possunt ab inuicem & diuidi, & separari: vt, possit dici; in his mercibus, iam est totum, quingẽtorũ aureorũ capitale: hæ vero aliæ, iã oẽs sunt, aut lucrũ, aut quingẽtis aureis ex lucro proueniẽtibus cõparatæ. Hinc, quando, earũ, quæ mille aureis æstimantur; pereunt, quæ æstimantur quingentis: potest esse; vt, tunc vere dicatur; nihil perijsse de quingentorum aureorum capitale: quod saluum manet in mercibus saluis: quæ, quingentis aureis æstimantur: sed tantum perijsse aut lucrum: aut merces illæ: quæ emptæ fuerant lucro illius capitalis quingentorum aureorum.

27 IN socida vero contra, quoniam, arietes ipsi, nec fiunt plures numero; nec variantur; nec lucrum, aut fructum extra se mittunt; (vt oues) nec lucrum sin-

ſinguli cuiuſque, poteſt ab illo ſingulo vnquam aut diuidi, aut ſeparari. Hinc, nullus in his relinquitur locus; vt deperditis arietibus ducentis, aut repertis, quingentis aureis, in trecentis arietibus ſaluis, poſſit ſalua veritate dici; eos tantum arietes perijſſe: qui aut erant lucrum: aut empti fuerunt lucro proueniente, ex quingentis aureis exiſtentibus & poſitis in arietibus trecentis nunc viuis: & ideo, nihil, de, quingentorum aureorum, capitale, perijſſe: ſed, ſaluum reperiri, in trecentis arietibus ſaluis: in quibus fuit poſitum a principio. Hoc enim falſum eſſet omnino: quoniã in vnoquoque, & ſingulo ariete, capitale, & ab eo proueniens lucrum, & ipſa ab inuicem, & ab ipſo ariete indiuidua ſunt, & omnino inſeparabilia. Singulus quidẽ aureus, ſingulo arieti inſeparabiliter inhæret, toto ſocidæ huius tempore: & ſingulus aureus, appoſitus primũ a pecuario, in ſingulo hoc ariete, in hoc eodẽ ſingulo, neceſſario aut perit, aut ſaluũ manet, aut fructificat; & fructus, & lucrũ ipſius, ſimul cum ipſo, in eodẽ hoc ſingulo ariete aut perit, aut ſaluũ manet: & ſic de omnibus ſingulis. Capitale igitur pecuarij, in ſocidis nõ eſt pecunia: ſed animalia ipſa in carne: quæ & paſtori cõmendantur, & paſcenda ex ſocietate: quæ, in paſtoris dominium, ipſa, ſecũdum ſuum primum, & æſtimationis pretium, nunquam

tran-

transeunt: aut, si pecunia ipsa rationem habet capitalis; erit capitale alligatum ipsis animalibus: & quot animalia, tot capita erunt,& tot capitalia. Vt, in hac nostra socida, Capitale pecuarij, non sunt quingenti aurei: sed quingenti in carne arietes, & hi tantum pascendi: Quingenti enim aurei, nullam nunc habent rationem capitalis. Illis namque, non potest pastor, inconsulto pecuario, libere circa alios,atque alios arietes, pro suo arbitrio negotiari, & vagari: nec, ex illis, metiendum est (si nolumus errare) ipsum met capitale, & damnum illius, & lucrum. Sed, quoniam, moraliter, impossibile est; in fine anni,arietes quingentos,& aureos etiam quingentos, positos in ipsis,omnes viuos,& saluos inueniri; capitale, & damnum, & lucrum, metienda sunt, ex pretio primo: quo, in principio societatis æstimati fuerunt, non omnes quingenti arietes,sed tantũ, qui reperiuntur & salui,& viui;aut omnes simul, aut eorum singuli. Mortuorum etenim aut arietũ, aut aureorũ, nulla iã habẽda ratio. Vnde,si trecenti tantum reperiuntur viui, capitale pecuarij sunt tantum trecenti & arietes, & aurei existentes in illis ipsis:in his trecentis siquidem,pecuarius, trecentos aureos,vere posuit.Si in his trecentis arietibus, quia deteriores facti sunt, & vilipendũtur,non reperiuntur trecenti aurei; sed 250.

damnum

damnum iam inuenitur, in eorundem trecentorum arietum, capitale, pecuarij: si in ijsdem trecentis arietibus viuis, trecenti tantum aurei reperiuntur; capitale tãtum, eorũdem trecentorum arietum, quod in illis ipsis, vnus pecuarius posuit; inuenitur: si, in ijsdem trecentis arietibus viuis, trecẽti & quinquaginta aurei reperiuntur; iam vere, his spectatis, reperitur lucrum: quinquaginta omnes sunt lucrum: potest tamen esse; vt spectatis expensis factis, in ijsdem illis pascendis, nullum sit lucrum. Si arietum, vnicus tantum superstes fuerit; capitale pecuarij, in illo ipso, fuit aureus: si, quod deterior factus, octo tum drachmæ in illo reperiuntur; damnum inuenitur in illa parte capitalis, in duabus illis drachmis: si, aureus tantum reperitur; capitale tantum inuenitur: si, in eodem, quindecim drachmæ reperiuntur; iam inuenitur lucrum: quinque drachmæ sunt lucrum: at, deducendæ expensæ, factæ in hoc eodem ipso ariete pascendo. Hæc, quidẽ omnia, ex præscripto videntur esse, eiusdẽ rationis: & sua luce lucent: nec vlla egent demonstratione. Si autẽ, pecuarij capitale, in hac socida, fuissent in pecunia, quingenti omnes aurei; nihil opus fuisset; quingentos arietes æstimare quingentis aureis; sed, illud tantum; certo statuere; pecuarium, pastori dedisse in societatem, quingentos aureos, nulla habita ratione arietum.

At, in socidis, non sic: sed, animalia, quæ dantur pascenda, semper æstimantur certo pretio: eo, quo, diximus consilio: vt scilicet, in singulis & reperiri, & certo possit sciri; an post initam societatem, sit aut damnum in capitale: aut capitale tantum: aut lucrum: & si lucrum inuenitur; quantum sit illud. Si, hæc, vt sentio, si vt desidero, sic mihi omnia explicasse contigisset; existimarem profecto; me optandum quiddam esse assequutum: maximam, inter socidam, & societatem (quam, nullus vnquam attigit, aut notauit) differentiam addidisse; sperarem: & viam mihi latissimam strauisse; ad feliciter nanciscendum optatum finem: ad improbandam scilicet, vtranque superiorem institutionem huius societatis. Sed, cum ipsum me agnoscam, literarum ornamentis, scientiarumq. præsidijs omnibus, ad id maxime necessarijs destitutum; despero prorsus, ac diffido non quidem causæ: sed meis viribus: &, quibus possum precibus, a sapientissimis quisque contendo; vt, si forte fortuna, probatū ipsis fuerit; velint & hoc meum iuuare studium: &, summa sua authoritate quamprimū succurrere notæ meæ infirmitati: & his addere: quæ, me fugiere, quæque videbunt in his desiderari. Hactenus de obseruationibus.

Elenchus

Elenchus vere apodicticus Primæ institutionis.

HIS iam omnibus positis, primæ institutionis primum, seueriſſimam, ac iuſtiſſimam aggrediamur reprehenſionem. Hanc abſoluemus feliciter (vt in Deo ſpero) ſi illius propria breui repetita præfati fuerimus.

Propria huius primæ inſtitutionis.

PRIMA inſtitutio, quæ, & omni aduerſantur æquitati, ac ſocietati, & incommodorum tum multorum, tũ grauiſſimorum ſunt radices; habet propria illa. Cum, ſocio paſtori, capitale nullum aſſignari, nullum concedi: in partitionibus, ante lucri diuiſionem, nullum dari, nullũ reddi. Ex quo, & illud; huius negotij totale capitale, nunc cum paſtore inita ſocietate, fieri quingẽtorum tantũ aureorum ſemper: vel ſi ad trienniũ inſtituta fuerit hæc ſocietas: quod, vt, tertia obſeruatione docuimus; primo anno ſexcentorum, ſecun-

do septingentorum, Octingentorum tertio, aut ipsi pecuario extra societatē; aut ambobus, hac vnita, cum socio non pastore, fuisset. Præterea & illud, quod ex superioribus promanat necessario. Quod, præter aureos Quingentos reperitur: illud totum, primo anno Centum; secundo Ducētos: tertio Trecentos, ab vno pastore ex proprijs, appositos, & qui vere sunt vnius pastoris; Omnes cum reputari, tum fieri verum, & commune lucrum proueniens ex aureis Quingentis tantum; & hoc etiam si præter Quingentos pecuarij, aliud nihil reperiatur, quam aut centum, aut ducenti, aut Trecenti ab vno pastore appositi. Tandem, habet & maxime propriū illud. Mortuis vel centum, vel ducentis, vel trecētis arietibus; aureos aut centum, aut ducentos, aut trecentos existentes in ijsdem ipsis, ipsi pecuario domino quasi non emori, nō perire: sed illi manere saluos, ac viuere: etsi, solū, quādo, in arietibus quotcumque saluis, & viuis, vel quadringentis, vel trecētis, vel ducētis, aurei reperiūtur tantū Quingēti, vel plures. Accedit etiā his; quādo, arietes tantū aut trecenti, aut ducenti vel tertio anno reperiūtur salui; atque in illis, Quingenti tantū inueniūtur aurei; Nullum tunc lucrum reperiri: Omnes quingentos aureos esse capitale tantum, pecuarij, saluum: & omnes vni pecuario reddendos, pecuario nihil de

Maxime propriū.

suo

ſuo capitale perijſſe: paſtori ſocio, qui arietes quingentos, tres annos forſan cuſtodiuit; quando tertio extremo perierunt, qui deſiderantur ducenti; Trecentos aureos expenſos, omnes euanuiſſe.

HÆC omnia, ipſa ſeſe produnt ſuo & poedore, & fœtore: ſpurca ſua nequitia ſenſum omnem auertunt: nares illa refugiunt: aures horrent: his quæ ſequuntur implicantur incommodis quam maximis, quam grauiſſimis: è quibus, nulla vnquam poterunt aut rationum vi, aut ingenij, vel maxima, expediri.

Incommoda notantur: quæ inſtitutionem primam conſequuntur.

PECVARIVS SOCIVS, appoſitis in ſocietate, aureis tantum Quingentis, in omnibus & frequentibus, & frequentioribus, & frequentiſſimis euentis, & caſibus, ſe ipſo NON SOCIO, qui appoſuiſſet ſexcentos, multo ſuperior euadit: multo plura ſemper lucratur in ſocietate, Quingentis tantum aureis; quam, extra ſocietatem, Sexcentis. 1 Accurata Antiteſis Conferãtur inter ſe ſocij; pecuarius & paſtor.

PASTOR SOCIVS CONTRA, Centum aureis appoſitis, & expenſis, ex proprijs, ijſdem numero

mero in casibus & frequẽtibus, & frequentioribus, & frequentissimis, nec non & faustis (in quibus pecuarius socius, lucro, superat seipsum non socium) semper existit multo inferior PASTORE LOCATO, qui nihil suum expendit, nihil suum appo suit: minorem multo quam locatus mercedẽ semper accipit, deterioris multo fit conditionis.

Hæc, quæ vel speculatio, vel contemplatio tantum, obscura & dubia multis relinquit, ipsa praxi, & experimentis quamplurimis illustremus.

Pecuárius. PECVARIVS siquidem NON SOCIVS, vel extra societatem, collatis & appositis aureis 600. Repertis deinde negotiatione finita, & exacto anno tantum ijsdem 600. Nihil; Repertis 630. tantũ 30. Repertis 700. 100. reperitur reportasse veri lucri. Illud etenim tantum, ipsi pecuario non socio, aut in societate, cum socio non pastore, verum est lucrum: quod, præter sexcentos totalis capitalis, & his repetitis, reliquum reperitur.

Pecuarius itẽ. PECVARIVS ITEM, SOCIVS cum non pastore, Rerpertis tantum 600. Nihil lucratur, quoniam capitale tantum totale, amborum sociorum, saluum reperitur: sociorum cuique suum: nullum vero lucrum. Repertis 630. tantum 25. lucratur suis quingentis. Totale quippe sextentorum aureorum capitale, 30. tantum lucratur; & singula centum

tum, 5. Repertis 700. non 100. sed 83. aureos, 6. solidos, & nummos 4. tantum, lucratur suis quingentis. Quoniam totale lucrum, totalis capitalis, sexcentorum aureorum, sunt tantum illi 100. aurei: qui, exactis omnibus 600. reliqui reperiuntur.

Pecuarius socius cũ pastore.

PECVARIVS VERO, SOCIVS cum pastore, & ex prmæ institutionis præscripto, appositis 500. tantum aureis, in ijsdem numero casibus, (sic enim accipiendum) Repertis die partitionis tantum ijsdẽ 600. iam 50. Repestis 630. iam 65. Repertis 700. eosdem 100. lucratur. Totum namque, quod præter 500. reperitur, & totum etiam ipsum, socij pastoris capitale, nunc est lucrum commune: & æquis portionibus diuiditur, inita hac æquissima cum socio pastore societate. Quod nec fieret, nec esset, contracta cum alio socio, non pastore.

Socius non pastor.

SOCIVS NON PASTOR, qui, centũ aureos expensos ex proprijs, appositi; & pastori a se conducto persoluit; quando sexcenti aurei reperiũtur; suos centum etiam repeteret, æque ac pecuarius suos quingentos, ante lucri diuisionem: præterea, lucri, partem suis centũ aureis respondentem: quãdo lucrum reperitur. Repertis itaque tantum 600. suos centum expensos omnes repetit, æque ac pecuarius omnes suos quingentos. Neuter quicquam lucratur: quoniam capitale totale tantum amborũ

sociorum,

sociorum, sexcenti tantum aurei, at, nullum in negotio lucrum inuenitur. Repertis 630. repetit suos centum: his præterea, 5. lucratur: vt 25. pecuarius, suis quingentis. Repertis 700. repetitis suis centũ, his, semel 17. aureos, 13. solidos, & nummos 4. lucratur: non aliter ac pecuarius, suis quingẽtis, quin quies eosdem: ideſt 85. aureos, 6. solidos, & 8. nũmos.

Pastor cõductus.

PASTOR CONDVCTVS, qui, nihil suũ apponit, ad sexcentorum aureorum capitale: qui, ipse, nullas expensas, ex preprijs facit: qui, nihil suum periculo exponit: pro sua mercede, vel mortuis omnibus quingentis arietibus extremo anno, centum aureos, omnes saluos, certos, securos, integrosque semper, singulis annis, & trecentos tertio, a pecuario exigit, ac recipit.

Pastor socius.

PASTOR VERO SOCIVS, qui, & suos, & ex proprijs desumptos, centum expendit, & addit aureos, non secus atque idem pecuarius; quando, ipse, per se, pascit suos quingentos arietes: non aliter, atque socius non pastor, ex proprijs expensas omnes facturus: atque hos omnes centũ, quasi certissimo exponit naufragio, fere NVNQVAM, recuperat omnes suos centũ aureos: mercedem fere SEMPER reportat multo minorem: quam conductus: & vtroque, cum, socio non pastore, tum pastore

ſtore conducto, fere ſemper exiſtit inferior. Repertis namque in arietibus viuis, aureis tantum 600. iam 50. Repertis 630. iam 35. deperdit, de ſuo ipſius 100. aureorum capitali: & de ſuis, quos appoſuit ipſe recuperat, vel recipit pro mercede, tãtum aut 50. aut 65. 100. relaturus, ſi ſeruiſſet conductus.

Repertis 700. tunc, ſuos tantum 100. aureos recuperat. Ex negotio autem, nullum reportat lucrũ: etiam in caſu, eorum, qui communiter expectari poſſunt, omnium Fauſtiſſimo: & in quo, pecuarius, quingentis tantum, centum; & ſingulis centum, viginti aureos lucratur. Et idem pecuarius, extra ſocietatem, ſexcentis, tantum eoſdem centum, & ſingulis centenarijs, 17. aureos, 13. ſolidos, & nummos 4. tantũ fuiſſet lucratus. Qui prouentus vberrimus etiam reputatur, in omni mercimonij genere: quando intra vnius anni ſpacium, ſingula centum, 17. aureos, 13. ſolidos, 4. nummos pariunt.

HÆC eadem ipſa oſtentant; pecuarium ſocium, & quingentis tantum, ſe ipſum non ſocium, & cõferentem ſexcentos, lucro ſuperaſſe; eo vno, quod, in priori caſu, quando reperiuntur tantum 600. omnes 50. in ſecundo, & quando reperiuntur tantum 630. omnes illos 35. deſumit de vno capitali ſocij paſtoris: qui eoſdem & 50. in primo, & 35. in

secundo, de suis centum deperdit. Vt ex superioribus patet. Præterea in secundo, quod, illius veri lucri totalis 30. tantum aureorum, prouenientis ex totali, & communi sexcentorum aureorum capitale, desumit totam sextam partem, capitali partiali, centum aureorum pastoris, vere respondentem seruata Geometrica proportione, 5. videlicet aureos. Et tandē, quod, omnibus sumptis simul, quadraginta aureos, sub æquissimæ societatis pallio, socio pastori (procul inuidia) vere furatur: quos, quia, socio nō pastori, nullo modo potuit furari: qui nūc, quingentis tantum vult 65. tunc ijsdem quingentis, 25. tantum vix potuit lucrari. In tertio vero casu, & quando 700. aurei, reperiuntur; totum integrum partiale lucrum, respondens vere, ac debitum centum aureis, & partiali capitali pastoris, ex præscripto fraudis, & doli, (si fas est vera profari) vere rapit. Lucrum enim totale, totalis, & communis sexcentorum aureorum capitalis, sunt tantum, & omnes illi 100. aurei: qui exactis, & repetitis sexcentis, reliqui reperiuntur. Totum autem illud, cum nunc, vnus extorqueat pecuarius; ipse vnus etiam desumit, totam illam partem lucri: quæ, in illo totali, centum aureorum lucro, respondet, & debetur capitali partiali, centum aureorū pastoris. Qui enim non socius, vel extra societatem, 600. adhibi-

tis

tis, 100. tantum potuit lucrari; socius iam, vel cum pastore, & appositis 500. tantū, non omnes eosdem 100. sed seruata proportione, 83. aureos, 6. solidos, 8. tantum nummos, vt lucretur, accipe apodictica, ac etiam Mathematica iam ratione cum demonstratum euidenter, tum factum omnino necessariū: singula enim centum 17. aureos, 13. solidos, & 4. nummos lucrantur. Accepit igitur nunc pecuarius, non suos; sed socio pastori est furatus, oēs illos, & 4. nūmos, 13. solidos, & 40. & 50. aureos, in propositis, & excussis casibus. Quos eosdē nūc, de suo ipsius capitali, deperdit socius pastor: qui, nō pastor, aut si pastor, tamen conductus, nullos perdidisset. Quos etiā omnes, vnus ipse pecuarius extra societatem perdidisset, de suo sexcentorū aureorū capitali. Adeo est impossibile; nunc 500. tantum, vel 100. vel 65. vel 50. potuisse, & vere, & sine dolo, ac fraude lucrari.

Hæc potuissent, & debuissent satis esse; vt nostra accusatio recte, & cumulatissime adhibita iudicaretur: sed cum semel, ac primum sola voce, & ore tantum, deinde quam breuissimis, post lōgioribus, tandem nec longissimis priuatis scriptis, quicquam effecerimus: tāta est, in re, altissimis, firmissimisq. infixa radicibus, euellēda, difficultas: tanti pōderis est patronorū huius etiam primæ institutionis authoritas, nullis tamē authorū veterum, & probatissimorū

testata scriptis, tantaq. tandem est & patronorum, & auctorum contentio, etiam quasi gladiatoria dimicatio, vt cogamur iã, vel diffusæ, & nimiæ disputationis a sapientissimis reprehensionem subituri, quæ iniquissimo parauimus labore, omnia profundere. Tu, qui iam nostris audiuisti, (siquis es) poteris his, quæ nullam sentientes necessitatem, sed nimiũ morosis deseruientes subijcimus; supersedere.

Incommoda cætera persequitur.

PECVARIVS SOCIVS fere NVNQVAM DEPERDIT QVICQVAM, de suo; Quingentorum aureorum capitale: nedum, in eorum, qui cõmuniter timeri possunt; omnium INFAVSTISSIMO casu: nedum, quando, in arietibus quotcumque aut trecentis, aut ducẽtis tantũ viuis, & exactis tribus annis, QVINGENTI tantũ reperiũntur aurei. Tunc enim adhuc, totum, & integrum suum recuperat quingentorum aureorum capitale. Qui vnus, extra societatem, primo anno, de suo sexcentorum, centum; & tertio, de suo Octingentorũ, TRECENTOS perdidisset: in quo etiã eodem numero casu, pastor socius, iam deperdit tum suum, primo anno 100. & tertio 300. aureorũ capitale.

PA-

PASTOR SOCIVS CONTRA, fere SEMPER DEPERDIT quicquã, de ſuo, CENTVM aureorum capitali: in caſu etiam, eorum, qui communiter ſperari poſſunt; omniũ FAVSTISSIMO: Etiam, quum, in arietibus ſaluis, & viuis, SEXCENTI, & nonaginta nouem aurei reperiuntu; de ſuo capitali, decem ſolidos iam deperdit: in quo eodem caſu, pecuarius ſuis quingentis, 99. aureos, & decem ſolidos lucratur.

PECVARIVS SOCIVS fere SEMPER quicquam LVCRATVR: in caſibus etiam, eorum, qui communiter timeri poſſunt; omnium INFAVSTISSIMIS: Etiam quum, in arietibus quotcũque viuis, non tantum Quingenti: ſed his aliquot plures reperiuntur aurei: etiam cũ Quingenti & vnus tantum reperiuntur; decem adhuc ſolidos lucratur: quo in caſu, Paſtor deperdit aureos 99. & ſolidos 10. & quum, quingenti & quinquaginta tantum inueniuntur iam lucratur 25. Quod lucrum, ex tantum Quingentis, nec eſt exiguum, nec paruipendendum omnino: Maxime, cum paſtor ſocius, in eodem numero caſu, aureos iam deperdat ſeptuaginta quinque.

PASTOR SOCIVS CONTRA, fere NVNQVAM, quicquam LVCRATVR: nedum, in caſibus,

sibus, eorum, qui communiter sperari possunt; omnium FAVSTISSIMIS: Nedum, quum, aut SEPTINGENTIS non multo pauciores; aut, tantum SEPTINGENTI reperiuntur. Repertis enim tantum septingentis, pastor, nec dum lucratur nummum. Hic autem proventus, 700. scilicet aureos reperiri, inter vberrimos est cõnumerandus: quando, ex eo, pecuarius, quingẽtis aureis, centũ; & singulis centum, viginti aureos lucratur.

4 PECVARIVS SOCIVS, totali, ac cõmuni sexcentorum aureorum capitali, ideſt suis quingentis, & centum pastoris, cẽtum aureos sibi vni lucratur: Vel potius centum aureis pastoris, 17. aureos, 13. solidos, & 4. nummos, prius sibi ipsi lucratur; quam, pastor socius incipiat quicquam lucrari.

PASTOR SOCIVS CONTRA, suo ipsius, centum aureorum capitali, suis inquam centum aureis, nõ potest incipere quicquã, nedum nummum sibi lucrari; quin prius, pecuarius suis, quingẽtis, cẽtum etiã pastoris, primũ, & primus, & vnus, cẽtum aureos, & vno pastoris capitali illos 17. aureos, 13. solidos, & quattuor nummos fuerit sibi lucratus. Est enim necesse; vt in arietibus saluis, septingenti reperiantur aurei; quo, pastor possit totum suum recuperare capitale: quo vno, pecuarius, omnibus sexcẽtis,

tis, centũ, & singulis suis cẽtum, & centum pastoris 17. aureos, 13. solidos, & 4. nummos sibi ipsi, pastor vero suis proprijs centũ, nec dum nũmum lucratur.

PECVARIVS SOCIVS, VNVS ipse reportat, & desumit TOTVM LVCRVM vere proueniens, ex totali & cõmuni sexcentorum aureorũ capitali, & totã etiam partem, eiusdẽ lucri, vere respõdentẽ, & debitã, capitali partiali pastoris: quod fuit cẽtum aureorum: atque id, in omnibus casibus; in quibus, plures sexcentis, & septingenti tantum aut pauciores reperiuntur. Tunc enim solum, vere est aliquod *lucrum*; quãdo, aliquot, præter sexcẽtos, inueniuntur. Et tunc, pastor nihil lucratur: sed tantum, aut totum suum capitale, aut illius recuperat aliquã partẽ: quando, aut septingẽti tantum, aut nec septingẽti, sed pauciores, & sexcentis plures reperiuntur.

PECVARIVS SOCIVS præterea, q̃ accipit, quãdo sexcenti tantum, aut his pauciores, & plures quingẽtis reperiuntur; totum illud desumit, & accipit, de vno, pastoris capitali. Nullum etenim ibi est lucrum; vbi, nihil præter sexcẽtos, reperitur. Vnde, si Repertis 600. tantum, pecuarius, præter suos (vt dicunt) quingentos, reliquorum centum, accipit dimidium; accipit quinquaginta; omnes illos quinquaginta desumit, de vno pastoris capitali.

PE-

PECVARIVS SOCIVS PORRO, ipse vnus reportat totale lucrum, totalis & communis capitalis sexcentorum aureorum: quorum, centum sunt vnius pastoris: idq;, in eorum, qui communiter expectari possunt, FAVSTISSIMO casu, & in omnibus casibus, in quibus, communiter lucrum inuenitur, & quandocunq;, aut septingenti tantum aurei; aut, his pauciores reperiũtur. Tunc enim, ipse vnus pecuarius desumit totum illud, quod præter sexcentos reperitur. At, quod, præter sexcentos (qui sunt totale capitale, & commune amborum sociorum) reperitur; illud & solum, & totum est cum verum, tum commune, & totale lucrum, illorum sexcentorum aureorum. Hinc, quando, repertis septingentis tantum, pecuarius, primum, repetit integrum totum suum capitale, omnes suos quingentos aureos; vel mortuis quinquaginta arietibus, qui communiter, & plurimum pereunt, intra vnius anni spacium: &, Omnes ducenti aurei reliqui reputantur lucrum commune, æquis portionibus diuidendũ: & horum ducentorum aureorum, vnum medium, centum omnes, sibi vni retinet pecuarius; & alterũ medium, reliquos centum tantum, reddit socio pastori; ipse vnus pecuarius refert totum lucrum omnium sexcentorum aureorum: pastori socio reddit solum, totum, illius, capitale; reddit illi, illos tantum

Maxime obseruãda.

Vere apodicticum ex Mathematica demonstratio.

tum

tum eosdem centum aureos: quos omnes, idem ipse pastor vere expendit, & vere appositit: nullam vero partem lucri, dat illi. Sed, totum integrum lucrum, sexcētorum aureorum, sibi vni retinet ipse pecuarius: qui, sibi vni retinet omnes illos centum aureos, exactis omnibus sexcentis, (qui omnes, fuerunt totale, amborum sociorum, capitale) tantum reliquos. Hi siquidem centum aurei, hi inquam tātum, & hi omnes sunt nunc, in hoc casu, & verum, & totale, & commune lucrum, illius totalis, & communis capitalis, sexcentorum aureorum. Et, horum centum aureorum: qui omnes sunt lucrum, spectata Geometrica proportione, 17. aurei, 13. solidi, & quattuor nummi respondent, & debentur singulis centum, capitalis, sexcentorum aureorū: Et de his, hoc in euentu, pastori debentur primum, totum illius capitale, omnes centum aurei: quos omnes, vnus ille appositit: præterea, omnes illi etiam 17. aurei, 13. solidi, & 4. nummi: qui vere respondent, & iustitia exigente, vere debentur, centum aureis, vnius pastoris. Quis nunc est; qui, hoc totū non agnoscat, non sentiat vere acroamaticum, vere apodicticum? quis, tantis ignorantiæ tenebris excecatur; qui in luce tanta non videat? quis, vel quingentorum annorum abusu, callos cōtraxit tam duros: qui, apodicticarum harum rationum, non

Dignissima omnium Auscultatione.

sentiat aculeos, mucrones etiam repellat? quis, feras, quis vectes sic ferreos quæsiuit adhibuitq. occludendis suis auribus: qui, nostrum, validissima voce exclamans, ab illis possit prohibere, possit arcere, possit illis inauditum reddere totum hoc apodicticum acroama? sed, ad nostri instituti memoriam redeamus.

PASTOR SOCIVS CONTRA, nullam partem totalis lucri, totalis capitalis sexcentorum aureorum, nullam partem partialis lucri, sui proprij partialis capitalis, centum aureorum, potest accipere, etiam in casibus faustissimis: nec dum in casu, eorum, qui, communiter expectari possunt; omnium Faustissimo; vel quum, in arietibus 450. communiter, extremo primo anno, viuis, tunc, 700. aurei inueniuntur. Tunc enim, vt, ex proxime superioribus constat; tantum, suum totum capitale recuperat. Tunc siquidem solum, quando, non septingenti tantum, sed septingentis plures inueniuntur; incipit iam aliquando, tardissime, per quam raro, quando iam vnus pecuarius, vt supra notauimus; ijsdem centum aureis pastoris, 17. aureos, 13. solidos, quattuor nummos, primum, & primus sibi ipsi est lucratus; tunc inquam solum, socius pastor incipit quicquam, minimum quippiam, & per paucum

lucrari:

lucrari: exiguam lucri, suo capitali respondentis,& debiti, particulam referre.

PECVARIVS SOCIVS, quicquam SEMPER lucratur in omnibus casibus, in quibus,non tantum Quingenti aurei, sed aliquot, vel perpauci plures inueniuntur. 6

PASTOR SOCIVS CONTRA, quicquam SEMPER DEPERDIT, de suo ipsius capitali,IN OMNIBVS casibus: in quibus NEC SEPTINGENTI inueniuntur aurei:in omnibus casibus cõtentis intra, 11. obseru. notatam latitudinem: in omnibus,in quibus, prouentus vel parum,deficit ab ijsdem septingentis: in quibus omnibus numero ijsdem, pecuarius socius semper quicquam lucratur.

Vt nostram apodixim, cumulatius absoluamus, & absolutissimam adhibuisse, aliquando videamur; experimentis quamplurimis,& permulta praxi, hanc antithesim, & contentionem, & quæ in his diximus, etsi nulli possunt esse obscura, clarissima tamen efficiamus. Explicata quidem, & obiecta oculis, adhibitaque, & apposita auribus atq. audita: mouebunt maxime. 5

IN OMNIBVS casibus, in quibus, in arietibus quadringentis &quinquaginta, primo extremo anno communiter, & plurimum viuis, simul in omnibus, ducenti & quinquaginta aurei; & in singulo ariete, præter primum, & æstimationis eorūdem, pretium, & lucrati, (liceat nobis, perspicuitati deseruientibus, in hac acceptione, vti hoc participio) vndecim solidi, & quattuor nummi non reperiuntur; (quod est frequentissimum.) VNVS SOCIVS PASTOR, iam statim in limine, in principio, incipit DEPERDERE, de suo centum aureorum capitali: iam incipit; CONDVCTO pastore, inferior fieri. Et, quo, a 700. prouētus, pluribus deficit partibus; & ab illis, longius in damnum, aut in malum recedit; &, quo, ad 500. descendit proprius; eo, plures, & maiores, vnus pastor, sui capitalis, centum aureorum, deperdit partes.

IN OMNIBVS tamen casibus, intra latitudinem obseruatam, se continentibus, VNVS PECVARIVS SEMPER LVCRATVR: dum iactura ad 500. non pertingat: & dum pastoris capitale non fuerit omnino exhaustum.

NECESSVM quippe est; ex huius institutionis præscripto; vnum pastoris capitale, Trecentorum etiam aureorum, si, ad tertium, hæc socida, protrahatur annum, prius totum exhauriri; omnino totum absumi:

absumi: quã, de pecuarij, Quingentorum aureorum magno capitale, depereat, cadat vel nummus. Maxime auscultãda.

REPERTIS namq; , in arietibus cõmuniter viuis, aureis tantum 699. (qui casus in Faustissimis est connumerandus) sociuspastor, iam deperdit 10. solidos: pecuarius, quingẽtis suis, 99. aureos, & 10. solidos lucratur: Repertis 690. (qui casus etiam est Faustissimus) pastor deperdit 5. aureos: pecuarius, tantum quingentis, 95. lucratur, 19. aureos, singulis centum. Past. deperdit 10. sol. Pecuarius lucratur 99. aur. & 10. sol.

Repertis tantum 650. (qui casus est frequens) pastor deperdit 25. Pecuarius 75. lucratur: singulis centum lucratur 15. Pecuario, igitur hic euentus felix est, & faustus: ex his quæ Nauar. *in Manu. cap. 17. num. . & alij cum eo sentiunt.* quibus, lucrũ cẽtum aureorum, singulis annis maximũ, sunt aurei quindecim. Pas. dep. 25. Pec. luc. 75.

Repertis tantum 630. (qui euentus, ex 12. obser. est omnium frequentissimus) pastor deperdit 35. Pecuarius 65. lucratur. Singulis centum, tredecim lucratur aureos: quod lucrum superat illud, quod ex centum, communiter solet expectari, saltem viginti solidis. Pas. dep. 35. Pec. luc. 65.

Repertis tantum 600. (qui euentus est in malum frequens) pastor deperdit 50. Pecuarius, hos eosdem, etiam 50. lucratur: furatur potius eos omnes, Pas. dep. 50. Pec. luc. 50.

de vno, centum aureorum pastoris, capitali: singulis centum, 10. adhuc lucratur. Totum enim, quod nunc, præter 500. pecuarij, reperitur; omnes inquam centum aurei, sunt vnius pastoris, capitale tantum: quod totum, vni pastori debet manere saluum: æque ac suum, quingentorum aureorum, vni pecuario.

Pas. dep. 75. Pec. luc. 25. Repertis tantum 550. (qui casus, versus malum, est aduersus, aut infaustus) pastor deperdit 75. pecuarius 25. aureos, singulis centum, centum solidos; adhuc lucratur: eos potius desumit, de vno socij pastoris capitalis.

Pas. dep. 99. aur. 10. soli. Pec. luc. 10. soli. Repertis tandem 501. aureis, qui casus, eorum qui communiter timeri possunt, est omnium infaustissimus) pastor deperdit 99. & 10. solidos: iam fere, totum suum capitale. Pecuarius, adhuc 10. solidos lucratur: quos etiam desumit, de eodem socij pastoris, capitali: Quod, nondum, est omnino exhaustum: cum illius, hi viginti solidi, qui, nunc diuiduntur, salui adhuc reperiantur. Sed, iam his acceptis, omnino est iam absumptum. Si omnes, & tantum Quingenti aurei reperiuntur; nihil lucratur pecuarius: quoniam, de capitali pastoris, nihil reliquum inuenitur: de quo, possit ipse pecuarius accipere: at, nec quicquam adhuc deperdit. Non potest pecuarius, incipere quic-

quam

quam deperdere: Quin iactura, ad aureos quingentos pertingat: vt, si, 499. tantum aurei in arietibus reperiantur; tunc viginti tantum solidos deperdit, pecuarius vnus: quoniam, pastor, iam non habet; quod possit deperdere. Hoc autem est eorum; quæ, perquam raro solent contingere.

OMNES easdem illas partes, quas deperdit vnus pastor, in omnibus casibus, in quibus aut tantum sexcenti, aut sexcentis pauciores, aut tantum quingenti reperiuntur: perdidisset eas, vnus pecuarius, de suo sexcentorum aureorum capitali, extra societatem. Tantum abest, ab omni non modo æquitate, sed etiam veritate; vt, nunc, aureis tantum Quingentis, immo vero, quadringentis, & quinquaginta arietibus viuis, aut 450. aureis, inhærentibus illis ipsis: (nam eorum, qui perierunt, nulla habenda est ratio, non enim illi iam apti sunt lucrari) omnes illos, & decem solidos, & 25. & 50. & 65. & 75. & 95. & 99. aureos, & decem solidos, sine dolo, sine fraude, possit lucrari. Tantum abest; vt, in ijsdem numero casibus, in faustis, ac etiam in Faustissimis, socius pastor, &, (vt volunt fingere) assecurans, & accipiens pretium assecurationis, in lucro incerto, quod speratur de aureis Quingētis, de suo,

centum

centum aureorum capitali, deperdat & 25. & 35. & 50. & socius pecuarius, soluens pretium assecurationis, eodem in lucro, in ijsdem numero casibus, lucretur sine furto, quingentis tantum aureis, ipsos eosdem & 25. & 35. & 50. quos omnes, vnus socius pastor deperdit, de suo exiguo, centum aureorum capitali.

Quin potius, in nullis societatibus, in quibus, qui dat pecuniam, volens, illam securam sibi fieri ab accipiente, soluens assecurationis pretium, in lucro, quod speratur; in nullis inquam huiusmodi societatibus potest, spectatis capitalibus, & seruata proportione, qui dat, tantū lucri referre: quantū, socius accipiens: qui assecurat sortē, & capitale illud. Hinc, si pecuarius apponit 500. & a socio pastore, vult sibi fieri securos, & pretium assecurationis, soluere in lucro incerto, quod speratur; si capitale cōmune, sexcentorum aureorum, quorum, cētum sunt pastoris, parit, & lucratur sexaginta aureos; etiam si seruata proportione, singulis centum, respondeant decem aurei; pecuarius tamen, soluturus pastori, pretium assecurationis, in hoc lucro; nō potest accipere, pro suis singulis centum, decem aureos, nec pro quingentis, omnes quinquaginta: quos retuliſſet; non adhibito assecurationis contractu: sed, pro singulis centum, aut octo tantum, aut septem,

& pro

& pro quingentis, quadraginta tantum: aut, quod, arbitrio prudentis viri debetur; pro huiusmodi assecuratione: pastori debentur, non tantum decem aurei: qui, non assecuranti, iam illi debentur, spectata proportione: sed quicquam amplius: sed, totũ illud, quod, iudicio prudentis viri, est iustum pretium, dictæ assecutationis, detrahendum est de lucro; quod, seruata proportione, debetur pecuarij sorti: & addendum est pastoris lucro. Tandem, si, die partitionis, nullum, in negotio, lucrum reperitur; debet pecuarius, re vera, soluere debitum pretium assecurationis, ipsi pastori. Secus, contractus fit, & vitiosus, & omnino, ac aperte vsurarius; ex sententia omnium Doctorum: quod, nobis propositum est demonstrare, ac etiã si, in superiori experimento, manet iam plane exploratum, & satis, infra tamen fusius explicabimus, ac demonstrabimus. Nunc autem reliqua incõmoda persequamur. Salon. tomo. 2. de iusti. de cõtr. soci.

PECVARIVS SOCIVS, semper, lucro superat multum, socium pastorem, semper inquam, spectata proportione, lucri prouenientis, ex capitali sexcentorum aureorum, refert pecuarius plures partes: quam pastor: in omnibus casibus; in quibus, reperiuntur aurei plures septingentis & quinquaginta.

PASTOR SOCIVS CONTRA, in ijsdem numero casibus, nunquam lucratur, quantum pecuarius. Repertis siquidem 710. aureis, pecuarius, singulis centum, 21. lucratur: pastor, suis semel etiã centum, 5. tantum. Repertis 720. pecuarius 22. Pastor 10. tantum: Repertis 740. pecuarius 24. Pastor 20. tantum lucratur.

8 PECVARIVS, ET PASTOR SOCII, luero, nunquam, nedum spectata proportione, fiũt æquales: nunquam videlicet pastor, suis centum, tantum potest lucrari: quantum, singulis suis centum, lucratur pecuarius. Tunc enim solum, fiunt æquales: quando extremo primo anno, in arietibus 450. cõmuniter viuis, aut, in quotcumque saluis, 750. reperiuntur aurei. Quoniam, hoc in euentu, vterque, singulis suis centum, viginti quinque aureos lucratur. Prouentus vero tantus, per rarus, maxime in socidis. Est enim necesse; vt in 450. arietibus viuis, præter 450. aureos, pretium primum, & æstimationis eorundem, reperiantur prouenientes ex lucro, & denuo parti, 300. aurei, & singulo in ariete duodecim solidi, & octo nummi: aut, vt, in quotcumque saluis septingenti, & quinquaginta, vt dixi, reperiantur aurei: & vt singula centum, intra vnius anni spacium, viginti quinque aureos lucrentur. Tantus vero prouentus nec pastoribus, nec pecuarijs,

arijs, nedum Mercatoribus alijs,& alio,in mercimonij genere, vnquam expectandus. Vsura enim esset ducentissima: quam nec Romani,(qui,vix centessimā) ferre potuerūt. Lucrū præterea summū, quod, ex centum aureis,solet expectari;vt Nauar.*in Man.* 17.*in cap. numer.* . docet; sunt 15. aurei: &,si hoc, in societatibus,non esset omnino difficile ; singula centum, singulis annis viginti quinque lucrari : in socidis vero , in quibus , pecunia semper manet alligata,ijsdē numero mercibus,vt nunc ijsdē numero arietibus, qui viui tantū, possunt fructificare, & lucrari: non autē ipsa pecunia : vt obseruauimus supra num.23. & obseru. 22. est quidem moraliter omnino,naturaliter,fere impossibile.Quod si,possit aliquando feliciter adeo euenire ; ex hac sola spe, æqualitas in societate nec est iudicanda,nec metiēda, nec spectanda . Dicetur enim societas iusta, illa solū,in qua socij fiunt æquales proportioneseruata, si non semper,saltem in casibus frequētioribus,frequentissimis,&frequentibus:non quod,in fere nūquam,nedum,in raro contingentibus.

PECVARIVS SOCIVS,nullo vnquā fere, vel 9
minimo(vt cōmuniter solet euenire)se exponit periculo,perdēdi quicquam,sui capitalis. Quippe cū, nunquam fere: aut per quam raro , ad quingentos,

aut pertingat, aut possit pertingere nauffragium. Nam etiam si, ducenti pereant arietes; non potest, de quingentis aureis perdere quicquam. Quoniã, primũ, ipse vnus pecuarius exigit totũ fructum, & lucrũ omniũ superstitũ, quo ad, cumulate recuperet totum pretium, eorum, qui perierunt: quo ad, si centum arietes perierunt, recuperet omnes illos centum aureos: qui, in centum arietibus perierunt: si perierunt centum & quinquaginta; recipiat, omnes centum & quinquaginta aureos, in ijsdem illis arietibus 150. mortuis deperditos: & tertio exacto anno, ducentis & quinquaginta mortuis, ex lucro, ducentorum & quinquaginta arietum superstitum, repetat primum quasi saluos, & viuos, omnes illos ducentos & quinquaginta aureos: qui, in illis ijsdem ducentis & quinquaginta arietibus mortuis, perierunt; vt complere primum possit, omnes suos quingentos: (quod, omni remoto contractu assecurationis, & nullo illius soluto pretio, quam parum distet a mutuo vsurario; quis non videt?) Illud tamen est frequentissimum, quadringẽtos, trecentos etiam & quadraginta arietes viuos, cum centum, tum centum & quadraginta aureos, intra vnius anni spacium, & ducentos & quinquaginta arietes viuos tertio anno, ducẽtos etiã & quadraginta aureos parere, & lucrari: hoc inquam est fre-

frequentissimum, immo, moraliter fere impossibile; non ita euenire: nec aliter, moraliter est fere impossibile; pecuarium, non semper recuperare, totū suum quingentorum aureorum, capitale: & non illud, quasi certo, positum habere in tuto: quod vsūram semper & redolet, & sapit: quoniam sæpe totum, quod accipit; est capitale vnius pastoris, vni pastori, id, exigente iustitia, saluum. Vt, quando in arietibus quadringentis & viginti viuis, quingenti tantum reperiuntur aurei; si pecuarius omnes quingentos exigit, nihil aliud fere desumit, quam octuaginta & quatuor aureos; quos omnes, vnus pastor expendit vere, in pascendis ijsdem illis, quadringentis & viginti arietibus viuis. Sed, nec nostrum institutum obliuiscamur.

PASTOR SOCIVS CONTRA, magnū semper, & fere NECESSARIVM subit periculum, dejectus prorsus omni spe alicuius, vel exigui lucri. Deperdere enim potest; vt, ex superioribus constai; suum capitale: aliquando, totum: vt, quum, in arietibus, quingenti tantum reperiuntur aurei: illius, & maximam, & magnam partem, & Medium illius, & Quinquaginta aureos; non raro: vt, quandocunque, viuis in arietibus quotcumque, sexcenti tantum reperiuntur aurei: Communiter, plurimum, & frequenter, deperdit triginta quinque:

vt, quum, sexcenti, & triginta inueniuntur aurei: & singuli arietes communiter salui, & viui, quatuor lucrantur drachmas: vt in 9. obser. apparet: Frequentius viginti quinque; in euentis etiam, quæ connumerantur cum Faustis: vt, quũ, quadringenti, & quinquaginta arietes communiter viui, 200. aureos lucrantur; & singuli 8. solidos, & 9. nummos; aut in quotcumque saluis, 650. aurei dinumerantur; quo in casu, pecuarius, Quingentis aureis, 75. & singulis centum, 15. lucratur: quod lucrum, est summũ: quod, communiter expectari solet; ex singulis centum, singulis annis. DEPERDERE tandem & frequentissime, & fere semper, & moraliter fere NECESSARIO, primo anno, saltem decem aureos. Dixi Necessario. Quoniam, quingentorum arietũ, primi anni, vt obser. 10. notauimus, decem perire, intra vnius anni spacium; est fere neceffariũ saltem moraliter: tum etiam, perire viginti: Tum etiam, quoniam, communiter, singulus aureus, quattuor tantum drachmas solitus est lucrari.

QVO, PASTOR SOCIVS, SVVM POSSIT totum recuperare capitale; est NECESSE;

Septingentos aureos in arietibus reperiri.

Præterea:

Præterea.

ETIAM SI, singuli omnes arietes, quattuor lucrentur drachmas: (quod ex 9. obser. est summũ, ip aut plurimum, aut communiter solet euenire) est etiam NECESSE; vt nec aries pereat, vel VNVS: At, quingentorũ arietũ, intra annũ, perire VNVM, & DECEM, & VIGINTI, vel naturaliter, & TRIGINTA perire, moraliter est etiam NECESSE: & plurimum, ac frequentissimum, perire QVIQVAGINTA, ex 10. obseruat.

MORTVO siquidem, vel VNO SOLO ariete, vnus Pastor, de suo centum aureorum capitale, & in omnibus singulis mortuis, SEPTEM drachmas deperdit: Mortuis DECEM tantum, vnus pastor deperdit SEPTEM aureos: Mortuis VIGINTI, deperdit QVATTVORDECIM aureos: Mortuis tandem CENTVM ET QVADRAGINTA tribus arietibus, vnus pastor, deperdit TOTVM suũ capitale: Pecuarius, nec numum, de suo quingentorum aureorum, deperdit. Quinimo, vnus ipse, de lucro quattuor drachmarum, in singulo ariete viuo, denuo nato, retinens sibi vni, totum illud, (cuius totum medium saltem, est vnius pastoris: qui, in singulo eodem ariete viuo annum pascendo, totum illud medium, ambas illas duas drachmas integras vere expendit) hoc vno cauillo, & stra-

Maxime obseruãdum.

& stratagemate, vnus pecuarius, recuperat omnes illos centum & quadraginta tres aureos: quos alligatos, inhærentesque dedit, & positos, in ijsdem illis centum, & quadraginta tribus arietibus mortuis; quos, tantum ex societate pascendos, dedit: quos 143. aureos, non mutuauit pastori; vt illi deberent perire: quod fuisset verum mutuum, & vere vsurarium; cum ex illis viuentibus, & saluis expetet, exigatq. pecuarius lucrum. Sed vere, omnes illi 143. aurei, debuerunt perire ipsi vni pecuario domino: si hæc vera societas.

Est igitur ex his necessum; vnum pastorem, quãdo singulus aries, quattuor tantum drachmas parit; deperdere de suo capitali, eadem illa aut necessitate, aut frequentia, aut consuetudine vel communitate, aut insolentia: qua solent perire arietes: Cumque, necessum sit moraliter; quingentorum arietum, intra annum, triginta perire; & frequentissimum sit perire quinquaginta; æque etiam erit & necessarium, & frequentissimum; vnum pastorem de suo capitali deperdere aut 21. aut 35. aureos.

TVM ETIAM QVAMVIS, arietes omnes singuli, drachmas lucrentur QVINQVE, (quod ex 9. obseru. raro contingit) etiam est NECESSE; ne pereant TRIGINTA QVATTVOR arietes:

arietes: est NECESSE, vt 466. omnes arietes reperiantur salui, & viui; quo 700. in illis reperiantur aurei: quo pastor totum suum possit recuperare capitale: Mortuis siquidem 34. arietibus, iam deperdit quicquam. Arietes autem, quingentorum, 34. intra annum perire; sic est frequentissimum; vt sit etiam fere NECESSARIVM, ex 10. obseruat. Erit ergo, etiam fere NECESSARIVM; vnũ pastorem, deperdere quicquam, de suo capitale: vel, quinque drachmarum, in singulo ariete viuo, reperto lucro: atque ita, fere semper deperdere: quoniam fere semper, quinque non reperiuntur.

TANDEM, vel si, in arietibus singulis, sex drachmarum proueniat lucrum: (quod 9. ex obseruat. fere nunquam, aut per quam raro potest expectari) tamen etiam est NECESSE; ne SEXAGINTA TRES pereant arietes: sed vt quingentorum, Quadringenti triginta & octo arietes reperiantur salui, & viui: quo, in illis, & 700. inueniantur aurei, & pastor, totum suum capitale valeat recuperare. Quod si, 63. arietes perierint, iam non potest recuperare totum illud: sed necessario deperdit quicquam. Quingentorum vero arietum, intra annum, 63. perire; plurimum contingit: est etiam fere frequentissimum, ex 10. obseruat. Nec secus erit; pa-

 storem,

storem, de suo capitali, deperdere quicquam: etiam si arietes singuli, (quod perquam raro cõtingit) sex drachmarum, pariant lucrum.

QVAMVIS pastor tanto, tamque certo versetur in periculo, expositusq. sit naufragio; nunquam tamen potest expectare prouentum tantæ vbertatis; commodo cuius, ac beneficio queat, & primum recuperare totum suum capitale; omnes suos centum aureos: præterea lucrari aut Centũ, aut Quinquaginta, aut saltem illos triginta quinque: quos deperdit frequenter: aut tandẽ illos viginti quinque: quos deperdit, & multo frequentius, & frequẽtissime. Quoniã, vt, in proxime superiori incõmodo demonstrauimus; fere nunquam fieri potest; vt, in arietibus 450. communiter viuis, 750. reperiantur aurei: & vt, intra annum, & præsertim in socidis, in quibus, alligata est pecunia, ijsdem numero animalibus, singula centum, aureos pariant viginti quinque. Si igitur, id iam fere impossibile, & desperatũ; quis manet locus spei illi, lucrãdi triginta quinque, lucrandi Quinquaginta, Centum lucrandi? Est enim necesse; vt, in arietibus primi anni, & intra annum, aut 775. aut 800. aut 900. reperiantur aurei. Hæc autem omnia, impossibilia quædam sunt, omnibus cum pastoribus, tum pecuarijs: a quibus hæc debent expectare, & accipere qui sedent in cathedris,

& con-

& consulti responsa sunt reddituri. Reliqua igitur commodi nulla est spes pastori: damni autem,& grauissimi, perpetuus insecutor est timor.

HÆC OMNIA, viam, omni ex parte, omni ex aditu occludunt Omni æqualitati, iustitiæ, æquitati, socidæ, societati, operarum conductioni, locationi, sortibus, omni innominato contractui; tandē, omni contractui assecurationis aut totius capitalis, aut partis, quando in lucro ipso incerto, sperandum est, & accipiendum, assecurationis, promissum iustum pretium. In omnibus quidem, æqualitas necessaria: sine qua, nec iustitia quidem potest stare. In sortibus etiam, & fortunæ aut vicissitudinibus, aut vicibus, quæ aut timeri possunt, aut sperari, nulla debet reperiri, vel apparere inæqualitas: sed pede pari, eodēq. gradu, debent omnia procedere, ac decurrere, eademque cum frequentia, tum insolentia ambo omnia, & socij, pecuarius, & pastor: & sors, vel fortuna cum aduersa, tum prospera: & cassus, aut euentus, tū prouentus, aut parui, aut vberrimi: & damna, & commoda: deperdere centū, quinquaginta, triginta quinque, viginti quinque, & quindecim: & eadē exacto capitali, posse pręterea lucrari: Deperdere vero aliquando 100. & frequenter 50. frequentissime triginta quinque, & multo frequentius

viginti quinque: & nunquam posse lucrari centum, nec quinquaginta, nec triginta quinque, & vix, ac nec vix, sed per quā raro viginti quinque: Hęc quidem omnia, pecuarius etiā, & pastor, nec pari pede, nec gradu procurrunt æquali: cōditio pastoris multo deterior, & sors, aut fortuna illius, inferior multo semper est conditione, & fortuna pecuarij: vt, experimentis quamplurimis, ijsdēque seueriſſimis, supra demonstrauimus. Præit semper obuius commodis pecuarius: damna pastorem, præeuntem semper, & necessario intercipiunt, inuadunt, aggrediuntur. Iniquissimus igitur hic contractus: siue ad societatem, siue ad operarum locationem, siue ad sortes reducatur. In omnibus enim, necessaria æqualitas.

10 PECVARIVS SOCIVS postremo, nunquam dat pastori socio Medium lucrum: quod promisit, suorum Quingentorum aureorū: sed, vt 5. aperuimus incommodo, ipse vnus potius, & primum, & primus exigit, & extorquet totum lucrum, vere respondens, vere, (id exigēte iustitia) debitū capitali, centum aureorum, vnius pastoris: frequentissime, & non raro Medium, aliquando totum ipsum Capitale ex fraudis, & vsuræ præscripto, eripit pastori socio, socidæ huius æquissimæ longissimo sub pallio.

Vt

Vt detulimus; sic se res habet: quando, primo statim anno, hæc disoluitur vere (si vlla vnquam) LEONINA societas. Quod si, eadem hæc ipsa, in aut secundum, aut tertium annum iam protẽdatur; quæ, demonstrauimus, quanto, fient apertiora? quæ, socius pastor, suo in capitali patietur detrimenta; quanto erunt maiora, quanto, in maiori quantitate, grauiora? Pastor quidem, difficilius multo, poterit aliquando aut recuperare totum suum capitale: aut quicquam, aut quantum pecuarius; lucrari: aut Medium lucrum quingentorum, sexcentorumue accipere: aut spei tantum concipere, quantum subit periculi. Versabitur quidem semper, in multo grauioris damni, quasi certissimo periculo. DEPERDET quippe de suo capitali, & fere semper, & multum. Capitale etenim suum addit semper: & Arietes singulis annis perire; & tribus annis, necesse est plures perire; quam, & duobus tantum, & vno. Pecuarius contra, multo firmiori præsidio munitam, ac in tutissimo, ponit totam rem suam. Est enim necesse; prius, omnes trecentos aureos pastoris, totum pastoris capitale exhauriri; quam pecuarius, de suo quingentorum aureorum capitale, deperdat vel Terentium: & difficilior est accessus iacturæ, ad quingentos pecuarij, oppositis trecentis, quam si centum tantum, opponantur pastoris. Lu-

crabitur etiam semper multo plura. Quod, plura po terit de socij pastoris capitali, semper rapere. Nam etiam si, in arietibus viuis, aliud nihil reperiatur præter Quingentos; quam socij pastoris capitale; Primo anno extremo, iam reperientur aurei 600. quo vno, pecuarius, quingentis iam lucrabitur 50. quos eosdem omnes desumet, de vno capitali pastoris, qui expendit centum: & recuperatis tantum quinquaginta; iam deperdit omnes illos eosdem etiam 50. quos, (vt loquuntur) lucratur pecuarius: Secundo anno, iam reperientur 700. quo vno, pecuarius, iam lucrabitur 100. quos eosdem omnes, vnus deperdet pastor: qui, expendit 200. & 100. tantum recuperat. Tertio tandem anno, iam reperientur 800. quo vno, pecuarius iam lucrabitur 150. quos eosdem omnes, vnus deperdet pastor: qui vnus expendit, & appposuit omnes illos trecentos, qui exactis quingentis pecuarij, in Octingentis, reliqui reperiuntur: & relaturus, exacturusq. & repetiturus eosdem, & omnes illos trecentos; quia vnus ipse, omnes illos posuit, & omniũ est dominus, 150. tantum recuperat: sui capitalis, in omnibus his casibus, (quorum, tertius saltem est frequẽtissimus: quoniam, tertio extremo anno 400. tãtum arietes cõmuniter reperiuntur viui) vnũ tantũ recuperat Dimidium: totum alterum Medium capitale

tale pastoris, suis cum technis, tum versutijs, vnus extorquet callidus pecuarius: qui, fur, nunquam nõ lucrabitur. Hoc igitur est Medium lucrum: quod pastori socio promittunt hi æquissimi pecuarij: totum illius capitale inuadere: totum saltem Medium capitale aut 50. aut 100. aut 150. aureos, illi (absit inuidia) rapere. Pastor præterea, ne, veritatis quicquam occultare velle videamur; Dimidium lanæ, duobus annis accepit, quando tertio dissoluitur societas: nihilominus tamẽ, nec sic, recuperaret totum suum capitale: minus multo, quicquam lucri reportaret. Pecuarius vero lucraretur 150. aureos: pretiũ etiam alterius Dimidij lanæ: quam etiam accepisset duobus annis.

TANDEM, pastor, nunquam tertio anno, potest recuperare omnes suos TRECENTOS aureos expensos. Maxime obseruãda.

Est namque NECESSE; quo, omnes possit recuperare 300. aureos; vt, in 400. tantum arietibus, tertio anno communiter viuis, tertio extremo anno, 1100. aureos reperiri: singulum etiam arietem 17. drachmas, & solidũ, intra tres annos lucratũ fuisse: in singulo ariete, 27. drachmas, & solidum inueniri. Hæc autẽ omnia ipsa præseferunt magnã insolentiam: maxime quidem sunt rara, omnibus cum pasto storibus, tum pecuarijs. Et recuperatis 300. suis, his,

his, nihil lucri trecentorum aureorum, qui, omnes trecenti sunt totale lucrum, totalis capitalis Octingentorum: quorum, quingenti tantum sunt pecuarij, & trecenti omnes sunt pastoris, nullam inquam illius lucri partem, potest pastor reportare: nihil inquam lucratur. Pecuarius autem vnus, quingentis tantum, lucratur trecentos aureos, & singula centum quingentorum, lucrantur illi aureos 20. singulis annis. Pecuarius vnus refert totale lucrum, totalis capitalis Octingentorum aureorum: & totam partem, & totum, quod, in hoc lucro trecentorum, vere respondet, & vere debetur omnibus TRECENTIS aureis: qui omnes fuerũt capitale pastoris. In quibus, est tanta non solũ inæqualitas; sed tãta etiam iniquitas, & iniustitia; vt, omnem, hæc duo fœdent, deforment, deturpentq. & conspurcent societatem.

POSTREMO, pastor nunquam potest; tertio anno extremo, recuperare, omnes suos TRECENTOS aureos expensos: & his, præterea, intra tres annos, TRECENTOS fuisse lucratum. Quod videtur æqualitas, & iustitia maxime exigere. Quantum enim timetur damni, tantum est æquum posse sperari, lucri: & eadem sorte: tanta inquam, aut frequentia, aut insolentia vnum, atque alterum.

Est

Est siquidem NECESSE, in ijsdem 400. arietibus communiter viuis, ac saluis, tertio extremo anno, tunc, in omnibus simul, 1700. aureos reperiri: & in singulis arietibus, 42. drachmas, & solidum inueniri: & singulum arietem, intra, trium annorum, spacium, 32. drachmas, & solidum, lucratum fuisse: quæ omnia, quãtum habeant impossibilitatis; quis, vel nunquam aut pastor, aut pecuarius, vel arietibus inuisis, quis, vel cæcus non videt?

HÆC tandem tamen, quæ in socida omni absque exceptione sunt impossibilia, & insolẽtissima, vel in quinque annorum arietibus, in societate vero, fient frequentissima: His, enim quingentis aureis quingentis arietibus, non alligatis, sed liberis, atque solutis, potest pastor Mercator, intra tres annos libere, & suo arbitratu vagari, & negotiari circa alios, & alios arietes, & quingentis tantum, cum 1000. cum 1500. lucrari, & plures: pro vt, sors tulerit: In socida vero, pastor, id nunquam: quæ differentia, maxime in hac doctrina est obseruãda. Nam, qui, ex communibus societatum, voluerit; hæc in socida, sine differentia iudicare: vt longissimum, & seueriſſimum nostrum exprimentum, clariſſima luce adhita, demonstrat; non poterit; non, a vero, longissime aberrare.

Effecimus siquidem permultis exemplis, & expe

 rimentis,

rimentis, atque his seueriſſime excuſſis, ac examinatis, expenſiſque ſigillatim, ac minutatim circunſtantijs omnibus, eorumque, qualitatibus, hunc contractum, ex præſcripto primæ inſtitutionis initum, nullum æqualitati locum, vel anguſtimum relinquere: ſed maximam potius præſeferre, trahereq. ſecum, & neceſſario inſolitam, atq. non ferendam inæqualitatem, ex his enim experimentis,

PERORATIO.

PECVARIVS SOCIVS, [1] Tantum QVINGENTIS, plura ſemper lucratur: quã extra ſocietatem, aureis SEXCENTIS. [2] Fere nunquam, quicquam deperdit. [3] Fere ſemper, quicquam lucratur: [4] Semper lucratur ſibi vni 17. aureos, 13. ſolidos, 4. nummos, capitali vnius paſtori prius, quã paſtor, eodem ſuo capitali; incipiat ſibi quicquam lucrari: [5] Fere ſemper, deſumit totum lucrũ; quod reſpondet, & debetur capitali paſtoris: [6] Semper, quicquam communiter lucratut, in omnibus caſibus: in quibus, paſtor communiter deperdit: [7] Semper lucratur multo plura, quam paſtor: [8] Pecuarius, & paſtor, lucro nunquam fiunt æquales: [9] Fere nullo ſe exponit periculo. [10] Nunquam dat paſtori ſocio, Medium lucrum, ſuorum Quingentorũ: quod

illi

illi promiſſit: nedum exiguam,aut quicquam illius: nedum totum lucrum: quod præciſe reſpondet, & debetur ſorti, & capitali eiuſdem paſtoris. Sed potius, fere ſemper deſumit partem aliquam,eiuſdem capitalis: & ſæpe, illi aufert ipſum totum Medium capitale.

PASTOR SOCIVS CONTRA, qui ſuos expendit, & apponit CENTVM AVREOS, [1] Fere ſemper, multo minorem mercedem recipit, quam CONDVCTVS: [2] Fere ſemper,de ſuo capitali,quicquam deperdit: [3] Fere nunquam, quicquam lucratur: [4] Nunquam,ſuis centũ,poteſt quicquam lucrari:quo ad,pecuarius, ijſdẽ,ſibi vni fuerit lucr. 17.aur. 13.ſol. &4.num. [5] Fere ſemper,dat totũ lucrũ,ſui ipſi⁹ capitalis,vni pecuario: [6] Sẽper,quicquã deperdit,in omnibus caſibus:in quibus,vt plurimum pecuarius lucratur: [7] Nunquam, quando quicquã lucratur;poteſt,ſeruata proportione, lucrari quantum pecuarius: [8] Nunquam,lucro fit æqualis pecuario: [9] Magno,& fere Neceſſario,ſe exponit periculo: [10] Nunquam poteſt lucrari, quantum,nedum quartam partem eius, quod poteſt deperdere: nedum quantum communiter, & plurimũ,& frequenter;ſed ne dum quantũ frequẽtiſſime ſolitus eſt deperdere.Hæc omnia,quaſi ſol meridianus,ex ſuperiori experimẽto, ſuo fulgent ſplẽdore.

Si, quando, vel obscura, vel dubia tibi fuerint, alte repete superiora.

Experimentum absoluimus primæ institutionis: factum probauimus, ac demonstrauimus: de facto plane conuicimus. Ex his, constituamus firmissimũ nostrum Theoremma primum.

Theoremma I.

INÆQVALITAS maxima est, & iniustitia in omni, socidæ huius, contractu, inito, ad primæ Institutionis præscriptum.

Hoc Theorem mate, ex superioribus, ad primam institutionem destruendam, firmisse stabilito; ad secundam institutionem, omnibus iustissimam ratam: de qua, nulla vnquam fuit quæstio, examinandam acerrime, & excutiendam etiam seueriſſime, transeamus.

Expe-

Experimentum Analyticum secundæ institutionis.

Propria huius socidæ.

VIVS institutionis, authores consultissimi, primæ improbrarunt tantum illud; ducentos perire arietes; & ducentos aureos existentes in illis, quasi non perire: sed quandocũque, in trecentis tantum viuis, partitionis die reperiuntur Quingenti, Quingentos omnes, & totũ illius capitale, vni pecuario saluum permansisse. Hoc vnum reprehendunt, in prima illa institutione. Hinc, Timorati hi pecuarij, non tantum illud, quod, præter Quingentos: sed potius, illud totum, quod, in ijsdem ipsis trecentis arietibus viuis, præter trecentos aureos, quibus ijdem fuerunt æstimati, denuo post initam societatem natum est, & auctum, ex eorundem ipsorum singulorum cremento, augmento, & (vt loquũtur) melioramento; illud totum agnoscunt, & fatentur esse lucrum commune, æquis portionibus semper diuidendum, cuiuscunque aut æstimationis, aut valoris sint operæ, seu industria pastoris. Vnde, mortuis ducentis arietibus,

quãdo, in viuis trecentis, aurei inueniuntur Quingenti; ducentos omnes, dicunt esse lucrum commune, & huius Medium, hi reddunt socio pastori. Reijcientes itaque vnum illud, cætera omnia primæ institutionis amplectuntur. Pastori socio, capitale nullum concedunt: nullum assignant: nullum, vel tertio anno extremo, reddunt. Quingentorum tantum aureorum est etiam his, totale capitale, huius negotij, anno vel primo, vel secundo, vel tertio etiam extremo. Quod, præter primum pretium, eorundem ipsorum trecentorum superstitum arietum, in illis trecentis arietibus ijsdem viuis reperitur; illud tantum, & illud totum, his omnibus est lucrum commune. Ex his, socij pastoris capitale vel centum, vel ducentorum, vel trecentorum aureorum, totum fit semper lucrum cõmune, & totum Medium illius, vni cedit pecuario. Vnde, si, in quadringentis & quinquaginta arietibus viuis communiter, primo extremo anno, sexcenti aurei reperiuntur; horum, 150. si 520. tantum fuerint reperti; 70. omnes lucrum commune esse dicuntur.

Quæ incommoda ex his nascantur iam subijciamus, sunt quidem non ita magna: sed numero, fere superioribus paria.

In-

Incommoda ſecundæ inſtitutionis notantur.

PECVARIVS SOCIVS, non aliter, atque, in ſuperiori inſtitutione, appoſitis aureis tantum Quingentis, in omnibus caſibus & frequentibus, & frequentioribus, & frequẽtiſſimis, & fauſtis, fructus refert vberiores, & lucri partes reportat cum plures, tum maiores, quam tuliſſet aut NON SOCIVS, aut extra ſocietatem, & collatis aureis Sexcentis, aut, ſi, ſocietatem hanc contraxiſſet, cum ſocio non paſtore: ſed Mercatore, & appoſitis ijſdem etiam tantum Quingentis. 1

PASTOR SOCIVS CONTRA, qui confert, & expendit ex proprijs centum aureos, æque, ac ipſe pecuarius; ſi ipſe cuſtodiret ſuos arietes, non ſecus etiam, atque, ſocius non paſtor, in omnibus & frequentibus, & frequentioribus, & frequentiſſimis, in fauſtis etiam euentibus, inferior ſemper eſt ſocio non paſtore: & (quod grauius eſt) PASTORE CONDVCTO: qui nihil ſuum appoſuit: nihil ſuum alicui expoſuit periculo.

Ad eos, qui egre hæc audiũt, difficilius credũt, iniquius ferunt; & praxim, & exempla, quæ fidem faciant: quæ omnia, ſua luce, fulgentiſſimo ſuo ſplen-

splendore illustrent; adhibeamus. Qui, auditis fidem adhibent; supersedeant tantæ lectionis improbo labore.

Pec. non soc. 600. lucr. 0. 30. 50 PECVARIVS NON SOCIVS, vel extra societatem, qui vnus, sexcentos aureos confert; Repertis deinde partitionis die, in omnibus (si id possibile; vt, omnes viuant, aut posito) Repertis inquam, ijsdem tantum sexcentis, Nihil: idem etiam, si socium habuerit non pastorem: Repertis 360. in quadragintis, & quinquaginta arietibus communiter viuis, tantum 30. Repertis 650. tantum 50. lucratur. Illud etenim solum, quod præter sexcentos, quos omnes ipse apposuit; est illi verum lucrum.

Pec. soc. cum nō past. 500 luc. 0. 25. 42 PECVARIVS SOCIVS, cū socio non pastore. Repertis tantum sexcentis, suos Quingentos tantum potest repetere: nihil tamen lucratur. Repertis 630. tantum 25. lucratur suis quingentis. Repertis 650. 42. aureos, 13. solidos, & 4. nūmos tantum lucratur suis Quingentis.

Pec. soc. cū pa. 500 lucr. 50. 40. 50 PECVARIVS VERO IN SOCIETATE, CVM PASTORE, appositis tantum ijsdem Quingentis, Repertis tantum ijsdem sexcentis, iam 50. Repertis 630. iam 40. Repertis 650. eosdem 50. lucratur. Est enim lucrum; in primo casu, illud totum, quod præter quingentos reperitur. In secundo, &

do, & tertio, illud solum, & illud totum: quod inuenitur præter 450. aureos, in 450. arietibus commuuiter viuis, saluos vni pecuario, natum denuo, & auctum. Ex quo, in secundo 180. in tertio 200. sunt lucrum, ad huius institutionis præscriptum.

PASTOR CONDVCTVS, qui, ad capitale nihil suum apposuit, qui nullas ex proprijs expensas facit, pro sua mercede, vel mortuis, extremis annis, quingentis omnibus arietibus, primo anno 100. secundo 200. Tertio trecentos aureos certos, securos, saluos, integrosque exigit, & recipit a pecuario.

SOCIVS NON PASTOR, qui centum suos expendit, & apposuit ad sexcentorum capitale. Repertis tantum 600. recuperat totum suum capitale, omnes suos 100. aureos repetit: non aliter, atque, pecuarius, omnes suos 500. Repertis 630. repetit totum suum capitale, omnes suos centum, & præterea his suis centum, 5. lucratur. Repertis 650. repetit primum totum suum capitale: omnes suos centum, & his amplius, 8. aureos, 6. solidos, 8. nummos lucratur: non secus, ac pecuarius, suis quingentis repetitis, his lucratur 42. aureos, 13. solidos, 4. nummos. Reportat ex negotio, in primo casu, suum tantum capitale, 100. in secundo 105.

in tertio 108. aureos, 6. solidos, 8. nummos.

PASTOR VERO SOCIVS, qui, singulis annis, ex proprijs, centum aureos adhibet, ad sexcentorum aureorū totale capitale: non minus, ac, ipse extra societatem pecuarius: non secus atque, socius non pastor: Repertis 600. recipit pro mercede, vel potius recuperat sui, centum aureorum, capitalis, tantum 50. reliquos etiam 50. iam deperdit. Repertis tantum 630. recuperat tantum 90. reliquos decem sui capitalis, deperdit. Repertis 650. saluum recuperat totum suum centum aureorum capitale: amplius nihil reportat; quam conductus: nullam refert lucri partem. Totale enim, & verum lucrum, ex totali, & communi sexcentorum aureorum, capitali vere, & æque proueniens, sunt illi tantum 50. qui, exactis, & repetitis omnibus sexcentis, reliqui reperiuntur: & hos omnes, vnus exigit pecuarius: sed inique, ex præscripto doli, & fraudis. Qui enim, 600. cum appositi; his, 50. tantum potuit lucrari: quum 500. tantum confert; eosdem 50. non potest, aliquo modo, vere lucrari: vt quattuor nummos, 13. solidos, 42. aureos tantum queat lucrari; Accipito analytica ratione demonstratum. Desumit nunc itaque pecuarius, non suos: sed cum dolo & fraude, socidæ huius sub Pallio, & de socij pastoris capitali, omnes illos, & 4. numm. 6. soli. & 8. & 15. & 50. aureos.

50.aureos. Quos non potuisset denegare, non potuisset non reddere socio nō pastori, cū eo contracta, hac eadem societate. Nec igitur, Timoratissimi, & consultissimi hi pecuarij, Dant pastori socio aliquando, suorū quingentorum aureorum, Medium lucrū: quod promittunt. Sed potius ipsi, pastori socio, non solū, totum lucrum, illius partialis capitalis, centū aureorū, pastoris, faustis in euentis: sed in frequentissimis, frequentioribus, & frequētibus, & magnam, & maximam eiusdem capitalis partem, & aliquando nec raro, si non totū, Medium saltem ipsum capitale, vere eripiunt: (si nefas non est vera aliquādo proferre) vt, quum, in omnibus quingentibus arietibus, sexcenti tantum reperiuntur aurei.

Incommoda cætera persequitur.

PECVARIVS SOCIVS, fere NVNQVAM deperdit quicquam, de suo Quingentorum aureorum capitali: nedum in prouentibus perparuis: nedum, quum, in arietibus 450. communiter viuis, 550. tantum reperiuntur aurei: quorum centum sunt lucrum. Hoc enim in casu, omnium, qui timeri possunt communiter; maxime aduerso; totū adhuc suum recuperat integrū capitale. Pastor, Medium suum totum deperdit. 2

PASTOR SOCIVS CONTRA, fere SEMPER deperdit quicquam, de suo, centum aureorum, capitali, in euentibus etiam fauſtis. Repertis etiam 649. aureis, in arietibus communiter viuis, & quum in quotcunque viuis 199. aurei reperiũtur denuo nati, 10. ſolidos iam deperdit. Pecuarius 450. tantum aureis, in 450. arietibus ſaluis, 49. aureos, decem ſolidos lucratur. Quod, nullius eſt ſocietatis. Sociorum, alterum 49. aureos, 10. ſolidos lucrari; alterum decem ſolidos deperdere, de ſuo cum paruo, tum exiguo centum aureorum capitali.

3 PECVARIVS SOCIVS, fere SEMPER LVCRRTVR; in caſibus etiam aduerſis: etiam quũ, in arietibus 450. communiter viuis 551. tantum reperiuntur aurei: quorum, quoniam, ex hac inſtitutione, 101. ſunt lucrum; Pecuarius, 10. ſolidos lucratur: Paſtor 10. ſolidos, & 49. deperdit aureos.

PASTOR SOCIVS CONTRA, fere NVNQVAM LVCRATVR, nedum fauſtis in caſibus: nedum, cum, in arietibus quotcunque viuis, ducẽti aurei reperiuntur aucti: nedum, cum, in 450. arietibus communiter viuis, 650. aurei reperiuntur. Quo in caſu, pecuarius, ſuis 500. aureos 50. ſingulis centum, decem lucratur.

PE-

PECVARIVS SOCIVS totali, & communi sexcentorum aureorum capitali, Quingentis suis, & centum pastoris, Quinquaginta aureos primum, primus, & prius sibi vni lucratur, singulis suis centum decem aureos; centũ potius pastoris, 8. aureos, 6. solidos, 8. nummos ipse sibi prius lucratur; antequam pastor, suis centum, incipiat, sibi quicquam lucrari. Est enim necesse; vt, non tantum ducenti aurei, reperiantur denuo nati, in arietibus viuis: sed his aliquot plures: quo pastor incipiat quicquam lucrari. At, Repertis 200. lucratis, in arietibus communiter viuis, pecuarius 50. iam aureos lucratur.

PASTOR SOCIVS CONTRA, suis centũ, nunquam potest, ipse sibi, quicquam lucrari: quin prius pecuarius, ijsdem, quos dixi, 8. aur. 6. soli. 8. numm. sibi fuerit lucratus: vt, iam constat, ex proxime superioribus. Hinc, etiam si, pecuarij omnes, ex vtraque institutione, socio pastori, Medium lucrum; suorũ Quingentorum promittunt: hoc nunquam reddunt, nec partem illius: sed potius, ipsi, totum lucrum, 100. aureorum pastoris, prius, socio pastori inique eripiunt.

PECVARIVS SOCIVS, ipse vnus, extorquet totale, & commune lucrum, proueniens ex totali, & communi 600. aureorum capitali: totam etiam

eam partem, quæ in illo totali lucro, respondet partiali capitali, centum aureorum pastoris, vere extorquet, in omnibus euentibus: in quibus, arietes quotcumque salui, aut ducentos tantū aureos, aut pauciores ducentis, & non plures lucrantur. IMMO, quandocumque, in arietibus viuis, & saluis, quouis modo id contingat; sexcenti tantum reperiuntur aurei; quod pecuarius, præter suos quingentos accipit; totum illud, quantumcumque sit; de vno, socij pastoris capitali, desumit. Tunc enim, nullum est lucrum. Totum potius, quod præter quingentos tunc reperitur; est totum capitale, socij pastoris.

PASTOR SOCIVS CONTRA, Nullam partem lucri, totalis, & communis, sexcentorum aureorum; nullam partem partials lucri, sui partialis capitalis centum aureorum, potest accipere; si ducentis pauciores, si tantum ducenti aurei, si ducentis, non aliquot plures, in arietibus quotcumque viuis, denuo post initam societatem nati, & aucti reperiuntur. Tunc enim tantum, hac in socida, socius pastor incipit quicquam lucrari; incipit aliquam partem, partialis lucri, sui partialis, centum aureorum, capitalis, reportare; quando in arietibus quotcumque saluis, non tantum ducenti aurei, sed plures aliquot

quot reperiuntur denuo nati, & præter primum pretium: quo, hi ijdem ipſi ſuperſtites arietes, fuerunt primo die, initæ ſocietatis æſtimati. Si ducenti tantum fuerint denuo nati; pecuarius ſuis quingentis, in quadringentis & quinquaginta arietibus viuis, quinquaginta iam lucratur: paſtor nec teruntium: ſuum tantum recuperat capitale. Si 201. reperiuntur lucrati; tunc pecuarius ſuis quingentis lucratur 50. aur. 10. ſolidos: ſingulis centum, lucratur 10. aureos, 2. ſolidos: Tunc, paſtor ſuis centum, incipit lucrari: decem enim ſolidos, ſuis centum, iam lucratur. Si, 210. reperiuntur lucrati; pecuarius ſuis quingentis 55. ſingulis centum 11. paſtor ſocius, ſuis centum, quinque tantum: Si, 220. reperiuntur lucrati, pecuarius ſexcentis, 60. ſingulis centum, 12. paſtor, ſuis centum: decem tantum lucratur.

PECVARIVS SOCIVS, ſemper quicquam 6
Lucratur, in omnibus caſibus: in quibus, viuis in arietibus, non reperiuntur aucti ducenti aurei: dummodo, pecuarie, aliquod maneat lucrum. Vt quum, in 450. arietibus communiter viuis, 551. reperiuntur aurei: quorum, centum, & vnus ſunt lucrum: hoc enim in caſu, decem ſolidos lucratur.

PASTOR SOCIVS CONTAR, in ijſdem omni-

omnibus numero casibus, in quibus, aurei, ducentis pauciores, in arietibus viuis reperiuntur aucti, Semper quicquam Deperdit. Et aliquando, in quibus, pecuarius multum, & 50. aureos lucratur: in ijsdem, pastor Deperdit multum: deperdit eosdem 50. & aliquando: vt cum in arietibus 480. viuis, 542. reperiuntur aurei; quoniam 62. sunt lucrum; pecuarius 11. aureos lucratur, pastor 69. eureos deperdit.

7 PECVARIVS SOCIVS, in omnibus casibus, in quibus, in arietibus, non reperiuntur denuo nati, 226. aurei, sed his pauciores; semper lucro superat pastorem.

PASTOR SOCIVS CONTRA, in ijsdem numero casibus omnibus, in quibus, ducentis plures, & 226. non fuerint lucrati; lucro, semper euadit inferior pecuario. Quando enim, in arietibus viuis, 210. tantum aurei reperiuntur lucrati; pecuarius, suis 500. 55. singulis centum 11. Pastor, suis etiam centum, 5. tantum: & quando 220. reperiuntur lucrati; Pecuarius, 12. Pastor, 10. tantum lucratur.

8 PECVARIVS, ET PASTOR SOCII, Tũc solum lucro fiunt æquales: quando, in arietibus quot-

quotcumque viuis 226. agnoſcuntur lucrati. Tunc enim tantum fiunt æquales. Vterque enim, ſingulis ſuis centum, aureos fere tredecim lucratur.

PECVARIVS SOCIVS, fere nullo ſe exponit periculo; ſecundum ea; quæ communiter ſolent euenire.

PASTOR SOCIVS CONTRA, magno ſemper verſatur in periculo. Poteſt enim deperdere, de ſuo centum aureorum capitali, aureos, & 25. & 40. & 50. & 69. & 80. quin, pecuarius, de ſuo quingentorum aureorum capitali, deperdat, vel nummum: ſed potius lucretur, & multum. Recuperare vero ſuos centum omnes primum, & præterea lucrari aut 80. aut 65. haud eſt poſſibile: nedum 50. lucrati. Eſt enim neceſſe; vt in arietibus quotcumque viuis, Trecenti reperiantur aurei poſt contractam ſocietatem nati; quo, paſtor ſocius poſſit, & ſuos centum omnes primum recuperare, & his præterea, alios quinquaginta lucrari. Trecentos vero aureos, in arietibus communiter ſaluis, intra anni vnius ſpatium, lucrari; iam omnibus cum paſtoribus, tum pecuarijs naturaliter, fere; moraliter omnino eſt impoſſibile.

10 PECVARIVS SOCIVS, nunquam dat pastori socio, suorum quingentorum aureorum Medium lucrum: quod, in socidæ institutione, illi promisit. Sed potius, vt apparet in superioribus, frequenter, & totum lucrum, capitali pastoris respondens, ac debitum, & eiusdem capitalis aut maximam, aut magnam partem, aut ipsum totum desumit, (si nefas non est vera profari) totum furatur Medium Capitale.

Vt hæc omnia, breui quasi in tabella, ipsis subijciamus oculis; eadem perorabimus.

PERORATIO.

PECVARIVS SOCIVS, [1] Tantum QVINGENTIS, plura semper lucratur: quã extra societatem, aureis SEXCENTIS. [2] Fere nunquam, quicquam deperdit. [3] Fere semper, quicquam lucratur: [4] Semper lucratur sibi vni decem aureos saltem, capitali vnius pastoris prius, quam pastor, eodem suo capitali; incipiat sibi quicquam lucrari: [5] Fere semper, desumit totum lucrũ; quod respondet, & debetur capitali pastoris: [6] Semper, quicquam communiter lucratur, in omnibus casibus: in quibus, pastor communiter deperdit: [7] Semper lucratur multo plura, quam pastor: [8] Pecuarius, &

rius,& pastor,lucro nunquam fiunt æquales: [9] Fere nullo se exponit periculo. [10] Nunquam dat pastori socio,Medium lucrum,suorum Quingentorũ:quod illi promisit: nedum exiguam partẽ, aut quicquam illius nedũ totũ lucrũ : quod præcisse respondet, & debetur sorti, & capitali eiusdem pastoris. Sed potius,fere semper desumit partem aliquam,eiusdem capitalis: & sæpe, illi aufert ipsum totum Medium capitale.

PASTOR SOCIVS CONTRA , qui suos expendit, & apponit CENTVM AVREOS, [1] Fere semper,multo minorem mercedem recipit, quam CONDVCTVS : [2] Fere semper,de suo capitali,quicquam deperdit: [3] Fere nunquam, quicquam lucratur : [4] Nunquam ; suis centum, potest quicquam lucrari: quo ad,pecuarius,ijsdem,sibi vni fuerit lucr. 10. saltẽ aureos. [5] Fere semper,dat totũ lucrũ,sui ipsi[9] capitalis,vni pecuario: [6] Sẽper,quicquã deperdit,in omnibus casibus:in quibus,vt plurimũ pecuarius lucratur: [7] Nunquam fere,quando quicquã lucratur;potest,seruata proportione, lucrari quantũ pecuarius: [8] Nũquam fere,lucro fit æqualis pecuario: [9] Magno,& fere Necessario,se exponit periculo : [10] Nunquam potest lucrari , quantum,nedum alteram partem eius , quod potest deperdere : nedum quantum communiter , & plurimum,

mũ, & frequenter; sed ne dum quantũ frequẽtissime solitus est deperdere. Hæc omnia, quasi sol meridianus, ex superiori experimẽto, suo fulgent splẽdore. Si, quando, vel obscura, vel dubia tibi fuerint, alte repete superiora.

His, absoluto experimento, secundæ huius institutionis, secundum Theoremma superiori adhibeamus.

Theoremma II.

MAGNA inæqualitas, & iniustitia est in omni contractu, ex præscripto secundæ institutionis inito.

Inæqualitatem hanc maximam, & non ferendam, quam duæ hæ socidæ, suo operiunt sub pallio, multis propositis, excussisque exemplis experti fuimus, protulimus, & ostendimus; multisque notatis, & obseruatis incommodis demonstrauimus. Fontes iam tantæ inæqualitatis, tantorumque incommodorum, & quærere, & indicare ratio, necessitasq. nos cogit.

Fontes,

Fontes, tantæ inæqualitatis, quæruntur, aperiuntur, indicantur.

Quæritur etiam an pastori, assignandum sit, & reddendum capitale: & an de capitale pecuarij detrahendum sit pretium primum, animalium, quæ perierunt.

DVOS, huius maximæ inæqualitatis, esse fontes; & qui essent; supra iam iudicauimus. Vnũ diximus, & nunc affirmamus; esse illud; Perire arietes; & ipsos, tum etiam aureos singulos, existentes in singulis ijsdem arietibus mortuis; quasi non perire, non emori pecuario: aurei enim illi in arietibus mortuis existentes, & in illis deperditi, & mortui, nunquam deducuntur de quingentorum aureorum capitali: qui deperditi, detrahendi videtur: & non detracti, salui videntur permanere pecuario: & omnes perijsse vni pastori: cuius capitale totum exhauritur, totum absumitur; in restauratione, eorum, vel vnius, vel centum, vel ducentorum aureorum: qui perierunt in totidem mortuis arietibus: etiam si hoc, solum futurum sit; quando, in quotcunque saluis, aurei reperiuntur

tantum quingenti. Alterum, docuimus esse, illud: pastorem socium, facientem omnes expensas necessarias, ex proprijs, vere expendere, & vere apponere centum aureos, & illius capitale vere esse centum aureorum: & deinde, nec vllum illi assignari, in societatis institutione: nec vllum reddi in partitione, ante lucri diuisionem: sed potius, totum hoc capitale, centum aureorum pastoris, & lucrum fieri, & commune: & partem alteram illius, totum inquam Medium capitale pastoris, vni semper cedere pecuario: aut quando aliquod, aut quando nullum reperitur lucrum: & totum etiam ipsum transire ad pecuarium: quandocumque damnum reperitur: quo ad, aut totum resarciatur damnum suũ, vni pecuario: aut quo ad pastoris capitale exhaustum sit omnino, & nihil iam reliquum inuenitur: de quo pecuarius, quod ipse deperdit in mortuis, illud totum possit furari, & quasi assecuratum a pastore, & de pastoris capitale saluo, saluum accipere: totũ inquam illud: quod, in suis quingẽtis desideratur: quoad in arietibus viuis, vel tantum trecentis, Omnes aurei Quingenti compleantur sibi vni, & sibi vni fiant salui. Quod quam multis experimentis 6. incommodo, & pag. 43. fecimus clarissimum.

Nunc ijsdem planum, & manifestum maxime faciemus, quod diximus: huius tantæ inæqualitatis,

quam

quam incommoda illa ostentant; fontes esse, duos illos: quos indicauimus. Nam, non detracto pretio, eorum arietum; qui perierunt, a primo capitali pecuarij; & non concesso, sed denegato capitale pastori, & in partitionibus ante lucri diuisionem, non restituto: quod saluũ reperitur; æque ac pecuario: quod illi permansit saluum: his duobus simul concessis vni pecuario, consequitur illa maxima inæqualitas: (quam ostendunt tot incommoda) in contractu inito, ad primæ institutionis præscriptũ. Et vbi tantum denegato, ac detracto, altero tamen tantum dato, & concesso, semper reperitur (etiam si non tanta) eadem illa inæqualitas. Quoniam, si de primo capitali pecuarij, de quingentis inquã aureis, detrahantur omnes ill singuli aurei; qui, in singulis arietibus mortuis, vere, pecuario vni perierũt, æque, atque ipsi arietes: si hi inquam aurei detrahantur; quamuis, pastori, nullum concedatur, nullum restituatur capitale, etsi magna etiam consequitur inæqualitas: vt, videre est; in incommodis notatis, circa contractum initum, ex secundæ institutionis præscripto: tamen, non est illa maxima: quæ primam insequitur institutionem. Tandem, vtroque sublato, duobus illis simul, pecuario denegatis fontibus, qui, tantæ erant causa, & origo inundationis, excessus, & inæqualitatis: maxima iam, & absoluta

consur-

consurget, & mira Æqualitas: si omnes aurei singuli, in singulis arietibus mortuis, deperditi vni pecuario, de Quingentis aureis pecuarij iudicentur detrahendi, & vere fuerint detracti: & Capitale itē, centum aureorum, pastori concessum fuerit, & restitutum totum integrum: quando totum saluum reperitur: & pars etiam salua, quantacumque: quādo aliqua salua inuenitur: non secus, ac ipsi pecuario. Tunc, nulla, vel minima reperietur inæqualitas: sed æqualitas potius summa, expetenda, & quærenda, maxime in omni societatis contractu. Sed experimentis, vt superiora, quam multis (si conceditur) etiam demonstremus.

Experimentum, circa primum incommodum vtriusq. institutionis, pag. 30. & pag. 72. circa secundum casum.

QVINGENTORVM arietum, Mortuis 50. Repertis deinde, in arietibus 450. saluis, & viuis, tantum 630. aureis; Qui casus, vt constat ex obseruat. 9. 10. 11. & 12. pag. 11. 12. & 13. est omnium frequentissimus.

PE-

PECVARIVS NON SOCIVS, vel extra societatem, appositis aureis 600. his ijsdem primum exactis,& repetitis, tantum 30. lucratur. 600. 30.

SEX socij, in eandem circa alias merces coeuntes societatem, appositis sortibus æqualibus, singuli centum aureos, & omnes simul 600.apponentes, Repertis etiam deinde ijsdem 630. omnes simul, tantum 30. & singulus, suis centum 5. tantum lucratur, & singulus ex negotio, 105. aureos reportat:singula centum 5.lucrantur. 100. 5.

PECVARIVS socius, cum non pastore, appositis tantum 500. hos tantum saluos repetit, & tantum 25.lucratur. 500. 25.

PECVARIVS vero socius cũ pastore, & ex secũda institutione, appositis tantũ 500. hos tantũ repetit integros: & his,iam 40.lucratur aureos.Quod aperte videtur esse impossibile. Qui enim ijsdem 500. tantum 25. & 600. tantum 30. potuit; ijsdem 500. nullo modo seruata iustitia,vel sine fraude,potest lucrari 40. 500. 40.

PECVARIVS tandem socius cum pastore; & ex prima institutione, appositis tantum ijsdem 500. hos primum integros, & saluos exigit, & repetit: his præterea,aureos lucratur iam 65. 500. 65.

Hoc autem,multo plus est impossibile,quam superius: & multo grauius, atque intollerabilius? vt,

qui, sexcentis, extra societatem, tantum 30. & singulis centum tantum 5. Nunc QVINGENTIS tantum, 65. & singulis centum, 13. iam possit impune aureos lucrari.

Fõtes indicãtur tantæ Inæqualitatis.

Huius tantæ inundationis, duo sunt quidem fontes. Vnus, pecuarium socium, nullum assignasse, nullum concessisse; nullum ante lucri diuisionem restituisse pastori socio capitale. Alter, pecuarium, nullo reddito capitale pastori socio, ante lucri diuisionem extraxisse, & accepisse primum, omnes illos quinquaginta aureos: qui, in quinquagin ta arietibus mortuis, simul cum illis ipsi vni, iam semel, & vere perierunt: & his primum, ante omnia iã deductis, de lucro, & partu, 450. arietum superstitũ, accedens, & veniens tandem, ac tarde, ad lucri diuisionem, deinde, Medium iterum huius vnum, retinens sibi, alterum tantum medium relinquens pastori: ipse, implet suam, euacuat vero crumenam pastoris.

Pecuario quidem, tantum 450. arietes nunc manent viui, & tantum 450. aurei, in arietibus 450. viuis manent salui. Reliqui 180. qui nunc reperiũtur, in his ijsdem tantum 450. arietibus viuis, præter illos 450. quibus, hi ijdem arietes in principio societatis æstimati fuerunt; omnes inquam hi 180. aurei,

sunt

sunt verum lucrum, verus partus, & verus fructus, horum tantum omnium eorundem 450. arietum: qui, tantum, nunc reperiuntur viui, & salui: qui tantum perseuerarunt, & perseuerantes salui, potuerunt fructificare,& lucrari: & hunc reddere præsentem fructum.

Quinquaginta vero illi & arietes, & aurei inhærentes, & alligati, illis ijsdem ipsis arietibus mortuis,omnes quidem vna semel, & vere perierunt, vni ipsi pecuario: nec arietes, illi 50. ad 450. arietes: nec aurei 50. ad 450. aureos vnquam rediere, nec redire, nec huius præsentis lucri, 180. aureorum, partem aliquam aut ferre, aut parere potuerunt.

PRÆTEREA, vt, hoc ipsum experimentum, (quod persequimur)ex necessarijs demonstrabit;in hoc lucro,in his 180. aureis, continetur totum pastoris socij capitale: quod fuit centum aureorum: &,pecuarius exigens, ac repetens omnes suos quingentos aureos, vel mortuis 50. arietibus; æque iam, exigente iustitia, debet; ex 130. aureis reliquis, ante lucri diuisionem, reddere pastori socio, ante omnia, totum illius capitale: omnes centum aureos: quos omnes vnus apposuit pastor: quibus detractis, ac deductis, reliqui reperiuntur triginta tantum: qui tantum,

sunt verum lucrum, 600. aureorum: quo lucro diuiso æque, singulis centum, huius lucri, 5. aurei, respõdent singulis centum: & hac peracta partitione, ipse pecuarius, suis 500. tantum 25. & pastor æque, suis 100. etiam 5. lucratus fuisset.

Partitio ex 1. institu.

At non sic iniquissimus, & vsurarius non sic: sed; quoniam iam videt; de suis 500. & arietibus, & aureis, 50. perijsse; & capitale, & aureos ad 450. tantum, redactos fuisse: vt integros, certos, & securos possit inuenire, exigere, & repetere, ac recuperare illos eosdem quingentos aureos, iam deperditos: ne, dilata exactione ad vsque lucri diuisionẽ, illos, aut omnes, aut partem, iam non possit recuperare, huius periculi certissimus, & damnum hoc cupiens effugere, ex iniustitiæ, & vsuræ præscripto, antecurrit ad prædam, & anteuertit exactionem, & daturus primum pastori socio, totum capitale illi saluum, in ijsdem 450. arietibus viuis, nonaginta videlicet aureos, (vt hoc ipso experimento aliquãdo, faciendum, explorabimus:) de illo lucro 180. aureorum, primum, & ante omnia, & ante (vt dicunt) partem desumit 50. aureos: pro recuperandis totidem deperditis: quibus primum, in suum pristinum statum restituit, suum capitale, completque iterum suos 500. quo facto, & his exactis, & repetitis, cum, ex reliquis 130. (in quibus adhuc integer reperi-

reperitur pastoris capitale) adhuc potuisset, ante lucri diuisionem, reddere pastori totum capitale, non secus, ac ipse suum acepit: iterato inuadit pastoris capitale: & redditurus primum, illud, vni pastori, eius domino, anteuertit secundo lucri diuisionē: & horum 130. aureorum, qui tantū, & qui omnes, illi sunt lucrum, ex præscripto huius æquissimæ, & fere omnibus probatissimæ institutionis; horum inquam 130. aureorum, Vnam totam partem, totum vnum medium lucrum, 65. aureos retinet sibi: alteram tantum partem, alterum tantum medium lucrum, reliquos tantum 65. aureos, dat pastori socio. His quasi gradibus, qui sexcentis, 30. vix potuit lucrari, parauit sibi ascensum ad sexaginta quinque aureos: His circumuentionibus; ex doli, & fraudis præscripto, pastori socio relaturo 105. in 65. tantum aureos patrauit præcipitium. Quoniam, deductis primum, de illis 180. qui omnes fuerunt lucrum 450. arietum superstitum, deductis inquam 50. pro recuperandis totidem deperditis, reliqui fuerunt tantum 130. & in his non potuerunt inueniri, 210, non potuerunt inueniri bis 105. vt vna parte accepta, & semel acceptis 105. pastor posset recuperare suos 100. & 5. præterea lucrari, æque, ac socius non pastor: & vnusquisque, vel singulus, sex sociorum, vt supra, alijs in societatibus: sed, in 130.

Fere Totū ꝑ diuidit est solū pasto. capit. 100. aureorū:

tantum bis 65. potuerunt inueniri. Hinc, ex duabus his causis, pecuarius, acceptis semel, & extra partem quinquaginta, & iterum, in portionum æqualium, lucri 130. diuisione, acceptis 65. sic potuit referre 115. & illos omnes 65. lucrari. Contra, pastor, qui semel tantum, & sero admittitur ad partitionem, & ad sortem iam decimatam, acceptis tantum 65. non potuit; non deperdere aureos quadraginta: quos, cum pecuarius, omnes desumat de re, & capitali, vnius pastoris; illosque addat, illis 25. quos, quingentis tantum, vel ipse, in societate, cum socio non pastore, vel extra societatem, qui sexcentis, tantum triginta, potuit lucrari; hinc inquam factum est; vt, nunc quingentis tantum, 65. potuerit lucrari: sed iniquissime, & cum vsura. Quis vsuram nunc tam longe, tamq. late explicatam non videt? In aperto est: pro foribus adest. Pecuarius enim, primum, extra partem, 50. aureos deducere curauit, de lucro superstitũ arietum: illos omnes 50. aureos, de vno pastoris capitali extraxit. Primum enim, (vt dicemus prouabimusq. te) restituendũ erat pastori, eius capitale, ante lucri diuisionem. Tandem, mors 50. arietum, & iactura 50. aureorum in illis, & exactio anteacta 50. aureorum, de lucro, 180. aureorum, superstitũ arietum, hæc omnia effecerunt illud; vt pastor relaturus

500.
65.

Vsura in his manifestatur.

105. referat tantum 65. deperdat 40. & pecuarius exacturus tantum 525. reportet 565. desumat de capitali, & de re pastoris, illos 40. aureos: quibus acceptis, eorum 50. qui perierunt, hos saltem 40. exigit a pastore factos sibi saluos, certos, & securos, etiam si non determinate, sed indefinite: etiam si non ex formali contractu: sed ex vi, & necessario consequẽti cõtract⁹ (est hic quidẽ casus omniũ frequẽtissim⁹: & idem quod in hoc, reperies in omnibus seruata proportione.) Tandem si non directe, per obliqua tamen, facta est assecuratio, illorum 40. aureorum: & nullo soluto pretio huius assecurationis: & circa hanc partem, circa hos 40. aureos, verum est mutuum iniquum, & vsurarium. Sed, hic, non est proprius, huius disputationis, locus: digredimur enim iam ab instituto nimis, illud repetamus.

Apertis iam, vel indicatis, duobus fontibus, ex quibus, pecuarius hausit, 40. illos aureos: quos, præter 25. reperitur fuisse lucratum: nunc, retrogrediamur ad pecuarium, socium cum pastore, ex secunda institutione: & quæramus; vnde euenerit; quod hic, non fuerit lucratus 65. vt ille: nec lucratus fuerit 40. sed lucratus fuerit tantum 15. præter illos 25. quos (vt, ex mẽsuris superioribus apparet) potest lucrari: hoc queramus, & inuentum, omnium oculis explicatum videndum subijciamus.

PE-

Partitio ex 2. institu. PECVARIVS socius cum pastore, ex secunda institutione, Mortuis 50. arietibus, iam fatetur; sibi vni perijsse omnes 50. & arietes, & aureos existentes in illis: iam agnoscit, & sentit; sibi, tantum 450. cum arietes, tum aureos remansisse saluos: iam consentit; repertis 630. reliquos 180. exactis 450. omnes esse lucrum commune: illum primum, vsuram sapientem horret, & præterit fontem: continens abstinensq. se, ab illo, pro depertis, aureos nullos deducit: at, nec vllum, ante lucri diuisionem, pastori socio, capitale reddit: sed exactis primum, 450. aureis, saluis sibi vni, in 450. arietibus viuis, arbitratus; reliquos 180. aureos esse lucrum commune: & statim aggreditur illius diuisionem, vel partitionē, illamque absoluit, retento sibi, Vno Medio, illius lucri, altero tantum Medio, concesso, ac reddito pastori socio. Quoniam autem, in illo totali lucro, vel 180. aureorum, & ex 450. arietibus, vere proueniente, non potuerunt inueniri aut bis 105. aut 210. aurei; (quod erat necessum; vt, pastor, vna tantum parte accepta, posset referre illos omnes 105. aureos: quos videtur relaturus, per ea, quæ supra:) sed tantum bis 90. in illo lucro, 180. aureorum reperiuntur: & horum, totam vnam partem, omnes 90. aureos, vnus refert pecuarius; altera tantum, reliquis tantum 90. relictis pastori socio.

cio. Hinc illa, pecuarium, exactis primum, omnibus 450. ſibi ſaluis, acceptis deinde de lucro 90. ex omnibus, ſibi vni conflare potuiſſe totam illam, 540. aureorum vel ſortem, vel ratam: hoc vno, lucrari potuit illos 15. præter illos alios 25. quos tantum, 500. ſupra, ſolitus eſt lucrari. Hinc, paſtorem, nihil præter 90. referre potuiſſe: quo vno, neceſſario eſt factum; vt ad 105. ſibi ex ſupra poſitis debitos, pertingere non potuerit: ſed inferiori, & deteriore conditione factus iam ſit; quam ſocius non paſtor: qui, 100. lucratus fuit 5. ac, etiam, quam paſtor conductus: qui, centum aureorum, certam mercedem recepiſſet: & ſic item factum eſt, vt, ipſe nec poſſit lucrari 5. aureos, nec dum recuperare ſuos centum, ſed deperdat 15. aureos de re ſua, deque ſuo capitali: qui, illi iure naturæ debebantur: & eoſdem lucretur, vel potius, de aliena re furetur pijſſimus, mitiſſimuſq. hic pecuarius: eoſque ſuperaddat illis vere ſuis 525. aureis: quo, iam, 540. inuenit: quos referre poſſit, ac reportare. Hoc natum eſt ex eo; quod, hic pecuarius, exactis ſuis 450. ſibi ſaluis in 450. viuis, ante lucri diuiſionē, debuit; etiā reddere paſtori ſocio ſaluū illi capitale; oēs 90. aureos; quos ille poſuit, in ijſdem 450. arietibus; quiq. nunc, illis viuis, etiam vni paſtori ſunt omnes ſalui. At vero, cū pecuarius hic, etiam anteuerterit lucri partitio-

nem; pastori nullo reddito capitale, sed illo potius rato, & facto lucro communi, & diuiso vt tale, Hinc factum est, vt in illis 90. quos omnes, vnus pecuarius exigit; vnam, sextam partem, eorundem 90. aureorum, quindecim inquam aureos, pastori debitam, clanculum, sub æquissimæ huius societatis pallio abstulerit: qui, quindecim aurei, si detrahãtur pecuario, & pastori restituãtur; ad exactissimam æqualitatem, redacta iam inuenietur hæc societas. At, quindecim illis retentis, hic pecuarius, iam, de re, & capitali, vnius pastoris, vere furatur, vere desumit aureos illos quindecim: & his repetitis, & exactis a pastore, & de capitali pastoris extractis; si dixerimus; his aureis quindecim acceptis, de pastoris capitali, etiam facere sibi certos, saluos, & securos, in hoc, & omnibus huiusmodi casibus, eorum 50. qui perierunt, hos saltem 15. quos, a pastore exigit: qui, sic, pastori pereunt, quasi domino: circa quos, saltem, si exerceri vsuram dixerimus; tu sapientissime inficiaberis? illam indicamus, quoniam hoc damnum vni pastori, & hoc commodum insolitum, pecuario non euenisset; si quinquaginta arietes non perijssent: at nec affirmamus. Nam potest defendi; id euenisse tantum, ex anteacta lucri diuisione, pastori socio, nullo prius reddito capitali. Hic igitur pecuarius, contentus, vno tantum

haurire

haurire ex fonte, Totum capitale pastoris, sibi commune facit: & de hoc, quicquam fere semper accipit: sed multo minus, quam ille alter: qui vtrumq. colligit fontem, & auidissima exæstuans auri argentiq. siti inhiat vtriq. cupiens vtrumque exsiccare, totumq. haurire pastoris capitale.

At, cum illud tantum, experti hactenus fuerimus; partitiones quomodo non debent fieri, aut quibus modis factæ, iniquæ sunt, & iniustæ: illud adhuc videtur reliquum, dicendum nobis, & demonstrandum: quo ductu, quibusue operationibus, aut actionibus debent absolui, peragique partitiones: quo, nullum sit, vel minima in re, errandi periculum: sed tuto procedere possimus; & exitus sperare felicissimos, gratissimos simul, ac æquissimos. Regulam igitur adhæc, vel partitionem iustissimā, si non perfectam, & absolutam, rudem tamen incohatam, & adumbratam, pro præsente necessitate, superioribus iniustissimis, ad maiorem euidentiam, summæ illius iniustitiæ, iniquitatis, & vsuræ, quam ambæ illæ inuolunt, & latissimam omnium explicationem superaddamus.

Experimentum absolutissimum, ac iucundissimum, peragendæ partitionis, in proposito casu, ex præscripto summæ iustitiæ.

Ex præpositis supra principijs in obseruat.

PECVARIVS, in socida, dedit aut quingentos arietes in carne, & pascendos: aut, si 500. aureos; dedit illos alligatos 500. arietibus; singulum aureum, arieti singulo. Hinc, singulus aureus pecuarij, in illo eodem numero singulo ariete, cui alligatus inhæret; aut perit: aut saluum manet: aut fructificat, sui tantum domino: vni pecuario.

PASTOR socius, quingentis aureis pecuarij, centum suos addidit aureos. Ex omnibus, factũ fuit vnum commune, & totale capitale sexcentorũ aureorum: quod totum, extra societatem, vnus apposuit pecuarius. Pastor, in quingentis arietibus, extremo anno, iam posuit centum aureos: quos, in illis pascendis expendit. Hos centum aureos, etiam posuisset alligatos, ijsdem arietibus quingentis: singulas binas drachmas, arieti singulo. Ex quo, singulæ binæ drachmæ pastoris, in illo eodem numero singulo ariete, in quo positæ, & cui alligatæ inhærent

rent aut pereunt: aut ſaluæ manent: aut fructificant ſui tantum domino: vni paſtori.

Hæc, quæ, vel tantum illa ſpeculantibus, iam, quam præſeferunt, luce, poſſunt videri clariſſima, maiorem multo, ab experimento lucem accipient: ac fient, numine fauente Diuino, illuſtriſſima: quorum ſplendorem fulgentiſſimum, nedum affectantes cæcitatem poterunt effugere: nec poterunt; (ſi legerint) non tanto irradiari, illuminarique ſplendore. TANTVM vni experientiæ tribuimus.

Partitio omnium exactiſſima, ex ſummæ iuſtitiæ præſcripto.

MORTVIS quinquaginta arietibus, in illis ipſis, eo ipſo, vtrique ſocio perijt, vnicuique, illud totum: quod ipſe, in arietibus illis, iam põfuit. Pecuario vni, quinquaginta: paſtori vni, decẽ aurei perierunt. Nec ſecus, in 450. arietibus viuis, ſalui perſeuerarunt, & ſalui inueniuntur, & vni pecuario, omnes & tantum 450. Vni paſtori, omnes 90. aurei manẽt ſalui. Hæc ſunt capitalia partialia ſalua: ſociorum, cuique, ſuum. Hæc tantum partialia capitalia, quæ perſeuerarunt ſalua, apta fuere fructificare, & lucrari: vnumquodque, ſui tantum domino, 450.

vni pecuario: 90. vni pastori. Ex his duobus partialibus capitalibus saluis: constituendum est vnum totale capitale saluum, commune, pro rata cuiusque, ambobus socijs: in hoc, vnus pecuarius habet quinque partes, quinquies 90. quoniam de primo 500. quinquies decem, de singulis centum, decimã partem, 10. aureos deperdit. In eodem, pastor habet tantum semel 90. quoniam in primo, tantum semel centũ posuit: & de illo deperdit decimam partem, decem aureos. Estq. idem, ac si sex socij conuenissent, & singulus eorum, semel 90. contulisset. Ex his omnibus sex æqualibus sortibus partialibus in vnã coeuntibus conflatur, & coalescit vna totalis, & communis sors, vnum totale, & commune capitale 540. Hoc determinato, & constituto totale, & commune capitali saluo, 540. aureorum; in hoc præsenti casu, in quo versamur; quod præter hoc ipsum capitale saluum; quod præter hos 540. aureos reperitur: illud totum, & illud tantum, est verum, & totale lucrum, vere natum, & vere, & æque proueniens, ex illo totali, 540. aureorum, commune capitale: & hoc lucrum est vere, æque commune socijs; cuique, pro rata sua. Hinc, repertis (vt nunc) 630. aureis; nec omnes 180. vt secunda institutio decreuit; nec omnes 130. vt, prima institutio iniquissima præfiniuit; nec tantum triginta, vt

in

in communibus, circa alias merces ſocietatibus omnibus, Mercatores omnes ſoliti ſunt iudicare: veriſſimum, & certiſſimum ſtatuere; ſed cum omnes, tum illi tantum 90. aurei: qui, repetito, & exacto primum, totali illo Capitali ſaluo, 540. aureoum, reliqui nunc reperiuntur: illi inquam tantum, & illi omnes 90. aurei, qui Repetitis primum a pecuario omnibus 450. a paſtore 90. accipiendi inueniũtur, ſunt verum, & totale lucrum, vere natum, vere, & æque proueniens ex illis 450. arietibus viuis, & ex illis 540. aureis, qui in arietibus viuis perſeuerantes ſalui apti fuerunt fructificare, & lucrari; & actu fructificarunt, & lucrati ſunt hos omnes, & hos tantum 90. aureos. Qui prouentus, ex 450. arietibus viuis, & 450. aureis, intra annum, nec eſt vberrimus; nec paruus; ſed ſolitis, & frequẽtiſſimis æqualis: ex obſeru. 9. pag. 11. Singulus enim aries, 8. ſolidos, & nummos 10. ſingulum, 90. aureorum, partiale capitale ſaluum; ſinguli ſocij, 90. aureis, intra annum, diuiſio hoc lucro cõmuni, in æquas ſex partes, vnuſquiſque reſpondentem, & debitã ſuo capitali exigẽs, de hoc, 90. aureorũ lucro, 15. aureos ſentiet accepiſſe: ſentiet pecuarius, ſe 450. ſaluis, 75. lucratũ fuiſſe: ſentiet paſtor, ſibi, ſuos 90. ſaluos, 15. peperiſſe. Reperieſq. tu; exitus vere probaſſe; vera fuiſſe; quæ nobis demõſtranda impoſuimus; iniquiſſimam

fuiſſe

fuisse vtramque superiorem cum partitionem, tum
socidæ institutionem: ex qua, consequuta fuit vtra-
que iniustissima partitio. Reperies; nostra omnia
fuisse ex præscripto exactissimæ, absolutissimæq. iu-
stitiæ. Reperies siquidem felicissimum, & iucūdissi-
mum exitū, omnes nostras partitiones nactas fuisse.
Reperies namque; pecuarium, repetitis primum,
Pecuar. lucratur 500. 25. suis omnibus 450. saluis, & de lucro 90. aureorum
75. acceptis, collectis his omnibus; 525. aureos ex
negotio reportasse: 500. intra annum, 25. fuisse lu-
cratum: quos omnes, & quos tantum, ex iustitiæ
præscripto, vt ex præpositis principijs, est iam etiam
atque etiam demonstratum; potuit in præsenti ca-
su, & negotio referre, & lucrari. Reperies tandem;
nostrum, & nobiscum pastorem, necessitate quadā,
curæ pastoralis, nobis coniunctissimum, reperies in-
quam, illum exsultantem lætitia, omnibusq. pasto-
ribus congratulantem, & choros, & choreas ducen-
tem. Dedimus enim illi, suum etiam posse repete-
re totum capitale: quandocumque illud repererit
saluum, & partem, quantulamcumque, quam saluam
inueniet; & hæc omnia ante lucri diuisionem in o-
mni casu: prohibuimusque pecuarium ab illo fon-
te, ex quo semper de ipsius capitale extrahit primū,
eorum, quæ perierunt pretium: quibus perctis,
ipsi tandem nunc restituimus totum suum capitale:

omnes

vere ſaluos; præterea decreuimus; illi de lucro 90. aureorum, totam illam ſextam partem, ſuis 90. vere reſpondentem, & debitam; conceſsimus, & dedimus illi, omnes 15. aureos: quos omnes; & quos tãtum, alijs in ſocietatibus, alius ſimilis ſibi ſocius, in ſimili euentu potuiſſet; 90. appoſitis, lucrari: omnibus collectis, tandem 90. & 15. ipſi elargiti fuimus, omnes illos 105. aureos: quos, ſocius non paſtor, potuit in hoc eodem caſu reportare: & ſentit; ſe, omnes ſuos centum expenſos recuperaſſe: & integrum repetijſſe ſuum capitale: & 5. aureos præterea lucratum fuiſſe: & æqualem ſe agnoſcit, in omnibus, ipſi pecuario, & ſocij nacta conditione; hac iam paſtorem conductum ſuperare, quo hactenus aut ſemper, aut frequentius inueniebatur inferior.

Paſtor recuperat ſuum capitale, & lucratur 100 5

Etiam ſi, eadem hæc partitio perfici potuiſſet, ſpectatis primis capitalibus, 500. pecuarij, & 100. paſtoris; illa vero, non adeo explicaſſet iniuſtitiam, & inæqualitatem, & vſuram: quam inuoluunt ſuperiores illæ partitiones: non ita euoluitur, ac profertur vſura, vel iniuſtitia, æque, ac ſi, ſpectatis arietibus, & aureis ſaluis, partitio peragatur.

Hæc vero partiendi præſcriptio vſui poteſt eſſe tantum, & ex illa peracta partitio inueniri poteſt iuſta, & æqualitatem ſeruare; quando ſocida aut per-

egit, aut non transgreditur annum. Tunc enim, nō exacto primo anno, de pastoris capitale, deducendum est totum illud, quod illi expendere non fuit necesse: vt solidum pro vnoquoque,& singulo ariete: si nouē tantum mensibus gregem custodierit, & partitio debet fieri seruata proportione, & spectato capitali 75.aureorum: quos,nouem mensibus pastor expendit in arietum custodia. Si vero duos annos custodierit arietes;capitale pastoris,erit 200.aureorum:& mortuis 50.illi perierūt 20.aurei:salui remansere in arietibus 450.viuis,180.Si deinde,partitionis die,630.tantū reperti fuerint; tantum reperitur totale capitale,amborum sociorum,saluū in aritibus viuis:non primum:quod fuit 700.aureorū.Pecuario restituendi tātum,&omnes 450. Pastori vni, omnes illi 180. aurei : quos quisque posuit. Nullū inuenitur in arietibus, nec in negotio,lucrū:sed potius damnum,in illa parte 70.aureorū: qui in primo totali capitali amborū sociorum,fuerunt 700.&hoc vno,iā peracta manet etiam,illiusdamni,70.aureorū iustissima partitio. Nam pecuarius,qui 500.posuit, 50.pastor autē,qui,adhibuit 200.deperdit 20.quos quisque in arietibus mortuis,sibi positos,deperdit. Si tandem,in ijsdem 450.arietibus viuis, 700.aurei fuerint reperti,70.tātum,qui præter 630. (qui,fuerunt totale cāpitale saluū) inuenitur,illi inquam tā-

tum

tũ 70. sunt totale, & cõmune lucrũ 630. aure. quorũ 70. aur. 50. debentur pecuario: qui posuit 500. reliqui 20. omnes debentur pastori: qui posuit 200.

Tandem, si pastor arietes custodierit, tres annos; illius capitale erunt 300. Si quattuor annos, 400. Si quinque annos, 500. aurei erunt pastoris capitale: & tunc, non solum secũdum æqualitatem, proportionis Geometricæ; sed etiam, secundum æqualitatem Arithmeticam, erit æqualis pecuario, etsi atietes nõ fuerint 500. nec 500. custodierit, quoniã potuerunt emori & 100. & 200. Nam his, vel, quotcumq. arietibus mortuis, etiã est verum; pecuariũ, nec 500. arietes, nec 500. aureos habuisse in societate, toto societatis tẽpore: nedũ primo anno, & itasemper his spectatis sunt æquales, & partitiones aut commodi, aut damni, debẽt fieri secundũ proportionẽ, eodẽ quo modo, de partitione insecũdo anno agẽda, diximus.

His, vel tantum adumbratis, lumen accendimus nobis magnum: quod nos, in quæ sequuntur theoremmata tutius, ac rectius deducet.

Theorèmma III.

IN omni socidarũ institutione, Primũ, iusto pretio æstimanda animalia; quæ dantur pascenda ex societate: & illud pretium est certo numero notandum: non tantum in cumulo, sed in animali, seu

de animali singulo. Quoniam, vt, ostendimus nostra in partitione; singula animalia viua, & pretium primum, singuli cuiusque, sunt capitalia pecuarij, & quot sunt capita; tot capitalia; & in aut damni, aut lucri partitione, & in capitali salui inuentione: hæc omnia, & singula animalia, viua maxime sunt, immo solum spectanda: ne, vlla vnquam possit inuolui aut vsura, aut iniustitia. Hinc, nos, in proposito nobis casu; quem assumpsimus, non quod de singulari agamus, agimus (enim de vniuerso genere vna, & altera specie socidarũ iniusta, & iusta: quas, duæ diuersæ institutiones cõstituunt,) sed assumpsimus singularẽ casum: quoniam, in his, vniuersalia tantum, maxime contemplari; non multo maioris est vtilitatis; quam in medicina, hominem, in specie, & vniuersum tantum, didicisse curare: in his, descendum nobis necessario ad singularia: & in his, circunstantiæ excutiendæ maxime, earumq. qualitates. Hinc inquam, nos, in proposito casu: Capitale pecuarij, quingentos arietes esse constituimus: & Omnes, 500. aureis, & singulum, decem drachmis æstimamus.

Theoremma IIII.

IN Omni, huiusmodi socidarum, institutione, pastori etiam, a principio, necessario assignandum

est,

est, & certo constituendum definitum, & determinatum Capitale. Hoc enim, a principio, fuit nobis maxime propositum: demonstrare: ac permultis demonstrauimus excussis exemplis, & factis experimentis. Determinandum est; expensis omnibus circunstantijs, & earum qualitatibus: facturo tamen, expensas omnes cõmuniter necessarias, ex proprijs, & collaturo, omnes operas, communi pastori vsu adhibendas: æstimatis etiam iusto pretio his omnibus operibus, industria, & necessarijs omnibus expensis: his omnibus spectatis iuxta earum omnium iustum pretium arbitrio prudentum pecuariorum, & pastorum. Capitale pastoris, vt pecuarij, debet certo, & determinato numero notari: quasi illud, pastor, totum, in pecunia numerata contulisset, & appositisset in ipso societatis principio aut 100. aut 200. aut 300. aureos. Notandum etiam, illius totalis capitalis, quæ pars respondeat, singulo animali. In quo assignando, & constituendo, est etiam in primis spectandum, & determinadum, & præfiniendum tempus, ad quod societas contrahitur. Nam, etiam si, pecuarij Capitale, nunquam vel augetur, vel crescit numero; sed potius, semper minuitur: vt, nec arietes, nec quingenti aurei pecuarij, plures vnquam; sed semper pauciores fiunt: quod sup. nu. 21. & 22. obseruauimus, & notauimus,

Pastori datur Capitale.

& est

& est de vtroque cõsiderandum, in peragendis partitionibus. Capitale autem pastoris contra, in dies singulos additur, crescit, & augetur. Vt sæpe diximus. In hoc enim, in quo versamur casu, Capitale pastoris sunt primo anno 100. secundo 200. tertio 300. &, si, ad quintum annum socida protraheretur, capitale iam fieret, essetq. quingentorũ aureorum: iam fieret æquale pecuarij capitali: quod, vel quinto anno extremo fuisset quingentorũ: de quo totali capitali, singulis annis, duæ drachmæ assignantur singulo arieti: primo anno duæ: secũdo 4. tertio 6. & 10. tandem quinto. Videtur quidem; pastorem singulis annis emisse, illam partem, in singulo ariete: quæ respondet, & debetur duabus drachmis: & quinto anno, 10. drachmis expensis, in eodem illo pascendo, totum Medium iam emisse, & alterum medium tantum remanere pecuario: ex quo, repertis, in singulo ariete viuo, viginti drachmis, quinto extremo anno: nullum esset lucrum: decem omnes, vnius pastoris: decem tantum Pecuarij. Repertis triginta drachmis, decem sunt lucrum, quinque pecuarij, quinque pastoris.

Maxime obseruãdum.

Hæc Nullꝰ vnquã obseruauit.

Theo-

Theoremma V.

DEterminatis,& conſtitutis duobus capitalibus partialibus,ex vtroque,conflandum vnum totale, & commune amborum ſociorum capitale: vt, in hoc caſu,totale commune capitale ſunt 600. aurei primo anno; ſecundo 700. tertio 800. Hoc in ipſo ſtatim limine huius ſocietatis. Die etiam partitionis, de partialibus capitalibus ſaluis, idem faciendum: vt, abſque vllo errore, poſſit inueniri, & certo ſciri; an, in capitale primum appoſito ſit damnum,& quantum:(& hoc inuentu eſt facile: quoniam in vnoque animali quantum vnicuique perierit ſtatim poteſt ſciri) & an tantum ſit capitale, & an ſit lucrum, & illud ſi inuenitur, quantum. Hinc, mortuis quinquaginta arietibus; Totale, & commune capitale nobis nunc ſunt 540. aurei.

Theoremma VI.

VTrumque capitale partiale, & totum commune, & totale alligatur iſjdem numero animalibus, permanſuris ſuperſtitibus, ijſdem numero: alligatur omnibus, & ſingulis animalibus, totale omnibus ſimul, partiale ſingulis. Vt nunc 500. aurei pecuarij, & centum paſtoris, ijſdem numero ſingu-

singulis 500. arietibus: singulus aureus pecuarij, & primo anno, singulæ binæ drachmæ : secundo, singulæ quatuor: tertio, singulæ sex drachmæ pastoris, singulo arieti, indissolubili vinculo, inhærentesque inseparabiliter. Ita, vt, verius esse videatur, & sit; am bos socios simul, 500. arietes posuisse in societate emptos ab ambobus, primo anno 600. secundo anno 700. tertio anno 800. aureis. Sed, ita, vt, omnes præter 500. vnum pastorem illos posuisse sit exploratum, & certum. Est quidem id, multo verius, quã pecuarium vnum, 500. aureos appositisse : pastorẽ, nullos vnquam adhibuisse. His etiam positis; quæ sequũtur; omnia, ex his, impetu suo venire, & prorumpere manifesto videbuntur.

Theoremma VII.

IN socidis hinc, nunquam spectanda sola pecunia: in primis, primum apposita: vel vno tantum mortuo animali; vel ariete, pecunia iam despicienda omnino, & negligenda. Animalia potius ipsa, & viua tantum, & singula maxime, & primum spectãda: postremo pretium primum, eorundem singulorum animalium: aut simul, & tantum, omnium, quæ die partitionis viua reperiuntur. Mortua enim, in parti-

partitionibus, iam nullum habent locum: lege potius communi mortuorum, tradenda omnino oblivioni. Capitale enim illud primum, in pecunia certa, & determinata notatum, vel vno mortuo animali, vel vno tantum deperdito ariete, vt nunc, illud, 500. aureorum capitale, vel vno inquam mortuo ariete; iam desinit esse, 500. aureorum; iam factum 490. Nec potest iam pecuarius, in partitione, repetere suos 500. sed tantum saluos: tantum illos 499. Pretium primum mortuorum, totum inquam illud, quod pecuarius in mortuis posuerat, detrahendum est, de primo illo pecuarij capitale: nec secus, totum, quod, pastor posuerat, deducendum; de primo pastoris capitali. Immo vtrumque hoc capitale iam negligendum, quoniam, tutius est; nullam huius iam habere rationem. Si enim pretium mortuorum, de primo capitale pecuarij non fuerit deductum: sed integrum fuerit ab illo repetitum, omnes partitiones erunt iniquissimæ, ac vsurariæ: vt, superioribus exemplis, cuique, oculis proprijs inspiciendum, proposuimus; experimentis minutissimis comprobauimus: quæ, nullum tergiuersationi locum relinquunt. Hæc maximæ in socidis. In societatibus si aliter; sapientissimis in scientijs, & in societatibus magni ponderis versantibus, exercitatissimisq. & peritissimis in illarum rationibus refe-

rendis, & conferendis integra omnia hæc explo-
randa relinquemus. Dabimus forte, in his no-
stris, lumen aliquod, ei, qui voluerit in illis experiri:
idem, quod, nos in focidis. Et si, hæc damna, &
inæqualitatem hanc explorare, & inuenire est mul-
to difficilius in illis: quod merces sunt indefinitæ,
incertæ, indeterminatæ, tantæque, ac variæ: Ari-
thmeticæ tamen peritissimis, nec erit impossibile:
ne dum difficile. Facillimum saltem erit inuenire
illud: Capitale, necessario concedendum, & assi-
gnandum, & reddendum esse, ante lucri diuisio-
nem, socio, maxime facienti omnes expensas ex
proprijs: ac etiam, apponenti operas tantum, &
industriam: quando hæ aut omnino, aut fere pre-
tio, & æstimatione sunt æquales, pecuniæ appo-
sitæ, & dicatæ negotiationi: quod Caiet. *in sum. verb.*
soc. negat.

Quinq; circa animalia casus.

In animalibus, quorum tantum, habendam esse rationem diximus; quinque casus, aut euen-
tus nobis spectandi nunc occurrunt. [1] Aut, quod,
omnia, vel singula animalia perierint omnino, &
mortua iam sint. [2] Aut, quod vel omnia, vel
singula, (vt loquuntur) existant deteriorata
æstimenturque vilius, ex quacumque causa fue-
rit. [3] Aut, quod, vel in omnibus, vel singulis
viuis, tantum inueniatur capitale vnius pecua-
rij:

rij: quod in ijsdem ipsis, vel omnibus, vel singulis viuis, pecuarius, primo die, initæ societatis, dedit positum. 4 Aut, quod, animalia, facta fuerint meliora: vel omnia, vel singula; & in illis non solum inueniatur capitale: quod dicimus; esse primum pecuarij: sed præter illud, quicquam amplius: tamen non adhuc reperitur, totum capitale pecuarij, totum etiam pastoris. Aut, quod, vel in omnibus, vel singulis animalibus, integrum iam reperiatur totale capitale amborum sociorum: totum capitale partiale pecuarij: totum etiam capitale partiale pastoris: in singulis primo extremo anno 12. secundo extremo 14. tertio extremo 16. drachmæ: sed, præter has nihil amplius reperitur. 5 Aut tandem, quod, vel in omnibus, vel singulis animalibus, iam reperitur quicquam amplius; primo extremo anno amplius, quam duodecim: secundo quicquam amplius, quam 14. tertio quicquam amplius, quam 16. Hæc, nos, in nobis proposito casu, pro exemplo, ad omnia illustranda. Tu, in tibi oblatis, seruata proportione, (si nostram probaberis doctrinam) poteris hæc nostra imitari. His omnibus casibus, Quinque his euentibus, Quinque Theoremmata, vnicuique suum reddemus.

Temporis etiam, in socida instituenda, cura habenda est maxima. Potestq. tempus duplex considerari. [1] Aut illud, ad quod socida instituitur: vt vel ad annum tantum: aut si ad duos: aut si ad tres: vel, si nullum, illi præfinitum fuit tempus; spectandū tamen totum illud: quod, pastor animalia custodiuit, ad vsque partitionis diem. Nam, vt, supra demonstrauimus; pastor, semper addit multo plus: & multo maius, in dies singulos, facit suum capitale. [2] Aut, tempus potest considerari illud: in quo, animalia, quæ, die partitionis, desiderantur; perierunt.

Præfati iam cum fuerimus omnia propria huius contractus; quæ, aliquo adhibito studio, inuenire potuimus; præiacienda, & præmittenda etiam nobis occurrunt, quædam principia communissima, necessaria maxime huic doctrinæ, & nostro instituto; de quibus nihil nobis quærendū, in hac, quæ, omnibus subalternatur, doctrinis: sed ab Architectonicis, & superioribus iam demonstrata, & nobis tradita accipiemus, præponemusq. tantum, & tāquam iam sua propria stabilitate firmissima, vt suā nostris mutuent; ea substernemus. Nam his substratis, tutius nostra superstruemus: quæ inixa illis, fauente Deo, omnia quæ illis superædificare nobis contigerit, erūt quidem firmitate maxima stabilita,

nec

nec poterunt vnquam aut corruere, aut cadere, aut non manere perpetua. Sed, cui, hominum conceſſum in doctrinis; tenere ſemper, nunquam deſerere fundamenta? cui ædificatori datum, ad pondus ſemper, & perpendiculum ſuperſtruere? ad læuam, vel ſiniſtram non aliquando declinare; rectam ſemper tenere; cui vnquam contigit longo, inuioq. in itinere? Nec Ariſtoteli, nec Homero: de hoc aliquando dormiſſe dicitur: de illo a vero in multis aberraſſe (etiam ſi multa præclara dixit) Orthodoxi omnes ſentimus, nec in ijs tantum, quæ ſola docet fides. Hæc igitur, collecta omnia præmittemus, ne ſæpe, ac ſæpius (vt neceſſum fuiſſet non præpoſitis) repetentes eadem, te legentem tædio efficiamus.

Communiſsimæ ſapientum Exiſtimationes: quæ, Dignitates, & Axiomata, & Elementa, & Principia quædam ſunt, Demonſtrationum quam multarum: quæ in contractuum, communi doctrina, & poſsibiles ſunt, & neceſsariæ.

ÆQualitas exactiſſima (ſi humanæ infirmitati eſt poſsibilis) ex ſummæ iuſtitiæ præſcripto in 1

omni contractu cuiusuis speciei, in vnoquoque propria, & sua, spectanda maxime, & seruanda inter cõtrahentes, semper.

Alia quidem æqualitas, vel aliter spectanda, & est propria venditionis, & emptionis: alia Mutui; alia societatis: alia conductionis, & locationis: & harũ, alia est, quando, locanti suas operas, certa: alia, quãdo incerta; &, aut a fortuna, aut sorte expectanda promittitur merces.

2 QVICQVID perit; sui tantum domino perit.

Maxime: quum, aliquo contractu, vel depositi, vel assecurationis, &c. illius in se periculum alius non susceperit: nec alius, de illius iactura tenetur.

3 Quicquid manet saluum: sui tantum domino manet saluum.

4 Quicquid fructificat; sui tantum domino fructificat.

Hæc tria posteriora ex illo omnino primo, cum dimanant prorumpuntq. suo impetu: tum etiam, quando est necessum demonstrantur apodictice. Æqualitas enim ipsa, quam iustitia seueriſſima censora, omnibus præscribit; Totum, quod suum est, iam deperditum, denegat; saluum reddit: fructum rei suæ, ac propriæ, decernit cuique. In his tribus, quam multæ inuolutę latent demonstratione? Quas

negant

negant possibiles : qui,& ignorant ipsa principia, & necessariam Axiomatum,& Principiorum vsum: qui Dignitatum,& simplicissimorum aut primorum Elementorum, demonstrationum, lucis, vsura, numquam fruuntur.

Ex his autem vnis, pendet vniuersa,& omnis, omnium, circa rem familiarem, contractuum, recta, & equissima discissio,& diiudicatio. Quarti etiam vnius est diiudicare, discernere, decernereq. cuiusuis datę pecunię, Vsurę, cui debeantur an danti, an accipienti in Cambijs, in Censibus, in Pignerationibus, in Locationibus, in Depositis, in Mutuationibus, & in omnibus tandem societatibus.

Ex his ipsis D. Tho. Doctor,& sanctissimus,& demonstrandi scientię sapientissimus, 2.2. *q.* 78. *art.* 2. *in responsione ad argum.* 5. euoluit, explicat, profert, depromit, quę in illis inuoluta latent, ex illis demõstrãtur oĩa illa, quib⁹ a Mutuo, separat maxime societatẽ.

Quicquid est mutuatum, aut perit, aut saluum manet, aut fructificat tantum accipienti. 5

Quicquid est positum in societate, cõtra, aut perit, aut saluum manet, aut fructificat tantum Danti. 6

Vsurę, pecunię mutuatę, omnes, exigente iustitia, debentur vni accipienti. 7

Vsurę, pecunię positę in societate cõtra, vni danti debentur omnes. 8

Hęc

Hæc longe, lateque explicassemus; si, in illa, a nostro instituto diggressio, futura non esset longissima.

Tribus illis principijs secundo, tertio, & quarto addidimus verbum illud, TANTVM. Nec te hoc cõmoueat: Verissima sunt quidem sic: vt ea pronuntiauimus, si simpliciter, si per se sumantur, & absolute, & omni remoto, cum alio, aliquo contractu: Mutuum tibi sit in testimonium. Hinc, in societatibus, nulla capitalium fit vnquam communicatio: sed lucri tantum: aut quod verius; nec lucri: sed sociorum quisq. suam curat, & cognoscere, & certis pondere, numero, & mensura, notare sortẽ: vt, finita societate, illam possit dignoscere, & diducere ab alijs, & quantum sibi, lucri prouenientis debeatur; certo possit scire: vt tandem illud possit exigere: ne socij alij, his neglectis curis, vel capitalis, vel lucri sui, aliquam partem aut re ignorata, aut clanculum possint reportare. Estq. hoc totum ab ipso iure naturali: quod tria illa Axiomata prænuntiant, ac præscribunt. Ex conuentione vero, & pro bono pacis socij aliquando faciunt communia, id est, vna eademq. nota afficiunt, quæ conferunt capitalia: maxime quando sunt æqualia: vel etiam si non sint: vt, quando, vnus ducentos, alter trecentos dant arietes tertio in societatem: eadem omnes

nota

nota inurunt arietes. Sed, nec hoc est; vere communia facere capitalia. Lessius hoc inuertit: amissa luce, trium illorum principiorum. Inquit enim; socios aliquando ita conuenire, vt nulla inter se sit cõmunicatio capitalium: sed tantum lucri: quod, vt diximus ius naturæ præscribit.

TRIA hæc principia, tria alia, ex se (suum vnum quodque) gignunt: & hæc atque illa, omnia mutuo conuertuntnr. Omnis siquidem ille, cui aut perit, aut salua manet, aut fructificat res aliqua; illius eiusdem rei est dominus. Si enim non est dominus, nec potest illam deperdere: nec saluam accipere: nec illius vsuras exigere, nec expetere. Omnis ille, cui res aliqua perit, & salua manet: potest eiusdem vsuras, & fructus referre. Omnis qui, vsuras exigit illius pecuniæ, vel rei: quæ, sibi, cum saluatur manet salua, & deperdita non perit, sed alteri, accipienti inquam perit; Hic est vere vsurarius: quando, assecurationis nullus intercedit contractus: aut etiam si intercedat; nunquam, & nullum, assecurationis soluitur pretium. Sed hæc in suum locum.

DOMINIA vero, vnius, & eiusdem numero rei, aliquando sunt diuisa. Vnus, quando, illius, directũ tantum; alius autem vtile tantum habet dominium. Præterea, quando, per partes diuisa est multis dominis, manens ipsa semper eadem numero, & integra.

Quo in casu, ipsa, est totale fundũ omnium, & quæuis ipsius pars, partiale singuli cuiusque. Quæ si eueniant, semper tamen immobilia manent; & suam semper seruant, ac retinent primam veritatem, tria illa principia. Tota illa integra pereunte: dominorũ quisque deperdit illud totum, & illud tantũ, quod habet in illa: & illa tota perit, sui tantum dominis, & omnibus illis, & singulis, pro rata cuiusque: idem, si tota manet salua. Si non perit tota: nec tota manet salua: si nota cuique sua erat pars: deperdita, perit sui tantum domino, & salua, sui tantum manet salua. Si partes non erant notatæ; vnusquisque deperdit seruata proportione pro rata sua: & secundum eandem proportionem, in salua, partem etiam habebit saluam. Tandem, quæuis, illius vnius rei, pars salua perseuerans, sui tantum domino fructificat: nulla fructificat, alterius a se partis, domino. Hæc omnia, quoniam sæpe repetenda; singula suo in loco illustrabimus exemplis. Hinc, nunc, illis adhibendis supersedebimus. Hactenus, de omnibus, & proprijs, & communibus principijs, ad futura, nobis necessarijs. Quæ, elementa nobis erunt iam, ad demonstranda theoremmata, quæ illis adhibebimus.

(?.)

CRISIS,

CRISIS, DISCISIO, DIIVDICATIO: Superioris vtriusque institutionis Condemnatio: sociæ Æquissimæ Præscriptio.

METhodo naturæ, compositionis, & demonstrandi sciētiæ, in superioribus omnibus, summa cura, & studio seruata, prima dedimus iam, ac præposuimus, præiecimusque & altissima, superstruendæ nobis fabricæ, & propria, (in quibus negotium difficilius) & communissima, & minus communia, propria inquam societatū, cū elementa, tum principia: quæ, primæ; natiuæ, germanæ, adæquatæ sunt causæ quamobrem, & ex quibus, demonstranda, ea omnia Theoremata: quæ, sunt maxime propria, nostri instituti, & nobis, ab initio, in primis proposita. Præiactis igitur fundamentis, hisq. firmissimis, & immobilibus, immoti, constanteſq. in his, illisque inhærentes, fabricæ nostræ opus, ædere incipiamus, & noua, nec ingrata, proprijssimorum theoremmatum accessione, iam cumulemus, & illustremus superiora. Sit igitur, octauum theoremma, ad primum circa animalia casum.

Primus casus. *Aut Omnia animalia; aut pars perierunt: aut vnum tantum periit animal.*

Theoremma VIII.

PEcuario vni, perit totum illud: quod ipse posuerat in illis ijsdem numero mortuis, & quod in omnibus, & quod, in quouis singulo.

Pastori non secus vni, perit etiam totum illud, & illud tantum: quod ipse expenderat, & posuerat, in illis omnibus, aut illo singulo, ijsdem numero animalibus mortuis, vel mortuo. Quicquid enim perit; sui tantum domino.

Ex his, Mortuis, in proposito nobis exemplo, omnibus quingentis arietibus, pecuario vni, pereunt omnes quingenti aurei. Pastori vni extremis annis, primo anno centum: secundo ducenti: tertio trecenti. Mortuis tantū quinquaginta; Pecuario vni, pereunt omnes quinquaginta aurei: Pastori tantum primo anno, decem: secundo viginti: tertio triginta aurei. Et, hoc idem sit iudicium, ad alios casus, seruata proportione: ac etiam vno tantum mortuo ariete: Pecuario vni, in illo eodem, pereunt omnes decem drachmæ: Pastori vni, & tantum primo anno duæ: secundo quattuor: tertio sex drachmæ. Vnicuique illud totum, & illud tantum: quod ipse,

in

in deperditis, vel mortuis iam posuit.

Pastor, nunquam potest deperdere; nisi illud tantum: quod vere, & actu iam expendit, vsuque consumpsit, & posuit in arietibus mortuis. Vnde, si, statim in primo principio, fere nullis, aut perpaucis factis expensis, omnes quingenti perierint arietes; quingentorum aureorum, nullam partem, potest pecuarius, a pastore exigere: quin interueniant & iniustitia, & vsura. Quicquid enim perit, Quicquid fructificat. In quocunque statu, res sit; quisque tantum deperdit: quod vere, & actu posuit. Capitalium enim, nec in deperdito, nec in saluo vlla vnquam potest esse communicatio: ex superiorũ principiorum, quæ, inconcussa veritate sunt firmissima, præscripto: cuius oblitus Lessius, scripsit Mercatoris expensas non factas, sorti alterius addendas. Hæc ni fallor Less.

Pretium hinc eorum, quæ perierunt: nec capitale inquam aut pastoris, aut pecuarij: quod positũ fuerat, & perijt, in animalibus mortuis; potest vnquam exigi, aut repeti; ne dum, ex lucro superstitum, ante lucri diuisionem, potest desumi: acciperetur enim iam, pars aliqua: quæ, vere, & iustitia exigente, est alterius socij: vt, experimentis, manifesta, in superioribus iniquis partitionibus, pag. 92. & 96. demonstrauimus. Aut si pecuarius exigit, red-

dat etiam suum, pastori socio integrum: quod ille in viuis, & mortuis, aut posuit: aut etiã illi ponendum fuisset: si ad vsque partitionis diem, vixissent. Vt nunc; si mortuis quinquaginta, pecuarius repetit suos quingentos; pastori etiam debet reddere omnes centũ: quos ille aut posuit, aut debuisset ponere cum inviuis, tũ in mortuis. Vt enim pecuarius, sic etiam pastor potest repetere, quod posuerat: aut positurus erat in mortuis. Temporis enim, in his casibus, cura nulla habenda. Quod si, exactis primum, a pecuario, omnibus quingentis, iam pastor non possit recuperare omnes suos centum: tunc pecuarius, non potest repetere ante omnia quicquã amplius; quam, quod in viuis posuit a principio; & in illis ijsdem, in singulis reperit saluum. Hinc, vt diximus, in socidis, animalia mortua, omnino obliuisci; in partitionibus peragendis; aptius multo. Hactenus, de octauo theoremmate: nonum, quod secundo respondeat casui adhibeamus.

Secũdus casus. *Aut Omnia animalia inueniuntur viua: aut pars: aut vnum tantum animal. Sed deteriora facta: sit ex quacunque causa: Viluerunt quidem pretio aut ex multa abundantia: aut ex infirmitate aliqua.*

Vt in nobis proposito exemplo: Omnes quingentis arietes, (ponamus si id possibile) reperiuntur salui.

salui: Sed in illis non quingenti: sed tantum 450. aurei reperiuntur. Aut mortuis 50. in 450. arietibus saluis, 400. tantum aurei: aut in vno tantum ariete superstite: qui in partitionem venit; 8. tantum reperiuntur drachmæ.

Theoremma IX.

TOtum illud, & illud tantum; quod, in animalibus illis, ijsdem numero viuis, saluum reperitur, est vnius pecuarij. Totum, quod præter illud, ipse posuerat; perijt vni illi: & pastor quod actu posuit; illud totum, & illud tantum deperdit: quantulumcumque illud sit: de saluo: non potest quicquam exigere. Quicquid enim perit; Quicquid saluum manet; sui tantum domino.

His, quæ, ad secundum casum respõdent, definitis, ad decimum theoremma: quod; casui respondet tertio, iam ascendamus.

Aut omnia animalia: aut pars inueniuntur viua: aut vnũ tantum. At, nihilo meliora facta. Tertius casus.

Vt, (idem persequentes exemplum) si (id possibile) omnes 500. arietes viui reperiuntur: & in illis 500. tantum aurei: aut mortuis 50. in 450. viuis, tantum 450. aurei inueniuntur.

Theoremma

Theoremma X.

TOtum illud, quod in arietibus viuis saluum reperitur: illud totum integre restituendum vni pecuario. Pastor, de hoc capitale pecuarij saluo, nihil potest exigere.

Pastor, in hoc casu, quod, posuit cum in arietibus mortuis, tum in viuis; illud totum vnus ipse deperdit: vel, omnes, tertio anno extremo, aureos TRECENTOS. Tanta est, adeoque permanens vis, duorum illorum Axiomatum, Quicquid perit; Quicquid saluum manet, &c. Nec inæqualitas illa; qua, pecuarius nihil deperdit in quingentis arietitibus viuis, & pastor deperdit centum aureos: totum suum capitale: nec pietas, aut misericordia, quibus ducti pro pastoribus laboramus; poterunt nos vnquam, ab illis immobilibus, perpetuisq. in sua veritate dimouere fundamentis. Maxime, cum inueniamus, ab ipso humano, & ciuili iure additam regulam illam consultissimam; Causa data, & causa non sequuta: Quæ est principium primum, & Axioma, ex quo vno, contracta omnia conditionalia, si æqualitatem seruant, & iustitiam; diiudicantur, & definiuntur. Ex hoc igitur principio; Quoniam pecuarius, vt pastorem redderet diligentiorem,

rem,& vigilantiſſimum: nec ex cõuentione, voluit illi aut concedere, aut promittere, ſui capitalis ſalui, aliquam partem: ſed lucri, eam tantum: (hoc nos ſtatuimus) quæ paſtoris capitali, ſeruata proportione,reſpondere fuerit inuentum:&paſtor,hac acceptata conditione,in illud conſenſit:&illud voluit ſubire periculum:vt omnes expenſæ(tantum tamen poſitæ,) ſibi vni perirent: quando in arietibus viuis ſolũ,& tantũ,illud quod vnus pecuarius,in illis ipſis ijſdem numero viuis, a primo principio,poſuit;& nihil præterea inuenitur. Huic inquã,quod, periculo ſe exponere,ſpe illa ductus, & recuperandi totum ſuum capitale,& præterea quicquam lucrandi, elegit potius ſe,remue ſuam,ſorti committere, ac fortunæ: vt, ſi animalia ipſa viua aut deteriora, aut non meliora facta fuerint: aut quacumque ex cauſa pretio viluerint, nec pluris æſtimentur; quam,cum, pecuarius dedit illas;illud totũ ſibi vni periret: elegit inquam hanc potius ſubire conditionem: quam, locatis operibus ſuis, certam, ac determinatam mercedem,pro quingentis arietibus paſcendis,centum tantum aureos relaturus,conductus,pecuario moroſiſſimo ſeruire. Nullo,hinc igitur, in animalibus viuis, reperto lucro; ne, incuria, negligentia,pigritia, vel tandem inertia paſtoris parum induſtrij,maneat impunita;ius ipſum,legeſque

optime constitutæ reipublicæ nos spectantes, vt pastor inertissimus, somno indulgēs totas noctes, quique, pastorum more frequentissimo, (vt necessum erat gregi) magnam noctis cuiusque partem, neglexit excubare; nihil accipiat de capitali, vni pecuario, in animalibus partitionis die viuis, saluo: sed, vt, vnus ipse, omnes suas, industriam nullam, operas, expensas, totum tandem suum capitale deperdat; pecuarius vnus nihil deperdat: sed totum suum capitale in ijsdem illis viuis animalibus a se positū, sibi vni saluum repetat, ac recipiat; tandem decernimus: ratum nobis æquissimum. Hinc etiam.

PASTOR, nihil vnquam potest accipere, de re quæ in animalibus viuis reperitur: quo ad pecuari', quod, ipse, in illis numero ijsdem primo posuit; illud tantum, sibi vni saluum, integre repetiuerit. Ratio enim id præscribit; vt, Primus repetat: qui posuit primus.

Inæqualitas, at dices, & maxima, reliqua in his inuenitur: quæ omnem e modio tollit iustitiam: quæ in omnibus spectanda, & retinenda maxime, & prima. Pastorem vnum, hoc decretum nimium grauat. Æqualitas illud exigere videtur; vt damnum, quod tunc, positis a pecuario, & pastore sexcentis, & repertis deinde tantum quingentis, inuenitur: illud totum pro rata cuiusque proportione seruata diuidatur.

datur. Quando,si, verum est; pecuarium, in arietibus quingentis viuis, 500. & in 450. viuis, 450. & in vno tantum viuo ariete, aureum actu posuisse; æque etiam est verum; pastorem, in ijsdem, extremo anno posuisse aureos & 100. & 90. & duas drachmas in singulo, ac vnoquoque vno. Et maxime quando, quod viluerint; quod non pluris æstimentur; quod ex infirmitate deteriora facta fuerint; pastor in nulla aut leui, aut lata culpa potest deprehendi: sed omnem curam, communi vsu pastorum, cõferendam, adhibuit. Vere quidem, æqualitas hæc, in præfinitione nostra, desideratur: & inæqualitas nos, pro pecuario diuite præoccupauit. At nec tale. Sed, in tertio, ab hoc theoremmate, inæqualitate alia occursura nobis: quæ pecuarium vnum grauabit: inæqualitatem resarcientes inæqualitate; cõpensabimus. Tu nos illuc expecta dum gradus, ponimus necessarios, in quorum primo, Theoremma constituimus 11. quo casui quarto respondebimus.

Aut, Omnia animalia; aut, pars, viua inueniuntur; aut vnum tantum: & meliora facta: Sed, præter quod posuit pecuarius; aut, non totum, quod posuit pastor; aut illud tantum; prætera, nihil inuenitur. Quartus casus.

Vt, in nostro, quod prosequimur, exemplo: aut in 500. arietibus omnibus viuis, vel 550. vel 600. tantum: aut in 450. viuis, vel 495. tantum: aut 540. primo extremo anno; & in singulo ariete, vel 11. vel 12. drachmæ tantum inueniuntur: secundo anno, in 400. tantum viuis, 540. aut 580. aurei: Tertio anno, in ijsdem 400. arietibus viuis, aut 560. 640. tantum reperiuntur: aut vel 15. vel 16. drachmæ tantum, reperiuntur in singulo.

Theoremma XI.

TOtum illud, quod, præter primum pretium eo rũdem ipsorum animalium viuorum; quodque pecuarius in illis ijsdem numero viuis, posuit; reperitur; quo ad pastoris capitale fuerit completum; totum inquam illud, & illud tantum, aut parum, aut totum est vnius pastoris.

Hinc, in omnibus casibus, pro exemplo, supra proxime positis, exacto a pecuario, toto, quod ipse, in illis ijsdem animalibus viuis posuit a principio; reliquum totum est vnius pastoris. Vnde, si, primo extremo anno, in 450. tantum arietibus communiter viuis, aut 495. aut 540. aurei, inueniantur: omnes 450. tantum, sunt vnius pecuarij: Reliqui omnes aut 45. aut 90. vni debentur pastori. Si, ter-

tio,

tio, extremo anno, in 400. tantum communiter viuis aut 560. aut 640. & in ſigulo aut 15. aut 16. drachmæ reperiũtur: Repetitis à pecuario ſuis tantum 400. & in ſingulo ariete, 10. drachmis: quos, vel quas ille in ijſdem numero arietibus viuis poſuit; reliquum, quantumcumque fuerit, eſt vnius paſtoris: aut tres, aut 5. aut 6. drachmæ, tertio extremo anno in ariete ſingulo viuo. Hæc omnia, ex præfinitione, vnius tertij Principij. Quicquid ſaluum manet, ſui tantum domino.

Ratio etiam, huius noſtræ ſententię, eſt ex multis manifeſta. Cum, quoniam, in his ijſdem caſibus, pecuarius extra ſocietatem, exactis, capitali ſaluo in arietibus viuis, & expenſis, primo extremo anno, Repertis 550. perdidiſſet 50. Repertis tantum 600 nihil lucratus fuiſſet. Tertio anno extremo viuis in arietibus 400. repertis tantum 650. perdidiſſet 150 de ſuo 800. aureorum capitali: & repertis 800. tantum, nihil fuiſſet lucratus. Quæ igitur, reliqua poteſt inueniri ratio: ex qua, repertis primo anno 600. tantum, lucretur 50. & 150. lucretur tertio anno extremo, repertis tantum 800. appoſitis 500. tantum, in ſocietate. Præterea. Quando, in arietibus 450. viuis, aurei reperiuntur 540. exactis a pecuario omnibus 450. quos ipſe, in illis arietibus viuis poſuit; nihil prętera poteſt reperire pecuarius: quod

Maxime Obſeru.

quod ipse posuerit. Ipse enim in arietibus 450.nũc viuis, 450. tantum aureos posuit: præterea nihil. Hinc, nec potest dicere; in arietibus 450. aureos 500.posuisse: nec illos 45. aut 50.esse partem sui capitalis 500.aureorum: vtrumque enim esset falsum. Tum etiam: quod, in casibus propositis, vt quando in arietibus 450. viuis primo extremo anno 540. tantum, exactis a pecuario 450. reliquos 90.& tertio extremo anno in arietibus 400. viuis 640. tantum aurei reperiũtur; repetitis a pecuario suis 400. quos tantum,& nihil præterea posuit, in illis 400. arietibus: quos,illis exactis reliqui reperiuntur, omnes inquam 240. aureos, vnus pastor, eos posuit: & horũ 240. nullam partem posuit, pecuarius. Qui igitur in aliquo toto, nullam partem posuit,nullam ex illo solo,partem potest exigere. Sed, quoniam, quod præter 450. in illo exemplo, ad primum annum,& quod in 400. arietibus tertio anno, repertis 640. vnus pastor, totum illud posuit; exigente iustitia; totum illud est vnius pastoris: & vni pastori reddendum. Et in singulo ariete, tertio anno,omnes 6.drachmæ. Tandem,est id etiam,ex præscripto, exquisitissimæ æqualitalis.

Totũ,quod,in superioribus proxime theorẽmatis, capitale saluum pecuarij, quando totum saluum reperitur; æquæ etiam, quando accepto damno in

vna

vna aliqua illius parte, reliquam saluam, totam integre vni pecuario reddendam diximus.

Totum nō secus, pastoris capitale, quandocumque a pecuario suo iam exacto, totum saluum inuenitur; totum integrum, nec aliter, quantulamcumque illius partem repertam saluam, integram, vni pastori decernimus.

Pastorem porro, de re, quæ in arietibus viuis, partitionis die reperitur, nihil posse exigere: quin prius pecuarius, totum suum repetiuerit; quod, in arietibus, ijsdem viuis posuit capitale; docuimus. Pecuarium, non aliter, postquam, quod in illis ijsdem animalibus viuis posuit, totum iam repetiuit; deinde, nihil præterea, de pretio animalis viui, posse desumere; quo, ad, pastor, totum suum, quod in illis ijsdem posuit capitale, integrum exegerit; asseueramus.

CAPITALE DANDVM PONENTI operas demonstrat, & doctrinam Caiet. in sum. verb. socie. cui, Patroni primæ institutionis innituntur; impugnat.

QVIS, exsurgentem ex his, non admirabitur, nō adamabit insperatam æqualitatem? quam nobis

nobis mutuarunt conuenientes, conspiranteſque in vnum, germanæ illæ duæ ſummæ Dignitates. Quicquid perit, Quicquid ſaluum manet ſui tantũ Domino. Quis igitur nos, ab illis, ſua ſeparabit, vel magni ponderis authoritate? nedum Caietanus: nedum tota diſcipulorum eius, & frequentiſſima, & fortiſſima cohors, aut manus. Pro vna, in primis propoſita nobis veritate, nec cum Caietano congredi aut erubeſcimus, aut formidamus: quippe cũ, homines omnes ſimus infirmi: nec hanc conditionem effugere potuerit Caietanus. Ex eodem ipſo enim, eiuſdemque ipſius armis, illum debellabimus, deque eo agemus triumphos. Dixerat enim ipſe; cũ Caietanus erat; Ponenti pecuniam, ſuum capitale ſaluum totum deberi; reddenſq. rationem dixerat; Iuſtitia exigente ei capitale ſit ſaluum; ſi ſaluatur in toto, vel parte: cui deperderetur; ſi periret. Ponenti vero, induſtriam, vel operas, nihil de capitali ſaluo deberi. Fundamenta quidem eadem, quæ nos, poſuit, eaque firmiſſima, aptiſſimamque illis ſuperædificauit concluſionem illam; Ponenti operas, & induſtriam, nihil deberi de capitali, ſaluo pecuniam ponenti. Hanc eandem & nos, illum amplectentes hac vna in re doctrimus: & ſunt omnia veriſſima, & in omnibus his, Caiet. ſemper fuit: perijt autem ipſe ſibi, deſijtque eſſe Caietanus; quando

quæ

quæ posuerat fundamenta, vltro voluit deperdere, & deserere: qui rectam cum teneret, ad sinistram nullo adigente voluit deflectere, inuia, & inaccessa, asperrimaque suis temerare vestigijs, tandem aut in terræ magnos hiatus, aut ab altissimis rupib. præceps venire. In illa enim sua tertia aut regula, aut conclusione dixit: Si autem lucrum inuenitur; reddetur ante omnia, capitale domino: & diuidetur deinde lucrum æquis portionibus: SVPPOSITO, quod, pecunia posita in societate, industria, & operæ æquiualeant. Hæc est regula, & conclusio Caietano. In hac, illa omnia declarauit, & pronuntiauit esse ex suo sensu; Primum illud; In societatibus diuersæ rationis, (de quibus tantum tunc loquitur) sociorum, vnum tantum, ponentem scilicet pecuniam numeratam, negotiationi vni dicatam, vere apponere capitale: & pecuniam tantum, negotiationi dicatam, in societatibus diuersæ rationis, verum esse capitale: & hanc primum omnem, ante omnia reddendam, vni apponenti; præscribit: quando tota salua reperitur: & recte quidem, hac vna in re. Deinde, ex necessitate consequentis addit, illud: spectandam maxime illam tantũ pecuniam primum appositam: ponamus exempli gratia 1000. aureorũ: vel media aut vi, & furto sublata accipienti, vel numerata, vel in mercibus posita: vel in mari naufra-

Conclu. Caiet. in sum. ver. soc.

gio facto,statim in principio deperdita : deperditis inquam statim in ipso limine societatis 500. aureis, nulla aut lata,aut leui culpa accipientis:de his omnibus,nihil curauit Caiet.sed semper 1000.aureos primũ appositos tantum spectandos: & hos omnes, & tantum partitionis die repertos, vni apponenti esse saluos,& esse reddendos decernit,& ratione adhibita,quã affert vere demõstrasset:si veram primã propositionem posuisset : nullum aliũ in negotio fuisse capitale prẽter illos 1000.aureos:si,qui,apponit operas,& industriã ; nullum capitale aliud,ad 1000. aureos adhibuisset.Sed.o.Maxime,&OptimeDeus, & tu degentes in tenebris,& in medio vmbræ mortis sedentes,vt videamus illumina:quantã in his inuoluit sapientissimus Caietanus,& inæqualitatẽ, & iniustitiam,& vsuram. At,nec contentus his, addit prẽterea illud ; SVPPOSTO, quod pecunia posita in societate,& industria,& operę equiualeant. Hoc est,in proposito exemplo,supposito,quod operæ & industria aureis etiam 1000.estimentur: si partitionis die quinto extremo anno 5000. aurei reperiãtur,ante omnia qui 1000.aureos posuit,repetet omnes illos: deinde omnes reliqui 4000. sint lucrũ: quo vno, qui, 1000. posuit, iam refert 3000. qui vero industriam, & operam posuit; qui, 5000. expendit;refert tantũ 2000. quod si tantũ 1000.repe

rian-

riantur, omnes sint vnius eius: qui illos in pecunia apposuit: de his, apponenti operas, & industriã, qui 5000. posuit, nihil debetur. Hęc est mens, hęc sentẽtia Caietani euoluta, latissime explicata, & exemplis illustrata. O summe Deus, quam grauis, quam dura, quam dira? Apponenti operas, & industriam, quę 1000. aureis ęstimãtur: quam iniqua sentẽtia, quam durus hic sermo his: qui, cum socio apponente in pecunia 1000. aureos, alios 1000. ipsi apponunt singulis annis in suis operibus, & industria. Vno enim hoc posito: Repertis tantum 1000. aureis: qui posuit Pecuniã, nihil deperdit, suos omnes 1000. recuperat: at extra societatem omnes eosdẽ 1000. perdidisset. Qui vero apponit operas, & industriã: omnes suos 1000. deperdit: qui extra societatem, & cõductus pro sua determinata mercede in pecunia a cõductore 1000. aureos exegisset, & accepisset: Repertis 2000. aureis: qui pecuniã posuit 1000. aureis 500. fuit lucrat⁹: qui 1000. expẽdit, necessarioq. dedit ministris, qui sibi suas operas, & industriã locarunt: de suis 1000. expensis, deperdit 500. eosdemque omnes illos: quos ille alter socius lucratur. Præterea, si noster ille pastor, apposita tantum sexta parte, appositis tantũ aureis 100. cũ socio, qui 500. apposuit vix, ac nec vix potest vnquam, totum suum recuperare 100. aureorũ capitale, & perquam raro,

Refutatio sentẽtiæ Caiet.

ex prima institutione, potest quicquam lucrari, accepto tantum medio lucro: vt supra experimentis qnã multis demonstrauimus: qui fieri potest; vt nõ multo maiora, & grauiora sint incommoda; quando sociorum vnus ponit 1000. aureos negotiationi destinatos, alter vero, singulis annis, 1000. expẽdit persoluit, & reddit illis ministris: qui operas præstant, & industriam adhibent necessarias? qui, inquam fieri poterit; vt hic, accepto medio tantũ lucro, quinto extremo anno; possit 5000. expensos aureos recuperare, & præterea lucrari quantum: qui posuit 1000. aureos semel a principio? quam multo longius est necessarium discessisse, aberrasseq. a iustitia, a veritate, ab æquitate magnum philosophum, summumq. Metaphysicum Caietanum. Qui, cum propria, natiua, germana, adæquata, & causam quamobrem dicentia, propria inquam, eius doctrinæ in qua versabatur, ob oculos haberet, manibus ipsis, ore, linguaq. tractaret; illa voluit negligere, despicere, abijcere: cum breuissima oratione, potuerit, reddens rationem, dicere; quia, ponentis operas capitale, perijt: & nihil suum, nihil quod ipse posuerit potest inuenire; vt quando, in arietibus 450. vinis, quando 450. tantum aurei inueniuntur; solus pecuarius, quod ipse posuit: sed pastor nihil eorũ, quæ ipse; potest inuenire: quod possit dicere suum:

cum

cum hæc posset dicere Caietanus; deserens propria, & propriora, Omnium præceptorum demonstratiuæ scientiæ oblitus, deserens proprios, transgressus ad alienos fines, aliena, & a longe, ab alienis opem, quam illi non potuerunt adferre, quæsiuit: &, qui deseruit propria; vt, ab alienis desereretur, suæque desertionis, ac defectionis debitas pœnas lueret; obtinuit: errorem, iam magnum in principio, (quod fuit, socio ponenti operas capitale in pecunia, & ante lucri diuisionem, reddendum negare) effecit multo maiorem in fine: reddens enim suæ sententiæ rationem, dicit. Subsstantia namque operarũ suarum, non ex negotiatione; sed ex necessitate materiæ perit: quia scilicet est res successiua in motu consistens. Si enim res permanentes essent; ei essent saluæ. Vim sentit principij illius, Quicquidq. saluũ: quando dicit; si res permanentes essent; ei essent saluæ: & in luce meridiana, non videt lumen. Nec vidit, socium facturum ex proprijs omnes expensas debitas, & necessarias industriæ, operibus, negotiationi necessarijs, quæ mille aureis æstimantur; mille aureos, vel successiue, singulis annis expendere: & extremo vnoquoque anno, mille aureos in pecunia, re, & substantia per se existente, & permanente, vere expendisse, & posuisse: maxime illum; qui, aut per factores, aut per conductos ministros rem o-

Ratio Caiet. ex qua nõ debetur capi. Ponenti operas.

mnem gereret. Nec vidit; operas, & inductrian tantum, esse res successiuas, & in motu consistentes ex sua natura: quod ex Philosophia, cum prima, tum secunda verissimum fuit, & ex Logicis cathegorijs: mille vero aureos, quos mercator expendit, & soluit ministris collaturis illas operas, & industriam, non vidit magnus Philosophus, & subtilissimus Metraphysicus, non vidit hos mille aureos esse substantiam, esse per se existentes, esse permanentes, habereq. quantitatem magnam molis: in naturalibus, & Metaphysicis perspicacissimus, lynceis suis oculis, non fuit assecutus profunditatem hanc altissimam; horum mille aureorum, quos hic socius expendit, substantiam, esse permanentem, æque atque substantiam mille aureorum: quos, ille alter socius, apposuit: & hos etiam, perire, non tantum ex necessitate suę materię, cum res æque permanentes, atque illi sint; sed ex negotiatione: & verius, quam illos, & maiori ex necessitate: quis (vel non Philosophus) non videat? Hi enim, & necessario, & omnes actu, req. vsu primum consumuntur, antequam illi alij mille possint quicquam lucrari: Illi quidem nunquam pereunt tanta necessitate: sed permanere tutius, ac securius possunt in mercibus permanentibus positi: vt, quingenti aurei pecuarij, multo minus pereunt,

eunt, ex neceſſitate negotiationis: cum exiſtant in arietibus poſiti: quam trecenti aurei paſtoris: quos, tres annos, paſcens illos, paſtor vere expendit, & vere vſu conſumpſit, & vere poſuit: qui, aut centum, aut trecenti aurei paſtoris, ſi non vſu prius omnino conſumantur, & ponantur in ipſis, quingenti arietes, nec poterunt fructificare, nec lucrari: ne dum tibi dare vellus, quo poſſis operiri: ſed tantum pellem, vix ac, nec vix aptam conficiendis ligiculis: quibus ne quingenti pereant, aut cadant aurei, poſſis apte fortiterque ligare ſacculos. Nec circumſpectiſſimus Caietanus vidit; Pecuniam eſſe omne illud: quod æſtimatur Pecunia. Nec vidit tandem Caietanus, Ponentem pecuniam, (quam ille dicit eſſe capitale,) ponentem inquam mille aureos in ſocietate quinquennali, ſemel & tantum mille aureos apponere: & præterea, nihil amplius, in toto quinque annorum tempore: Ponentē vero operas, & induſtriam mille aureis, ſingulis annis æſtimatas, (ſic enim intelligendus Caietanus, quando dicit ſuppoſito, quod pecunia, & operæ æquiualeant) vere ſingulis annis, expendere, & ponere omnes illos mille aureos, & illos perſoluere conferentibus operas, & induſtriam ſingulis annis, & tandem, quinto anno, hunc ſocium ponentem operas,

& in-

& industriam; quæ æque valent, ac illi 1000. aurei, 5000. aureos iam apposuisse. Nec vidit Caietanus; Cũ ponentem,& expendẽtem hos 1000. aureos singulis annis,illos 1000.aureos expẽdendos,ad aliud negotium,posse conferre:in quo, illorum,nec fructum, nec vsuram,aut negotiationis vsum,nec substantiam, (vt nunc consumendo eos vsu) deperderet. Tum, si, non tanquam socius,sed tanquam minister, & conductus negotia gereret; singulis extremis annis, vel potius a principio partem, & deinde succesiue certis, & præfinitis currentis anni terminis, reciperet a pecunię, & negotij domino,omnes illos 1000. aureos: vt pastor conductus, a pecuario conducto 100. aureos singulis annis: nullosq. expenderet,(vt mos est) quin, a cõductore, eos prius accepisset. Saltem,est necessarium illud; Ponentem operas, & industriam 1000. aureis ęstimatas, & expendentem hos 1000.aureos,conductus si deseruiret; singulis annis extremis, recepturum omnes illos 1000. aureos: vt, pastor conductus omnes 100. atque illos exacturũ in pecunia, & permanentes: non in motu consistentes: nec rem succesiuam:atque hos iam exactos,posse statim in principio, anni sequentis, illos in aliquo negotio ponere: & illis, quattuor reliquos annos, iam posse negotiari,& lucrari: & secundo iam,& quinto extremo anno, magnos

gnos de illis referre fructus, & eorundem cum substantiam, tum negotiationis magnas vsuras exigere. Quos omnes 5000. mille aureos: vt pastor, tertio anno omnes 300. quando tanquam socius rem gerit; nunquam illos potest exigere: & quoniã, quinto extremo anno, reflante fortuna, omnia, quæ multa, & magna iam fuerant lucra, pereunt; 1000. tantum aureis, (qui, ex Caietano, tantum sunt capitale) primũ appositis, inuentis saluis, illo altero socio exigente; & repetente integre omnes suos 1000. aureos: hic alter socius, qui 5000 expendit; hos omnes integre deperdit: vt, noster pastor, tertio extremo anno, repertis 500. tantum aureis, in arietibus quotcumque viuis, omnes suos trecentos, &, si, quinque annes, arietes custodisset; omnes suos quingentos expensos perdidisset: ille alter vero socius, pecuarius inquam, suos quingentos semper integros reciperet. Sed, nec dum omnia, quæ, contra illam Caiet. doctrinam, ratam fere omnibus (vno excepto Lessio) & probatissimam, nobis occurrunt profudimus; reliquum inuenimus illud. Si ratio Caietani constantiæ, substantiæque quicquam haberet; si operibus ipsis, in motu consistentibus, & ipso motu, mobilior, inconstantior, & leuior non esset; NE dum ministris conductis, stipendiarijs, & mercenarijs, quiq. suas locarunt operas, & industriam, vlla, in pecunia, vlla, in

Maxime Obser.

re aliqua permanente, deberetur merces. Operæ enim,& industria ministrorum,& eorum qui deseruiunt conducti,non secus ac sociorum, omnes sunt successiuæ,successiuam materiã habentes, & omnes æque sunt in motu cõsistentes. Caietanus igitur,iudex constitutus, petenti 1000. aureos, mercedem suarum operarum, quas locarat; si constans in hac sentẽtia,etiã pro conductore iudicans, & respõdẽs diceret;petenti, 1000.aur.& contendenti;abi hinc, ne, aures nostras inanimab⁹ tuis verbis obtũdas,abi hinc;tibi,non debentur 1000. aur quos petis: quia tu operas tantum, quarum materia est successiua, quæque sunt in motu consistentes:nullam rem permanentem,adhibuisti,posuisti; abi hinc, nulli aurei debentur tibi:& ita eum repelleret? quam ridicula esset sententia?quanto ludibrio esset iudex?qui huiusmodi sentẽtiãpronuntiaret?Quis igitur,vestigijs Caietani adhęrẽs,despecta,neglectaque veritate;& derelicta via Axiomatum illorum rectissima, eliget, vel ad leuam declinare? quis poterit;hunc sociũ,ponentem operas æquiualentes,& expendentẽ 5000. aureos,repertis tantum 1000.& exactis ab vno,eos ponente,quis inquam,poterit negare; hunc perdidisse,& negotiationis vsum, & substantiam omniũ illorum 5000. aureorum?vt,pastorem nostrum,tertio anno,omniũ 300.& primo 100.aureorum?Quis,

Maxime Obser.

vel

vel tanti viri, cuius ingenium omnes admiramur, & dignitatem, & authoritatem veneramur; vel teſtimonio fretus, auſus erit negare? quis non libenter iam fatebitur? ſocium apponentem operas,& induſtriam, expendentemq. 1000. aureos, ſingulis annis, vel 200. tantum, & 1000. in quinque; quis inficiabatur? hunc maiori in periculo verſari? ac multo magis, & verius ſubſtare duplici illi periculo? (quod,pro apponente pecuniam, obſeruat Cai.) cum perpendi vſum negotiationis, tum ſubſtātiam expenſæ omnis pecuniæ? multo certius ſubſtare duplici illi periculo: immo neceſſario primum ſubire vſum? quandoquidem, aut 100. aut 1000. aureos expenſurus eſt neceſſario, in re illa gerenda: & eos omnes & re,& actu vere vſu primum cōſumit; quo 1000. illi, ab alio ſocio appoſiti, quicquam poſſint lucrari,(vt ſupra diximus:)& quod grauius eſt; nūquam poteſt recuperare, 1000. quos expēdit, & vſu conſumpſit,aut paſtor ſuos 100. ſi poſtea aut non redierint,aut nō omnes: præterea capitale alterius ſocij,qui primus ſemper exigit totū ſuū capitale, oēs ſuos 1000. aureos: & deinde ſeruata lege præſcripta a Caietano,ſi illis exactis,reliqui non fuerint 2000. Ponens induſtriam & operas, non poteſt recuperare omnes ſuos 1000. & quamuis, 2000. reliqui inueniantur,hic qui poſuit operas,&expēdit in illis

faciendis 1000. aureos; tantum recuperabit totum suum capitale: quod fuit 1000. aureorum: alter vero ille, mille aureis, alios 1000. est lucratus: & extra societatē eodem, in negotio, appositis 1000. capitali, & 1000. in expensis negotiationi necessarijs, bis 1000. eosdem tantum 1000. fuisset lucratus. At est impossibile: vt 1000. aureis tantum, in societate, possit lucrari, eosdem 1000. quos vix bis 1000. potuit lucrari extra societatem. Difficiliora etiā illa; 2000. aureos perire omnes, quā aut 1000. aut 500. Tum etiam redire, & lucrari 1000. expensos, vsuque consumptos; quā conseruari 1000. qui fuerunt capitale ponentis pecuniā difficilius. Tādē multo difficilius; his, quicquā lucrari. Maxime, si qui operas ponit æqualis æstimationis, nullū, nō totum suum potest exigere capitale, ante lucri diuisionem, deinde totum medium lucrum, quod leges societatis, præscribunt: sed nullo exacto capitali, solum & tantum medium lucrum est relaturus, vt definit Caiet. Rectius igitur, & multo verius, Lessius *lib. 2. c. 25. de contract. socie. dubit. 2. num. 8. 9. & 15.* qui, socio apponenti operas, & industriam, secundum æstimationem illarum, capitale decernit, & reddit, in pecunia, præterea lucrū, illi capitali respondens, & debitum seruata proportione. Sed Lessius in ea est etiam sententia; vt dicat; reddendum primum, totum capitale

pitale ſuum, apponenti pecuniam, & deinde de lucro, reddēdum primum, ponenti operas, etiam totū ſuum, ante lucri diuiſionem: tandem diuidendum lucrum ſeruata proportione, ſpectatis capitalibus: & hanc nos ſententiam ſequimur, in noſtris diſciſſionibus: & arbitramur ſequendam in ſocidis; ſed, vt, praeſtitimus, circa animalia tantum viua: non tamen ſpectata pecunia illa, in omnibus viuis, & mortuis a principio poſita: quam deſpiciendam, & negligendā; ſemper aſſeueramus. In animalibus enim viuis, certum eſt; quod pecuarius poſuit, & eodem illo reperto, exploratum eſt, eſſe pecuarij: ſi illud tātum reperitur: & hinc, de illo, nihil deberi paſtori, videtur non iniquum: ſed, arietes ipſi nec poſſunt fructificare, & lucrari, nec paſci, nedum ſaluari, & viuere, & conſeruari 500. aureis: quibus fuerunt empti; aut, quos, in illis poſuit pecuarius; ſi paſtor praeterea, non poſuerit in ſingulis, primo anno 2. drachmas, & in omnibus aureos 100. quod manibus, & oculis ipſis ſentimus, & percipimus. Hinc reperto, &, quod paſtor appoſuit; acqualitatis ratio præfinit, vt vni apponenti paſtori, quod ipſe appoſuit prius etiam, quam pecuario lucrum, reddatur. Hoc in ſocidis. In ſocietatibus vero, in quibus, merces adeo variantur; non poteſt ita determinari; ſi quod ſaluum reperitur; eſt illud tantum: quod cō-

ferens pecuniam posuit: & quando appositis 1000. a principio, finita negotiatione 1000. tantum inueniuntur, tamen si operę, 1000. aureis fuerunt æsti matæ iusto precio; nunquam mihi persuadere pote ro; omnes 1000. aureos illius, saluos esse: & huius, 1000, omnes perijsse: sed æquis portionibus, saluos diuidendos dicerem: & damnum etiam; æquis portionibus diuidendum. Quoniam, quemadmodum in focidis, & in nostro exemplo, mortuo vel vno ariete, iam non est verum; saluos manere omnes 500. aureos in pecunia, & repertis 500. tantum aureis, in arietibus aut primo, aut tertio anno extremis, est certum perijsse arietes, & partem etiam perijsse 500. aureorum: sic etiam, in societatibus, repertis, quinto anno extremo, tantum 1000. aureis; impossibile est; saluos mānsisse tātū omnes, vnius, ponētis pecuniā: & alterius, ponentis operas, maxime si fuerunt singulis annis, 1000. aureorū, 5000. mille aureos illi vni omnes perijsse: sed hęc excutiēda sapiētissimis in mercimonijs, & maximi pōderis societatib⁹: nos, in hac parte, pēsum nostrū absoluamus.

Maxime in societ. obser.

Demonstrauimus quidē, recedentes a Caietano, ponentē industriā & operas: & maxime expensas facientē, capitale, & pecuniam vere ponere, & 1000. aureos: huius capitale res permanentes etiā esse: relinquitur igitur demōstratū; quādo præter capitale appo-

apponentis pecuniã, etiam reperitur in negotio saluũ totum capitale, totum quod expendit ponens operas, exacto primũ ab illo suo capitali toto saluo, ponenti operas, reddendũ suum saluũ etiã integre, quod & ratio æqualitatis exigit: & ipse Caietanus etiã sensit, dixit enim, in fine illius rationis, loquens de operibus, & industria, & ponẽte eas. Si enim res permanẽtes essent, ei essent saluæ: cum igitur, in nobis proposito casu, & assumpto exẽplo, in 450. arietibus viuis reperiamus, omnes 450. aureos: quos, certo scimus; pecuariũ vnum, in illis ijsdẽ, appositos dedisse; & illos omnes dederimus vni eidẽ pecuario: & præterea etiam reperiamus 90. aureos: quos etiã certo scimus; primo extremo anno, vnũ pastorem, omnes posuisse in ijsdem illis 450. arietibus viuis: quoniam aliter arietes, nec apud pecuarium potuerunt viuere, si in illis eisdem 90. aureos præter pretium, non expendisset, & actu posuisset, & 2. drachmas in singulo: singulus enim aries suum pabulum consumit, & 2. illas drachmas: & nihil quidem ex rationis præscripto certius, & firmius; quam vt; quod quisque seminauit, & morti tradidit, renatum, & rediuiuum, cum partu, & fructu metat, & referat illud, hinc factum est necessarium ex 3. Axiomate pag. 118. & ex 6. pag. 119. Quicquid saluũ, &c. hos 90. aureos, omnes deberi,

& omnes

& omnes reddendos esse vni pastor; qui illos omnes posuit: & consumptos semel vsu, redijsse, & rediuiuos, & saluos reperit: & si pauciores his, exacto semper primum capitali, pecuarij, reperiantur; vt 495. aurei, in 450. arietibus viuis; omnes 45. etiam esse vnius pastoris. Quoniam cuius est totum; eiusdem est etiam, pars totius: si omnes 90. sunt vnius pastoris; & 45. omnes. Quæ cum sint verissima, & diffusse satis fuerint demonstrata; relinquitur tandem, factum illud. Nullum in negotio, nullum in animalibus lucrū reperiri; quando tantum reperitur in illis, totum capitale totale, vtriusque socij, positum in illis ijsdem animalibus viuis: & tantum, totum vtrumque capitale partiale, cuiusque. Nunquam, posse dici; reperiri aliquod lucrum; quin, vel quo ad vterque socius, suum exegerit quisque capitale partiale totū, & integrū: & quādo, illis exactis, nihil reliquū inuenitur; nullū esse lucrū. Quoniā, quemadmodum ipsi pecuario, extra societatem, repetito tantum toto capitali, & expensis tantum exactis, nullum est lucrum; si nihil amplius reperitur: non secus, in societate, ambobus socijs simul; nullum erit lucrum: quando, tantū reperitur capitale, quod vnus posuit, & expensæ, quas alter fecit, & amplius nihil; certum est; nullum ibi esse lucrum: & in hoc præsenti casu, cuius explicationem absolute, &

cumu-

cumulate & recte adhibitam his, iam esse; speramus: & ad 12. theoremma, quo, quinto casui satisfaciemus, in quo erit lucrum diuidendum alacri animo tandem, aliquando, curramus.

Aut omnia animalia, aut pars inueniuntur viua, & facta meliora, aut vnum tantum animal. Et, in ijsdem numero, primũ, reperitur totum integrum capitale totale, & cõmune amborum sociorum, & totum vtrumque capitale partiale, vtriusque socij: quod vterque in illis ipsis posuit: & præter illa duo capitalia partialia, in ijsdem numero viuis, quicquam amplius reperitur: quod, neuter illorum posuit. Quintus casus.

Vt, nostro in exemplo, quando, in 500. arietibus viuis, in quibus, pecuarius posuit aureos 500. & pastor 100. qui omnes sunt 600. deinde, partitionis die, in ijsdem numero, qui perseuerarunt viui, aurei reperiunt 700. idque primo extremo anno: & quando secundo extremo reperiuntur 800. & tertio anno extremo aurei 950. reperiuntur.

Aut, quando, mortuis 50. in 450. viuis, primo extremo 600. secundo 700. & tertio 890.

Aut, quando; primo anno extremo, in 300. tantum arietibus viuis, 500. tantum reperiuntur aurei. Qui casus, est primus, & præcipuus pro exemplo, in nostra hac disputatione, quod (vt supra diximus)

mus) eligimus, & accepimus: vt exemplo certo, & determinato, & in re definita, & determinata, clarissima omnia redderentur: quæ, adhuc vsque, superioribus omnibus fuerunt obscurissima, & nunc sunt nostris.

THEOREMMA XII.

TOtum illud, & illud tantum, in animalibus viuis est lucrum: quod, exacto torali, & commune capitale amborum sociorum: quod ambo in illis ipsis animalibus viuis posuerunt: illud totum, & illud tantum est lucrum.

Vt, in propositis exemplis, quando, in 500. arietibus viuis, 700. aurei reperiuntur; omnes centum, & centum tantum sunt verum lucrum: & hoc primo anno: & quando, secundo anno, 800. reperiuntur; omnes, & tantum centum sunt lucrum: & tertio anno, repertis 950. omnes & tantum 150. sunt vere lucrum: Quando vero, in tantum 450. arietibus viuis, primo anno extremo, 600. aurei reperiuntur; omnes, & tantum 60. sunt lucrum: quando, secundo anno reperiuntur 700. tantum 70. aurei sunt lucrum: quando, tertio anno reperiuntur 800. omnes, & tantum 80. sunt verum lucrum.

CRISIS, DISCISSIO, ET DIIVDICATIO.

Casus primi, & præcipui in quæstione.

QVando 500. arietum, 200. perierunt, & in arietibus tantum 300. viuis, 500. aurei reperiuntur primo extremo anno. Præcipuus casus.

Theoremma XIII.

IN HOC casu, omnes CENTVM ET QVADRAGINTA sunt verum lucrum, eorumdem illorum 300. arietum primo anno: secundo vero anno, omnes & 80. tantum: tertio anno extremo, omnes & tantum 20. aurei sunt lucrum. Sed tantum disputamus de primo anno: & ex his, quæ circa primum dicemus; poterit quisque, in alijs, seruata proportione; ferre iudicium.

Hoc Theoremma, si spe a principio concepta non fraudamur; demonstrabimus non vulgaribus, non probabilibus sed acerrimis, necessarijs, & apodicticis argumentis, petitis, partim, ex superioribus experimentis, & theorematis, partim, ex internis eiusdem materiæ, circa quam versamur, principijs.

Rem, in hoc casu, tripliciter possumus considerare. Spectare quidem possumus, aut totale, & com-

mune amborum sociorum capitale: quod fuit 600. aureorum positum, aut ponendum in 500. arietib⁹: aut, capitale totale, & commune amborũ sociorum, (& hoc vnum sane spectandum videtur, & est) in his ijsdem numero trecentis tantum arietibus viuis positum: quod fuit 360. aureorum: quorũ, trecentos omnes, vnus pecuarius; reliquos omnes 60. vnus pastor posuit. Idque est, ex superioribus omnibus, & ipsum perse clarissimum. Vnde, capitale totale amborum sociorum, positũ, in his ijsdem numero trecentis arietibus nunc viuis, fuit vere tantum 360. aureorũ. Aut, possumus spectare capitale tantũ, pecuarij vnius: quod posuit in his ijsdẽ trecentis arietibus: quod fuit 300. tantum aureorum. Quingentorũ aureorum, qui, fuerunt primum capitale: quod, pecuarius posuit, in omnibus quingẽtis arietibus: nec centum aureorũ pastoris, quos, si omnes vixissent, in illis posuisset; nulla iam habenda ratio, ex theoremmate 7. Mortua enim animalia, omnino iam nobis negligenda. Perierunt enim vere, & semel, iã vni pecuario 200. & arietes, & aurei: vni pastori 40. aurei, ex 8. theoremmate. Illi enim 200. aurei; qui, in 200. arietibus mortuis perierunt; nec potuerunt, ab illis, in hos transire: nec in his parere aliquem fructum: nec hi ducenti aurei, qui, præter trecentos, in his arietibus trecentis viuis reperiuntur,

tur, sunt; aut, illi ijdē 200. deperditi: aut pars aliqua horū, aut lucrū: vel pars aut fructus, aut lucri eorū. quod enim nō est, nec exse extra, partum potest mittere; quod, post se possit relinquere; sed lucrum in se, & secum fert inseparabiliter; nō potest lucrari: vt sunt arietis: ex his, quæ, supra, in obseru. numm. 26. & 27. notauimus: quādo ergo nō sunt; nec fructum aliquod, nec lucrum possunt dare. Obliuiscamur igitur omnes mortuos, cum, 200. & arietes, & aureos pecuarij, tum 40. aureos pastoris. Viuos inter, versemur nos viui; & cum viuis sit nostra & cō suetudo, & collusio.

In his quidem trecentis arietibus viuis, pecuarius, in principio societatis, trecentos tantum aureos, & hos omnes vere posuit: deinde, nihil præterea, ipse pecuarius, in his nihil aliud vnquam posuit. Quærendum igitur nobis est; hi ducenti aurei, qui, in trecentis arietibus reperiuntur, præter trecentos, vnde venerint: vt, diiudicare possimus; quis illorum verus sit dominus. DVCENTI igitur hi aurei omnes, aut sunt lucrum, & partus, & fructus, tantum horum trecentorum arietum, & aureorum, prætium eorumdem: aut aliquis alius a pecuario, illos, aut eorum partem, posuit in his ipsis arietibus. Si omnes ducenti aurei, fuissent lucrum, vere proueniens,

ex trecētis tantum aureis, & ex trecētis arietibus, & ex vno horum melioramento (vt loquuntur) omnes etiam essent vnius pecuarij; qui enim est dominus alicuius rei, est etiam dominus & partus, & fructus, & lucri, & vsurarum eiusdem. Quicquid enim fructificat, &c. Perse autem nati non sunt, ex trecentis tātū aureis saluis, in trecentis areitibus viuis. Cū, quoniā, trecentis aureis, intra vnius anni spacium, ducentos alios, & centum singulis, sexaginta sex aureos, tredecim solidos, quatuor nummos, & in singulis arietibus, fere septem drachmas posse pecuarium lucrari; iam videtur fere impossibile. Porro; si trecenti arietes, trecentis aureis empti, fuissent derilicti; si derelicti a pecuario, a pastore suscepti, pasti, saluati, & meliores facti non fuissent expensa, & posita in illis aliqua alia pecunia, præter, quam pecaurius posuit; perijssent quidem omnino, omnes cum arietes, tum aurei existentes, & positi a pecuario, in illis ipsis. Trecentis enim aureis, quos, pecuarius, in eis dedit positos, nō potuerunt trecenti hi arietes annū, nec diem pasci, saluari, & viuere. Partem ergo, horum ducentorum aureorum, qui præter trecentos, reperiuntur in trecentis his arietibus viuis, ab alio fuisse positos, & a pastore, qui arietes pascendos suscepit: & ex 1. obseru. pag. 9. duas drachmas in singulis, & in omnibus

bus trecentis, sexaginta aureos, pastorem vnum appositisse: & ex theoremmate 11. eidem vni pastori, in his ijsdem trecentis arietibus, saluos perseuerasse, & saluos permansisse: vel mortuis illis alijs 200. arietibus: & saluos, natos aptos esse, ædere partum, fructum ferre, & luctum, sui tantum domino, vni scilicet pastori: non secus atque, in ijsdem trecentis arietibus viuis, salui reperti sunt, & nati apti fructificare vni peeuario, omnes illi trecenti aurei: quos, in arietibus ijsdem, vnus pecuarius posuit; factum est omnino necessarium. Habes igitur ex his iam, ò Sapientissime; horum quingentorum aureorum, qui reperiuntur, in his trecentis arietibus viuis, partem, 300. tantum, pecuarium, & partem, 60. tantum scilicet aureos, vnum pastorem in his ijsdem trecentis arietibus viuis, etiam appositisse, & reperisse saluos. Repertis igitur nunc, in his ijsdem trecentis arietibus viuis, iam 500. aureis; horum quingentroum, trecenti tantum, sunt vnius pecuarij: qui posuit hos trecentos tantum, in his ipsis trecentis arietibus viuis: non in 200. mortuis: Sexaginta vero etiam & omues, & tantum, sunt vnius pastoris: qui vnus, hos omnes, & hos tantum sexaginta aureos expendit actu, & vere posuit, in his ijsdē numero trecentis arietibus viuis: & non in illis 200. mortuis, & hi sexaginta aurei pastoris, etiam

sunt

sunt res permanentes, æque, ac trecenti pecuarij: si enim permanentes ipsi non fuissent, nec arietes fecissent permanẽtes: &, ex rationibus, quas adfert Caietanus, quando res permanentes sunt, & salui reperiuntur; eidem debent esse salui: cui, deperditi fuissent, si perijssent: & cui perierunt 40. alij, in ducentis arietibus mortuis positi, ab eodem pastore, & eidem vni deperditi. Præterea, si his 360. aureis tãtum repertis, societas solueretur; trecenti omnes essent vnius pecuarij: sexaginta omnes, vnius pastoris. Nec vlla est ratio: ob quam, pecuario vni, salui maneant illi ijsdem 300. aurei: quos, ipse vere posuit, in his ijdem trecentis arietibus viuis; præterea, ob quam, vni pastori, qui vnus vere posuit illos, pereant omnes hi sexaginta aurei, & salui vni pastori, transeant omnes ad vnum pecuarium; & omnes vnius fiant pecuarij: hoc vt sit; ratio nulla potest præcipere. Tandem, nec, vt reliqui 140. omnes sint vnius pecuarij; vlla ratione potest illud probari: quoniam, pecuarius, in his 300. arietibus viuis, trecentos tantum aureos appossuit: & reliquos nec ducentos, nec 140. pecuarius vnquam illos appossuit. Si ergo, illos nos appossuit; nec potest demõstrare; sibi omnes deberi. Sed multo & verius, & æquius ex tertio communissimo axiomate pag. 118. & 6. pag. 119. iam minus communi magis adæquato, &

to,& proprio,vt, Trecenti aurei sunt vnius pecuarij: sexaginta etiam, sint vnius pastoris: Quicquid enim manet saluum;sui tantum domino:&quicquid positum in societate,manet saluum; danti tantum, & conferenti manet saluum: quantumcumq. illud sit, & in aut magna,aut parua quantitate. Experiãtur si hæ sint demonstrationes; qui demonstrationes posse fieri in his doctrinis,& apodicticam, hanc negant tractationem: si Criseos, si diiudicationis,si examinationis demonstrationum artem norunt, & tenent facultatem; experiantur, experiantur, æstiment, excutiant seueriſſime has nostras demonstrationes. Reperies sane sapientiſſime;qui,vsura, lucis demonstratiuæ scientiæ,iam frueris; nos apodictice iam effeciſſe; hos quingentos aureos, in trecentis arietibus viuis repertos, omnes, non esse vnius pecuarij: quoniam demonstrauimus; horum, sexaginta, vnius esse pastoris. & quod his sexaginta diductis ex 500.reliqui manent non 500. sed tantũ 440. & pecuarius, iam non potest esse dominus, omniũ 500. sed si potest, 440. tantum, vt sit dominus; relinquitur aliquis locus. Sed,quæ demonstrauimus, ab indemonstratis iam separemus; vt dilucidiora omnia fiant. Conclusione certa,firmam hanc veritatem demonstratam stabiliamus: deinde,ex hoc,reliqua inuestigabimus:sit igitur prima conclusio.

Prima concl.

In trecentis his arietibus viuis,in quibus, 500.aurei reperiuntur salui, pecuarius posuit trecentos aureos,& hos reperit saluos.& horum omnium trecentorum est dominus:& hinc, in his trecentis arietibus,pecuarius habet suos,hos omnes 300. aureos.

In his ijsdem 300.arietibus viuis, in,quibus 500.aurei reperiuntur salui. Pastor posuit 60. aureos,& hos reperit saluos,& horũ omnium 60. aureorum est dominus. Ideoque in his 300. arietibus pastor habet suos hos omnes 60. aureos.

His 300. & 60. deductis,reliqui reperiũtur 140. aurei: de his, manet nobis quærendum;vnde venerint, & cuius sint, quis, aut qui eorum, aut dominus, aut domini.

Hos,nec omnes, nec partem posuit in arietibus aut pecuarius, aut pastor: neuter eorum,neuter sociorum eos posuit: nec, quod alius posuerit;verum esse potest,Sed illud vnum est certissimum;hos 140 aureos omnes esse verum partum,verum fructũ,verum lucrũ omniũ horum, & horũ tantũ 300. arietũ.

Hi siquidem, 140.aurei,in his omnibus, & in his ijsdem numero 300.arietibus viuis,nati reperiũtur, prẹter illos 300.quos pecuarius posuit,&præter illos 60. quos posuit pastor, & hi 140. aurei non aliunde, non ab extra venerunt ad hos arietes: nec sunt pars aliqua, illorum 240.aureorũ:quos pecuarius,

rius,qui 200.& paſtor qui 40.poſuerunt in 200.arietibus mortuis; ab illis enim mortuis, ad hos viuos deuenire,& tranſire vere nõ potuerunt.Sed neceſſarium eſt,primũ quod diximus; hos oẽs 140.aureos; quos,nec ſolus pecuarius,nec ſolus paſtor, nec ambo ſimul,nec aliquis alius poſuit,nec arietes mortui in hos tranſmiſſerunt;in his ijſdem numero 300.tantum arietibus pullulaſſe,& natos fuiſſe,ex augmẽto, cremento,&(vt loquuntur)melioramento,ſecundũ propriam ſubſtantiam eorundem 300. tantum arietum.Ex eo enim,quod,ipſi hi 300. arietes,meliores in ſe ipſis facti ſunt,& maiores,ſubſtãtia eorũ ipſorũ creuit,& aucta eſt,ab vno anno,ad vſq; aliud,in illis ipſis,ex hoc ipſo,quod, meliores,& maiores ipſi facti ſunt;& nouum præterea ferunt vellus;factum eſt illud;vt,nunc,pluris æſtimentur;& plura in eis reperiantur:quã, quæ aut pecuarius ſolus, aut paſtor ſolus,aut ambo ſimul in eis poſuerũt,& hinc factũ eſt: quod,præter 300.pecuarij,& 60.paſtoris,& præter oẽs 360. quos pecuarius, & paſtor poſuerunt; 140. aurei in eis reperiãtur. Cũ id iã teneamus;hos 140. aur.iã eſſe præter 300. vnius pecuarij, & præter 60. vnius paſtoris,& præter oẽs ſimul 360. quos, ambo ſocij,in illis vere poſuerunt;& cum oẽs reliqui reperiantur,illis 360.iã exactis;factum ex his eſt neceſſarium; hos omnes 140. aureos eſſe lucrum, horum

omnium, & horum tantum 300. arietum; & proueniens vere ex cremento, augmento, & melioramẽto eorundem arietum 300. Quoniam, in omni cuiusuis generis negotio, illud totum, & illud tantum, quod, quis inuenit, in suis rebus, præter quæ, aut posuerat, aut ante iam habebat, & ipse nunquam primo posuit, & nunquã habuit; illud, vnicuique est augmentum, & lucrum. Sit igitur, ex his omnibus, confecta secunda conclusio.

Secunda cõclusio. *In his trecentis arietibus viuis, in quibus 500. aurei reperiuntur; in quibus pecuarius posuit tantum 300. & pastor tantum 60. & ambo socij simul tantum 360. & nunc inueniuntur 500. OMNES 140. qui, exactis illis 360. reliqui inueniuntur; & iterum accipiendi; hi omnes, & hi tantum 140. aurei, sunt verum lucrum, horum eorundem omnium, & horum eorundem tantum trecentorum arietum, & natum in ijsdem, ex eorundem augmento, & melioramento.*

Hac iam posita conclusione, hos scilicet omnes 140. aureos, esse verum lucrum, natũ in his ijsdem trecentis arietibus viuis, & vere proueniens ex augmento, cremento, & melioramento eorundem; quærendum relinquitur illud. Hoc augmentũ, vnde, & qua ex causa natum fuerit, & factũ in his arietibus: hoc enim tenentes, cui debeantur 140. hi aurei;

aurei; iam assecuti erimus. Hoc igitur augmentum, aut acceperũt hi arietes, a trecentis tantum aureis pecuarij; aut a 60. tantum pastoris; aut sine his: quoniam aliunde, aliud, nihil acceperunt: Non sine his: quia nullo modo cõstare potuissent; si trecentis aureis empti a pecuario, & 60. aureis deinde conseruati a pastore nõ fuissent. Nec tantum, a 300. aureis vnius pecuarij: quoniam, si empti a pecuario, illi arietes, 300. aureis, derelicti essent, & illis trecẽtis nulli alij adhibiti fuissent; quibus pasci, ali, custodiri, & meliores possent fieri; apud ipsum etiam pecuariũ, iam prima statim die omnino, omnes perijssent: tãtum abest; vt, annũ, potuerint custodiri, ali, & pasci: tantum abest; vt, ducentos aureos potuerint lucrari, & parere: si, præter 300. aureos, nulli alij appositi fuissent: & substantiam per se habentes, & qui substantiam possent dare, arietibus ijsdem illis: non ergo habent hoc augmentum, a tantum trecentis aureis pecuarij: Multo minus, ab vnis 60. aureis, pastoris. Quippe cum, si, pecuarius, non emisset, trecentis aureis, illos trecentos arietes; pastor non habuisset 300. arietes; quos posset custodire, pascere, alere, & meliores efficere suis 60. aureis: nec, de suis 60. aureis, & de melioramento arietum, plura quam posuerat, plures, 60. aureos potuisset expetere, sperare, expectare, referre, reportare. Habes

igitur iam, hoc lucrum 140. aureorum, quod in his trecentis arietibus viuis, præter 360. quos pecuarius, & pastor ambo simul posuerunt in ijsdē; Omnes esse verum lucrum proueniens ex eorundem 300. arietum cum melioramento, tum augmento nato, non ex 300. tantum pecuarij; nec solum ex 60. aur. pastoris. Sed æque ex 300. pecuarij, & 60. pastoris.

EX superioribus proxime conclusionibus, confectum habemus totum illud; pecuarium in his trecentis arietibus, habuisse, annum, 300. tantum aureos: pastorem æque habuisse 60. Lucrum præterea reperiri 140. aureorum. Ex his, necessario, suo pondere, & impetu, vel tacentibus, vel nolentibus, vel contradicentibus nobis venit illud: Si trecenti aurei pecuarij pepererunt, & fructificarunt, & lucrati sunt hos 140. aureos; Non minus, sed æque etiam pepererunt, fructificarunt, & lucrati sunt eosdem 140. aureos, 60. illi aurei pastoris. Quoniam, illi trecenti aurei pecuarij, illud lucrum, & illum fructum ferre, & partum ædere; ipsi per se, & ipsi soli, & separati ab his trecentis arietibus nullo modo potuerunt: (quoniam pecunia, ipsa per se, & a mercibus separata, vel in manu mercatoris, sterilis semper est, & infœcunda: Pecunia enim, non parit pecuniam: sed nec illi trecenti aurei pecuarij, in alijs mercibus, & extra hos trecētos arietes potue-

runt ædere hunc partum, & reddere hoc lucrum: quoniã, nunquã, postquã, pecuarius illos dedit pasto ri, positi extiterũt extra hos arietes, alijs in mercib°: sed, à principio, illos dedit pecuarius iam positos, vel ponẽdos ex cõuentione, in his 300. arietibus, & illis inseparabiliter inhærentes, & alligatos: nec vnquam aut moti, aut separati fuerunt ab his trecẽtis arietibus: & in his, & intra hos eosdem numero arietes, & in illis alligati, in quibus nunc reperiuntur, in his ipsis pepererunt hunc fructum, hoc totum lucrum, 140. aureorum: Nec hunc partum, aut fructum extra, vel se, vel arietes mittere potuerunt: sed alligatum, & vinctũ cum sibi ipsis, tum ijsdẽ numero 300. arietibus: At, nec ipsi soli, in arietibus, illud potuerunt perficerè; vt arietes, vel 200. oẽs, vel 140. tantum potuerint parere, & lucrari. Quippe, cum, si, illi 300. aurei pecuarij, & 300. arietes destituti fuissent; si pastor, suis 60. aureis expensis, non eos omnes & arietes, & aureos suscepisset; perijssent quidem omnes: & omnium, pecuarius, naufragium feciſſet trecentorum, & arietum, & aureorum. Acceptum igitur, referendum est hoc lucrum, 140. aureorum, æque proportione seruata, & trecentis aureis pecuarij, & aureis sexaginta pastoris: nec minoris virtutis, actiuitatis, fœcunditatis nobis iudicandi, sexaginta aurei pastori; nec trecenti pecuarij, maioris:

maioris: sed acceptis, quæ tradunt, præscribuntq. nobis duo illa, supra pag. 18. & pag. 19. Quicquid fructificat sui tantum domino: Quicquid datum, aut positum in societate tantum danti fructificat; definiamus iam, determinemusq. secus iniquissimi: In his trecentis arietibus, trecentos omnes aureos vni pecuario: sexaginta etiam vni pastori fructus omnes suos, omnes suas vsuras, integre reddidisse: & quodque partiale capitale, sui tantum domino fuisse lucratum, & fructificasse. Quantum cuique suum, ex iustitiæ æqualitate, iam tandem discernamus, & decernamus primum, hac tertia conclusione.

Partitio lucri 140. aureorum æquissima.

Tertia concl.

IN his 300. arietibus viuis, in quibus 500. tantum reperiantur; omnes, et tantum 140. aurei sunt verum lucrum, æque natum, seruata proportione, ex 300. pecuarij, et ex 60. aureis pastoris.

Spectandæ nunc sunt nobis primum, sociorum sortes, positæ ab vnoque, in his ijsdem numero trecentis arietibus viuis: deinde spectandum, & lucrū. Sortes, fuerunt, duorum sociorum, & duæ: Vna pecuarij: quæ fuit 300. aureorum; altera pastoris: quæ tantum fuit aureorum 60. Ex his vnum fuit constitutum

tutum totale,& commune amborum ſociorum capitale:quod fuit 460. aureorum:Ex hoc totale capitale:natum agnoſcimus hoc totale,& commune, 140. aureorum lucrum. Hoc nunc tandem nobis, aut inter ſocios,aut ſortibus, & capitalibus partialibus, diuidendum.Reperiemus primum;ſortes nõ fuiſſe æquales : aut capitalia partialia non fuiſſe æqualia. Hinc neceſſum eſſe,& lucra fore inæqualia : nec poſſe nos;Paſtori concedere, medium lucrum. Reperiemus;Paſtoris ſortem,60.aureorum, eſſe minorem:& hanc,ſexies contineri,in illo totali capitali 360. aureorum : ſexies enim 60. eoſdem 360. cõponunt. Hinc Paſtorem,in illo totali capitali,360. aureorum , quod,ſex æquales partes,60. vnam quamque,aureorum, habet; vnam tantum, ſemel tantum 60. habuiſſe:pecuarium vero quinq; partes:pecuarium habuiſſe aureos quinquies ſexaginta; qui 300. conſtituunt. His exploratis , lucrum etiã totale, 140. aureorum,in ſex æquas partes, vt diuidamus;oportet. Reperiemuſque; diuiſum hoc lucrum in ſex æquas partes , ſexies continere 23. aureos, 6. lidos,& 8. nummos.Complent enim ſexies 23. aurei,6· ſolidi,& 8.nummi,eoſdem 140.Huius igitur totalis lucri, 140.aureorũ,ſingulis ſex partibus totalis capitalis, ſingulis ſexaginta aureis,23. aureos 6. ſolidos,8. nummos reſponde-

re, & deberi inueniemus: & pecuario, qui quinque partes, quinquies sexaginta, habuit in totali capitali; totalis lucri, quinque etiam partes, quinquies etiam 23. aureos 6. solidos, 116. aureos, 13. solidos, 4. nummos damus: pastori vero, qui, in totalis lucri, semel, & tantum sexaginta habuit; totalis lucri, semel & tantum 23. aureos, 6. solidos, & 8. nummos, ex præscripto exquisitissimæ æqualitatis decernimus. Vnde, pecuarius, qui in his 300. arietib⁹, 300. tantum aureos posuit, & 300. reperit saluos, & 300. exigit tantū, & plures non potest exigere: & his in ijsdem numero 300. arietibus, tantū 116. aureos, 13. solid. & 4. nummos potuit lucrari: & hos iam ei dedimus, & ipse accepit; collectis omnibus, 416. aureos, 13. solidos, & 4. nummos tantum, habet, in his 300. arietibus viuis: & nihil amplius potest aut habere, aut exigere. Quamuis, in his 300. arietibus, aurei reperiantur 500. Non igitur est iusta prima institutio, quę pecuario vni, omnes 500. aureos decernit.

PASTOR, qui, in ijsdem 300. arietibus, 60. aureos posuit: & hos omnes 60. reperit saluos: & hos omnes repetit; & hos omnes exigit, & recipit: & his, in ijsdem 300. arietibus, 23. aureos, 6. solid. dos, & 8 nummos est lucratus, omnibus simul sumptis, accipiet, habebitq; vere suos, in his ijsdē 300.

arieti-

arietibus,83.aureos 6.ſolidos, & 4. nummos: & hi omnes debentur vni Paſtori; & hos omnes Paſtor poteſt exigere, etiamſi, in 300. arietibus viuis, 500.tantum reperiantur aurei: & pecuarius, 500. aureos poſuit, in 500. arietibus, in ſocidæ primo principio. Iniqua igitur prima inſtitutio:quæ,horũ 500. aureorum,partem nullam dat paſtori.

PECVARIVS, qui, in primo principio, 500. aureos appoſuit in negotio, aut in 500. arietibus, & nunc,416.aureos, 13.ſolidos,& 4. nummos tantum recuperat,& plures non poteſt recuperare;de ſuo 500. aureorũ capitali, vel de ſuis primis aureis 500. ſemel iam,ac vere,re ipſa, & actu, 83. aureos, 6.ſolidos,& 4.nummos deperdit:etiam,facta partitione, ex præſcripto, legum, ſocietatis iuſtiſsimæ: etiam ſi, ſocietatem iuſtiſsimam inſtituiſſet. Verũ, cum talis non fuerit: nec dum deperdit Teruntiũ: & ipſe,extra ſocietatem,de 600.aureorum capitali, 100. quos expendiſſet; omnes re ipſa perdidiſſet: quos omnes nunc petit;vt pereant vni paſtori:quo ipſe haud poſsit deperdere nummun,centũ aureos deſumit,de capitali vnius paſtoris: & totum illud abſumit.Sed hãc,ponamus iã, in aperto concluſionem: quando, illam iã habemus, omnibus vijs demonſtratam.

CONCLVSIO QVARTA.

Ex qua deinde necessario efficitur; institutionē primam, & ex ea partitionem, esse iniquissimam & vsurariam.

Quarta conclu.

PECVARIVS, *qui, in* 500. *arietibus, posuit* 500. *aureos, & in* 300. *tantum arietibus viuis, reperit aureos tantum* 500. *inita cum Pastore, qui* 100. *aureos in ijsdem posuit vera societate, re vera, reque ipsa, et actu, de suo primo,* 500. *aureorum capitali, iam deperdit* OCTVAGINTA TRES AVREOS, SEX SOLIDOS, ET OCTO NVMMOS.

PASTOR, qui, in 500. arietibus, posuit 100. aureos, & in 300. tantum viuis, reperit tantū 500. inita cū pecuario, qui in ijsdem posuit, aureos 500. vera inita societate reuera, & reipsa, & actu idq; exigente iustitia, de suo 100. aureorum capitale, saluos sibi vni adhuc inuenit, eosdem omnes OCTVAGINTA TRES AVREOS, SEX SOLIDOS, ET OCTO NVMMOS, & tantum deperdit 16. aureos, 13. solidos, & 4. nummos.

Hac iam demonstrata, & præposita, substrataque conclusione; necessario ex ea efficitur illud idem theoremma: quod, nobis, a principio, demonstrādum in fine, proposuimus: & pro quo vno demonstrando,

ſtrando, tanta præfati ſumus:tã alta, tamque firma, noſtro inſtituto maxime neceſſaria,in hoc vnum directa:apodicticam perſequentes,& volentes abſoluere tractationem, fundamenta præiecimus. Hoc demonſtrabimus primũ, in eo quod, a principio, proſequuti ſumus, exẽplo: vt illuſtrior fiat demõſtratio, ex ea,deinde colligemus vniuerſum.

Theoremma XIII.

PARTITIO illa, in qua, ex præſcripto primæ inſtitutionis,in propoſito, pro exemplo, caſu, vni pecuario dantur omnes 500. aurei, & horum, nulla pars datur paſtori;eſt iniquiſsima.

Patet, ex ſuperiori praximiori concluſione: quoniam,hæc partitio paſtori domino, aufert,omnes illos 83. aureos, 6. ſolidos, & 8. nummos, illi vni ſaluos, in trecentis viuis arietibus: & dat illos omnes,vni pecuario, nõ domino: iniquiſſima ergo inſtitutio:ex qua iniuſtiſſima partitio.

Theoremma XIIII.

PArtitio eadem illa, etiam eſt vſuraria, ratio ex eadem ſuperiori concluſione eſt per ſe manifeſta: Quoniam,ex ſuperiori concluſione, pecuarius, de ſuo capitali,500.aureorum, iã vere deperderat,

suos omnes illos 83. aureos, 6. solidos, & 8. nummos: Et exigens eos nunc, eosque desumens vere de re, & de vno capitali, socij pastoris, cui, eos in societatem dederat; est vere certos, saluos, & securos factos, & integre restitutos, & sibi, a pastore, eos persolutos accipere: quasi tantum mutuasset pastori; illos: nec in societate posuisset: estque hic contractus, nomine tantum, societas: re autem ipsa, verũ mutuum. Quoniam hic pecuarius, ex hac societate, quando, suos 500. aureos reperit saluos, vult & petit; sibi vni esse saluos: & quando contingit alicui esse vsui, partum ædere, fructum, lucrum; petit sibi vni, vsui esse, & fructificasse: quando vero; contigerit perijsse, hos 83. aureos, aut aliquam aliã, 500. partẽ; vult & petit, hos omnes 83. aureos, aut aliam partem, sibi non perijsse: sibi vni omnes manere saluos: vni pastori socio, cui illos dedit, vult omnes perijsse. Hæc omnia, hanc partitionem efficiunt vsurariam: nec hanc vnam numero partionem, poterit quis ab vsura vindicare. Et si Pecuarius aperte, determinate, & formaliter, vel expresse, hanc apponeret conditionem, in societatis ipsa institutione, vt etiamsi 500. aureorum, 80. perirent, pastor, illos, sibi, integre restitueret, ac persolueret; manifesta esset vsura, quoniam est formalis, & aperta. Hæc alia, non est minus vsura:

quamuis

quamuis non sit ex compacto: quando re ipsa, & opere, & actu eadem est, quoniam pecuarius, re ipsa retinet sibi, illos 83. aureos pastoris, pro recuperandis illis, etiam 83. quos ipse deperdit. Sed hæc recta oratione, & breui, omnia diximus; vt fierent clarissima: & in vno determinato casu, exemplo, rem illustrauimus. Sed quoniam scimus; ex vno singulari, non posse colligi propositionem vniuersalem, vel enuntiatum vniuersum: ad inductionem, ex multis singularibus conficiendam, nos omnes conuertemus: & demonstrabimus; quod fuit in hoc casu, esse in omnibus, intra latitudinem obseruatam num. 12. se continentibus, seruata proportione: præsertim in, frequentioribus, & frequentissimis, & faustissimis: in quibus cum semper reperiatur iniustitia, & in omnibus fere, vsura; huius socidæ improbationem absoluemus.

IMPRO-

IMPROBATIO VTRIVSQVE *superioris institutionis.*

Theoremma XV.

OMnis contractus societatis ad primæ, vel secundæ institutionis prescriptum institutus est iniquissimus, & iniustus.

Hoc theoremma demostrabimus facillimo negotio, ex primis iam positis principijs, ex proprijs, & communibus, & rectam agemus orationem, vt ipsa perspicua fiat: mutabimus stylum. Omnis enim contractus, in quo, inter contrahentes, æqualitas non seruatur: est iniustus. Hinc, omnis contractus, in quo, vnus contrahentium accipit, aliquid non suum, sed alterius contrahentis, est iniustus. Ex, his omnis contractus, in quo, vnus contrahentium, accipit aliquid; quod reperit saluum: quod idem si perijsset, aut si fructificaret: non sibi periret, nec sibi fructificaret: sed alteri, seruata iustitia; est iniustissimus. Æqualitas enim iustitiæ, illud exigit: vt nullus accipiat quicquã amplius: quã, quod est suũ: Præterea, vt quicquid reperitur saluum, & sit saluum, & sit eiusdem illius, cui deperderetur, si periret. Res enim eadem, non potest, vni esse salua, & fructificare: & alteri perire: aut contra. Hæc, sua luce

lucent

luce lucent ex primo, secundo, & tertio principijs, quos supra pag. 117. & 118. præposuimus. Omnis autem societatis contractus, qui, circa animalia versatur, ad vel primæ, vel secundæ institutionis præscriptum institutus, est huiusmodi. In eo enim, pecuarius, in omnibus in frequentibus, in frequentioribus, in frequentissimis, in faustis etiam, & faustissimis casibus, accipit multo plura; quam quæ sua sunt, ex legibus iustæ societatis. Vt enim constat, ex longissimo experimento, circa vtramque institutionem a nobis facto; si in arietibus, non reperitur lucrum ducentorum, & quinquaginta aureorū; in omnibus casibus, qui moraliter faustissimi expectari possunt, in quibus tantum, pastor quicquam potest lucrari, vt quando, plures septingentis, aurei reperiuntur; in his omnibus, (vt 7. incommodo demonstrauimus) pecuarius, semper refert plures partes lucri: quam seruata proportione potest exigere: atque ita, accipit aliquam partē lucri: quæ vere respondet, & debetur sorti, & capitali pastoris. Præterea, quādo, lucrū est tantum 200. aureorū; aut pauciorum; pecuarius vnus exigit, ac desumit totum lucrum: quod vere respondet, & debetur capitali pastoris. Tum etiam, quando, lucrum nec dū est 200. aureorum; pastor iam incipit deperdere de suo capitali, & pecuarius iam incipit desumere, &

accipit, non solum, totum lucrum: quod respondet, & debetur capitali pastoris: sed etiam desumit iam, partem aliquam, eiusdem capitalis pastoris, & totum illud: quod pastor deperdit: vt, qui voluerit poterit videre, in omnibus primis octo incommodis; & maxime in 6. & 7. pag. 43. 44. 45. & 46. Tandem, quando, lucrum aut est tantum, aut nec dum 100. aureorum; totum, quod deperdit pastor, est eiusdem sui capitalis: & totum quod pecuarius desumit; aut est pars vnius, & eiusdem capitalis, aut est totum ipsum pastoris capitale: totum capitale: vt, quando, in arietibus quotcunque viuis 500. tantum aurei, reperiuntur: & pecuarius omnes illos 500. exigit: Medium capitale, 50. videlicet aureos: vt, quando, lucrum tãtum est 100. aureorum: quoniam, horum, qui omnes sunt capitale vnius pastoris; pecuarius exigit totum medium: omnes inquam 50. aureos. Et hæc videntur satisfacere posse plenissime cuicunque. Qui plura desiderat; inueniet quidem in superioribus, quam multa: quæ nunc repetere, esset in infinitum abire; ipse repetat, qui desiderat certius illa tenere: nos vno epiphonemate, omnia breuissima oratione comprehendemus.

Epiphonema maxime Obseru.

IN OMNIBVS casibus, in omnibus euentibus, qui cõmuniter, in omnibus etiã, qui moraliter expectari possunt, pecuarius semper desumit, & accipit

cipit quicquam de re, & capitali vnius pastoris: in omnibus faustissimis, semper partem aliquam, lucri debiti vni pastori: in omnibus euentibus faustis, totum lucrum: in frequentibus totum lucrum, & partem aliquam, etiam si non magnam, eiusdē capitalis: in frequentioribus, & frequentissimis totū lucrū & magnam partem capitalis: in aduersis præter totum lucrum, etiam ipsum medium capitale: in omnium, qui moraliter timeri possunt infaustissimis, aut fere totum: aut omnino totum ipsum capitale. Tandem, nullus aut communis, aut moralis est euētus, nec vllꝰ moraliter expectari potest casus: in quo pecurius non desumat quicquā aut de capitali, aut lucro pastoris. Hæc omnia, supra fusse iam sunt demonstrata. Hæc non possunt conuenire cum iustitia: quæ alienum accipere interdicit. Ostendimus igitur iam, huius socidæ contractum omnem ad primæ, & secundæ institutionis præscriptum, esse iniustissimum, esse iniquissimum: esse vsurarium deinceps aperiamus.

HVNC CONTRACTVM, AD vtriusque institutionis præscriptum, esse vsurarium, ostendit.

Theoremma XVI.

OMNIS contractus societatis ad vel primæ, vel secundæ institutionis præscriptum initus, est non modo iniquus, sed etiam vsurarius.

DE PRIMA institutione, semper a principio, fuit id nobis persuasum; eam esse & iniquissimam, & vsurariam; & si viderem, & nunc videam ratam, & probatissimam esse, quam multis. Sed, de secunda, sic existimaui; vt nullam aliam, hoc in genere, posse præscribi æquiorem; crediderim. Cum autem, quod feci de prima, de ea etiam periculum facere, eamque explorare, & experiri incipere tentassem; reperi eam etiam iniquissimam, vt incommoda, quæ, in ea inuoluta latebant, & nos longe, lateque etiam in experimento secundæ institutionis explicauimus; demonstrant. At, eam, vsuram etiam inuoluere; nedum aliquando fuimus suspicati; quoad ipsa nobis occurrit: quoad ipsa se se prodidit, ac obiecit nunquam quæsita ipsis nostris oculis:

lis: experimento illo seuerissimo pag. 88. & 89. & deinceps pag. 98. quærentibus nobis fontes incōmodorum, ipsa se se nobis obtulit: obnuta, obductaq. adhuc facie palliata, & inuoluta: ita, vt, quasi alonge, sed nec plane, nec plene cognouerimus, nec ausi ibi fuimus affirmare esse eam: solum indicauimus. Nunc autem iam, non modo de prima, sed de secunda etiam asseueramus: & vtramque esse vsurariam, vlla absque hæsitatione pronuntiamus.

OMNIS enim contractus, vel societatis nomine institutus, in quo aut pecunia, aut res alia quæuis, quæ ponitur in societate, non stat periculo dātis: quando perit; non perit eidem danti: & quando manet salua, & quando fructificat; manet salua, & fructificat vni danti, & danti tantum; est non modo iniquus: sed etiam vsurarius.

Hoc pronuntiatum est D. Tho. 2. 2. quæst. 78. artic. 2. in responsione ad 5. Doctor enim Angelicus, in illa responsione distinctionem affert, & assignat, inter pecuniam mutuatam, & pecuniam in societate positam, & duo explicat theoremmata omnino oppositа, & contraria: quibus mutuum, & societas, ab inuicem, mutuo longissime separantur.

Omnis siquidem pecunia mutuata, inquit D. Th. aut perit, aut salua manet, aut fructificat tantum accipienti. Hoc theoremma demonstrat D. Tho. ex

cõmunissimis, primis illis tribus principijs pag. 118 præpositis. Res enim omnis aut perit, aut salua manet, aut fructificat sui tantum domino. Dominus autem pecuniæ mutuatæ, ipsa mutuatione fit, qui ipsam accipit. Ille, inquit D. Tho. qui mutuat pecuniam; transfert dominium pecuniæ in eum cui mutuat. Vnde, ille, cui pecunia mutuatur, sub suo periculo tenet eam, & tenetur eam restituere integre. Vnde, non debet amplius exigere ille, qui mutuauit. Ex his D. Tho. verbis, omnes colligũt. Nullũ, mutuantẽ suam pecuniam, ex ea posse licite vsuras colligere: & Omnem mutuantẽ suam pecuniam, & quicquam amplius, præter ipsam pecuniam mutuatam accipientem, & expetentem esse vsurariũ. Quoniam, acciperet fructũ, & lucrum de re non sua: de re, cuius dominium trãstulit in eũ, cui mutuauit: de re, quæ si perit, perit illi cui, eam mutuauit: & de re, quam integrã vult exigere, & integram sperat posse repetere. Et hæc est mens, & sententia D. Tho. & verissima, & sanctissima, ex tribus illis principijs, ac elementis communissimis, & primis apodictice, necessario, & maxima cũ euidentia collecta, & demonstrata: quam, nullo excepto, omnes DD. amplectuntur.

OMNIS contra pecunia, per modum societatis cuiusdam commissa mercatori, vel artifici & perit, &

salua

salua manet, & fructificat vni, ac eidem danti. Quippe quod, res omnis & perit, & salua manet, & fructificat sui tantũ domino. Qui autem pecuniam suã ponit in societate, manet dominus eius; semper manet dominus illius pecuniæ positæ in societate. Nã, ex eo, (inquit sua in sum. verb. soc. Caietanus) quod, posuit pecuniam suam in societate; non desinit esse dominus illius: ita (inquit D. Tho. in eadem ad 5. responsione) quod, cũ periculo ipsius (ideſt dantis) mercator de ea negotiatur, vel artifex operatur. Et ideo sic licite, potest partẽ lucri inde prouenientis expetere, Tanquam de re sua. Vnde, omnes fatentur; ponentem suã pecuniam in societate, posse oẽs vsuras, illius pecuniæ in societate positę licite expetere, exigere, accipere. Nec esse vsuariũ: & recte quidem. Nã veritas est hæc: quæ, suo naturali impetu venit dimanata, & demonstrata ex lumine triũ illorũ principiorum Quicquid, &c. At vero, vt, qui ponit pecuniam suã in societate, possit vsuras illius licite exigere, vt illas possit accipere; & accipiens quicquam amplius, quã posuit; & accipiens oẽs illius, & partus, & fructus, vsurarius nõ sit; est necessum omnino; vt, pecunia illa, ipsius ponentis stet periculo: nullo modo periculo accipientis: sed accipiẽs de ea negotietur, non suo, sed eiusdem ponentis periculo. Nam si periculo stat accipientis, & deperdita accipienti perit,

perit, & deperditam aut totam, aut illius partem, accipiens tenetur eam integre danti restituere; hoc vno, accipiens iam factus est dominus illius aut pecuniæ, aut rei cuiusuis positæ in societate: & hoc vno viciatur iam contractus, desinitq. esse societas, & coit cum mutuo, & omnino fit mutuum: nulla siquidem re, a mutuo poterit separari. Vnde, Omnis, qui, confert pecuniam suam in societatem, volens eam accipienti perire, si perierit; & sibi esse saluã; quando salua reperitur, & sibi fructificare; quando fructificarit; & tandem fructum eius, lucrũ, & vsum vel vsuras eius accipit, exigit, vel expetit, est quasi vere mutuans: & est iniquissimus, & vsurarius: nullo vero modo, socius. Nec, vt, sit vsura iniqua in his; est necessum illud; vt, id fiat ex compacto, vel conuentione, vel formali contractu, vt explicito, & determinato, & directe; quod, res posita in societate pereat accipienti, aut aliqua pars illius: vt mutuum sit vsurarium; non sunt hæc necessaria: sed sat est; vt, vel indirecte, vel per obliqua, vel implicite, vel ex necessitate consequentis, futurum sit illud, & & tandem sit. Nam etiam si nulla conuentio, nullus contractus intercedat, etiam si nomine societatis contractus instituatur; vsura est; si actu fit, & opere completur: quid alius spectas; si ex contractu ipso necessario sequitur? Quod de toto dicimus; de parte etiam

te etiam esse intelligendum. Nam, quamuis, de tota hac pecunia in socidis, aut societatibus posita, hoc non sit, aut fiat, nec de parte certa, & determinata; quæ esset apertissima, & manifesta maxime vsura; sat est vt sit, fiatque de parte, aut partibus incertis, & indeterminatis: si tandē in re certa, & determinata, opere completur vsura, ac perficitur. Hæc, clariora sunt ipso meridiano sole: & hanc doctrinam, omnes Doctores nullo excepto, ratam habent, & maxime probant, & amplectuntur, & docent in suis scriptis: quorum testimonijs afferendis supersedebimus: quoniā hac doctrina impleti sunt libri omnes: & nos ad necessaria etiam desideramus tempus; prælo cum abesse non possimus: & adesse adstringamur nostræ Ecclesiæ: tantum adducam tria circa materiam ipsam, in qua socida nostra versatur. Diuus quidem Antoninus 2. *parte, tit.* 1. *de vsura, cap.* 7 §. 39. loquens de modis, quibus animalia dantur ait; Alio modo possunt tradi animalia: quasi per modū mutui: puta; cum, qui dat alicui rustico 20. capita cum pacto, quod sint firma in numero, vel in pretio ipsorum, in omnem euentum: & tunc, si totum lucrum sit rustici, sicut & damnum, licitum est secundum Vlpia. Quia, idem est; ac si mutuasset ei pecuniam: de qua emisset tot capita. Si autem, vult partem lucri, saluo suo capitali; vsura est: quia, illud lu-

crum vult, ratione mutui. Hæc D. Anton. Sylu. etiam, *soc. 1. nu. 1.* ait; *Vbi, illud, quod, quis, in societate ponit; stat periculo ponentis, non est vsura: sicut nec mutuum*: quod inuersum necessariũ facit illud; Vbi, illud, quod, quis in societate ponit; non stat periculo ponentis; ibi est vsura, sicut & mutuũ. Idem, *soc. 2. nu. 1. Si pecora stant periculo tradentis; non potest ibi esse vsura.* Ex his a contrario sensu, necessario sequitur; si pecora nõ stant periculo tradentis; non potest, nõ ibi esse vsura. Quod si, tibi videbimur, inepte colligere; audi Sot. *li. 6. de iust. q. 6. art. 1.* extremo, præcipientẽ, *Animalia, quæ dantur in societatem, conferentis stent periculo: alioquin erit vsurariũ mutuum.* Horum omnium dicterũ vna est ratio: quam D. Tho. reddidit: Quoniam, qui alteri committit rem suam, per modum cuiusdam societatis, vt ex ea licite possit expetere lucrum, tanquam de re sua, est necesse; vt, ipse maneat semper eiusdem rei dominus: est necesse; vt, dominium illius apud se retineat: non potest illam a se alienare: non debet dominium illius in socium accipientem transferre: vt facit, qui pecuniam suam mutuat. Nam, si ipse non manet dominus illius rei positæ in societate; non potest rei illius aliquem habere vsum: nullas de ea re vsuras, nullos fructus, nullum lucrum, commoditates nullas potest accipere, exigere, nedum sperare. Spe enim sola, & mente concepto vsu, &

lucro,

lucro, vel fructu, contrahitur vsura. Eo vno, quod lucrum sperat, & vult, intenditq. exigere de re non sua; deque re aliena, & quæ est alterius; iam committit vsuram iniquam, & iniustam. Omnis enim, & vna tantum vsura, rei alienæ, est iniqua, prohibita, & interdicta: Non autem vsura rei propriæ. Hinc, quoniam, qui, rem suam ponit in societate, retinet, & reseruat sibi dominium illius; potest licite vsuras illius expetere, exigere, & accipere. Præterea, eo ipso, quia est dominus, deperdita ea, ipse eam deperdit. Nam quicquid perit; domino suo perit; &, si vult; vt, pereat accipienti; hoc ipso transfert pecuniæ dominium in accipientem, & de illa nullum lucrum potest exigere, sine vsura: acciperet enim de re aliena vsuras. Qui, aliter, rationem formalem accipiunt; ipsi fortasse sunt: qui vsuræ ignorant rationem formalem. Diuus vero Thomas, qui, quam explicamus dedit, illam vere, ac proprie, & probe tenuit. Sed hæc longius, latiusq. explicare, nec huius loci est, nec nostri instituti. Qui scire desiderant; an ratio formalis vsuræ, nos Atheologos (vt dicũt) fugiat; veniant, accedant, periculum faciant, explorent, experiantur, experiantur. Sed, quoniam, mutuũ vsurarium, cum D. Tho. cum D. Anton. cũ Sylu. cum Soto, cũ Caie. *in sum. verb. vsura*, & cũ omnibus

DD. affirmamus, & asseueramus esse; rem ponere in societate animo, & mente, vel opere illud perficitur; vt vel illa, vel pars illius accipienti pereat: & animo, & consilio accipiendi partem lucri prouenientis ex ea; demonstremus iam ita fieri; in his societatibus: quæ ad præscriptum & primæ, & secundæ institutionis solitæ sunt iniri: & experimentis, vt superiora omnia, id etiam planum, & clarissimum efficiamus.

Hac de re, duo iam in superioribus fecimus experimenta, vnum pag. 94. circa casum illum: quando 500. arietum 50. perierunt: in quo casu, pecuarius socius, ex prima institutione exigens ante lucri diuisionē omnes 500. aureos, quasi 50. non perijssent, in 50. arietibus mortuis, exigit iam sibi saluos, illos 50. sibi iam deperditos: & petit perijsse pastori: & si vixissent, & fructificassent; illos, cum suo lucro exegisset: quo vno, & nullo reddito Pastori capitali, 500. tantum, lucratur 65. aureos: qui extra societatem 600. tantum 30. & 500. tantum 25. potuisset lucrari: & Pecuarius socius, ex secunda institutione, non restituens Pastori, eius capitale, eorum 50. qui sibi perierunt, iam recipit 15. saluos: quoniam 500. tantum, lucratur 40. qui extra societatem 600. tantum 30. & 500. tantum 25. potuit lucrari. Qui casus, (vt, ibi obseruauimus) est omniū frequen-

frequentiſsimus. Aliud, eiuſdem rei, fecimus experimentũ pag. 172. & vſuram demonſtrauimus Theorem. 14. pag. 173. circa illum caſum; quando mortuis 200. arietibus, & in 300. viuis, 500. aurei reperiuntur, & eos omnes vnus exigit Pecuarius. Alia nunc adhibeamus experimenta.

Experimentum tertium in vtraque inſtitutione.

QVANDO, mortuis 50. arietibus, in 450. viuis, 540. tantũ aureireperiuntur; Tunc, ex ſecunda inſtitutione, omnes 90. reputantur lucrũ. At vero, (vt ſæpe demonſtrauimus) hi 90. aurei, omnes ſunt vnius Paſtoris: quoniam Paſtor, eos omnes expendit vere, in his ijſdem numero 450. arietibus viuis paſcendis: quos, ſi ipſe non expendiſſet, arietes omnes perijſſent: & hi 90. aurei, omnes ſunt, vnum Paſtoris capitale repertum ſaluum, in his 450. arietibus viuis. In hoc quidem caſu, capitalis totalis, 600. aureorum, quod fuit primum, amborum ſociorum, 60. aurei perierunt: nam, in 50. arietibus mortuis, Pecuario perierunt vere omnes 50. aurei: quos ipſe in illis 50. arietibus mortuis poſuit: & ſalui permanſere 450. tantum, in totidem arietibus viuis:

vſuraria ſecunda inſtitutio.

uis: in ijsdem 50. arietibus mortuis Pastori perierunt 10. aurei: quos, ipse etiam posuit in ijsdem numero 50. arietibus mortuis: & in 450. arietibus viuis, 90. aurei perseuerarunt salui, eidem vni Pastori: vt demonstrauimus theor. 11. pag. 32. Quoniam vero Pecuarius, in secunda institutione socius, horum 90. aureorum, vnam partem, medium vt inquiunt lucrum, & 45. aureos sibi retinet; iam repetit, iam exigit a socio Pastore, illos 45. aureos: quos omnes, ipse vere perdiderat, in 50. arietibus mortuis: & hos omnes 45. desumit vere de re, & de vno Pastoris capitale 90. aureorũ saluo; etiam si, 5. alios adhuc deperdat, nec recuperet. Idq. ex secũda institutione: quã, vsura posse notari, nũquam adhuc vsque, nobis persuadere potuimus. Ex hac vero nũc fit; vt Pastor de suo ipsius, 90. aureorũ capitali saluo, deperdat totũ mediũ, deperdat 45. aureos, illosque reddat, & persoluat Pecuario, pro 45. aureis, & arietibus mortuis, & deperditis: quos si saluos, & viuos, & fructificantes reperisset; & oẽs, cũ suo lucro, exegisset etiam Pecuarius; omnesque eorũ & vsuras, & fructus collegisset: atque ita vsura opere, & actu completur, & committitur.

Ex prima vero institutione in eodẽ euentu, mortuis 50. arietibus, repertisq. 540. aureis, in 450. arietibus viuis; oẽs 500. reputantur capitale tantũ, vni

Pecuario

Pecuario ſaluum; & hos 500. omnes, ante lucri diuiſionem, vnus exigit Pecuarius: reliqui, tantum 40. omnes dicuntur lucrum: huius, vnum medium, 20. aureos, deſumit, & retinet ſibi Pecuarius: alterum tantum medium, reliquos tantum 20. dat ſocio Paſtori. O ſanctiſſime Deus, vel ſi lapideum, vel ſi æneum eſſet mihi cor; mihi ſcribenti, vel tibi legenti ſapientiſſime, poterit non conteri? non comminui? Pecuario, 50. & arietes, & aurei vere, ac ſemel perierunt: 450. tantum permanſere ſalui: Paſtori 10. tantum perierunt, & 90. aurei, omnes perſeuerarunt ſalui: & 90. omnes ſunt, tantum capitale ſaluũ vni Paſtori: ex 11. Theor. pag. 132. ad caſum quartum. At, nunc, æquiſſimus hic Pecuarius, & nunquam vſurarius, de hoc vno capitali, 90. aureorum, vni Paſtori ſaluo, primũ, ante omnia, & ante lucri diuiſionẽ exigit certos, ſaluos, ſecuros, integros, omnes illos 50. aureos, ſemel, & iam ſibi vni deperditos, in 50. arietibus mortuis, ex 8. ad primum caſum theoremmate: & ſic facit; vt, actu, & opere eos omnes ſibi, vnus ſoluat Paſtor, de ſuo 90. aureorum capitali ſaluo: ſed, nec his contentus, præterea, illud capitale Paſtoris, iterum aggreditur, & inuadit: ne vacui redeant, & ſine lucro 500. illi aurei; præter 50. primos, alios 20. deſumit, & aſſociat quingentis: lucrari vult 500. hos 20. & de 90. aureis, capitali ſaluo

Vſura inſolentiſſima.

saluo vni Pastori, Pecuarius hic, 70. sibi retinet, & desumit: ipse repetit sibi saluos, 50. illos iam deperditos, & præterea 20. lucratur: qui extra societatẽ, de suo 600. aureorum capitali, aureos 60. perdidisset in eodem numero casu: Tantum abest: vt, sine fraude, sine dolo, sine vsura possit nunc integre exigere primum 50. deperditos, & præterea lucrari 20. collatis tantum 500. &, vt, Pastor vnus, de suo capitali, 100. aureorum, deperdat 80. & de capitali 90. aureorum vere saluo, deperdat 70. qui, in hoc casu, in quo, de 600. aureorum totali, & communi capitali, repertis 540. tantum 60. desiderantur; seruata æqualitate iustitiæ 10. tantum aureos, ex 8. ad primũ casum theoremmate, potuit deperdere. Hic autem casus, in quo 500. arietum, 50. primo extremo anno, reperiuntur perijsse, & in 450. viuis, 540. aurei reperiuntur, non est eorum, qui multum raro solent euenire: in singulis enim arietibus viuis, duarum drachmarum lucrum reperitur.

Vsura in secunda institutione.

EX secunda institutione, hoc idem fit: quando, mortuis arietibus tantum 20. in 480. arietibus viuis, tantum 540. aurei inueniuntur. Quoniam, primum, 480. aurei, in 480. arietibus viuis reperti salui, omnes sunt vnius Pecuarij: 60. tantum, sunt lucrum: horum, triginta, desumit Pecuarius: reliquos tantum 30. dat Pastori. Hinc Pecuarius, 510. aureos

reportat

reportat ex negotio: & primum exigit, desumitq. illos 20. aureos: qui sibi semel iam,& vere perierũt, in 20.arietibus mortuis: & his complet suos 500. præterea desumit; & accipit alios 10. & hos lucratur suis 500. & hos 30. aureos, omnes desumit, de vno ipso capitali, Pastoris. Quoniam, repertis tantum 540. aureis, in 480. arietibus viuis; nullum est lucrum. Nam ex theor. 10. ad 3.casum pag. 128. omnes 480. aurei, sunt capitale saluum, vnius Pecuarij: & ex theor. 11.ad quartũ casum,pag.32.reliqui 60. omnes sunt capitale saluum vnius Pastoris: qui in his ijsdem numero 480. arietibus annum pascendis, duas drachmas in singulo, & in omnibus, 96. aureos expendit: &, quoniam,reliqui 36. omnino perierunt, & non inueniuntur redijsse, in melioramento arietum superstitum; vere perierunt vni Pastori ex 2.illo principio,Quicquid perit,&ex theor. 8. & 11. Sed 60. illos, quoniam renatos, & rediuiuos inuenit eos,in eisdem numero 480. arietibus viuis; in quib⁹, illos cum seminauit, tũ vsu cõsumpsit, & vere posuit: ex præscripto strictissimi iuris potest illos exigere: atque hi 60. aurei, iustitia id exigente, omnes sunt vnius Pastoris: & omnes sunt tantũ capitale Pastoris saluum: & omnes, vni Pastori debentur: & si horum, 30. desumit Pecuarius; vere desumit 30. aureos: qui omnes vere sunt vnius Pa-

 storis:

storis: his etiam exactis, Pecuarius,sibi ipsi facit iam securos,certos, & saluos, & sic facit sibi soluia Pastore,eosdem illos omnes 20.aureos: quos, semel iã perdidit,in 20.illis arietibus mortuis. In quo, est vsura manifesta,& iniquissima. Quoniam,si illi 20. arietes viui reperirentur,& præterea fructificassent, viuos inuentos, & cum lucro, eos, & lucrum etiam eorũ, hic Pecuarius exigeret: & nunc quoniam sunt mortui; petit vni Pastori perijsse.Quo vno,ipse nũc in societate,500.tantum,lucratur 20. qui,extra societatem, in eodem euentu, de suo 600. aureorum capitale, aureos 60. perdidisset. Tam alienum est a veritate, a iustitia, ab æquitate posse nunc, 500. tantum, 20. lucrari: quin dolus, fraus intercedat, & vsura. Hæc eadem, quæ in his exemplis, ac experimentis explicauimus, in omnibus communibus,frequentibus,frequentioribus, & frequentissimis casibus fortunæ aut prosperæ, aut aduersæ semper ex vi,& vsu horũ contractuum consequũtur: & necessario consequi inueniet; qui,illud experiri voluerit: seruata tamen semper proportione. Semper quidẽ sic,restituitur pecuario, pretiũ eorum arietũ; qui perierunt;& soluuntur,ac redduntur Pecuario, de capitali saluo pastori oẽs illi aurei; qui perierunt: quãdiu,capitalis pastoris, pars aliqua salua adhuc reperitur: & quoad totũ exhauritur: vt experimento demon-

demonſtrauimus clariſſimo, incõmo. 6. & pag. 45. Ex quo etiã fit perſpicuũ; Paſtoris capitale, ex eo exhauriri maxime; quod arietes perierunt: & quoniã pecuarius ſemper ante lucri diuiſionẽ, etiã mortuis 200. arietibus, exigit oẽs ſuos 500. quaſi nulli perijſſent arietes. Hinc fit; vt, demonſtrauimus in 4. concl. ad prẽcipuũ caſum, pag. 172. vt exactis a pecuario omnibus 500. iã non poſſint reperiri illi 83. aurei, 6. ſolidi & 8. nummi: qui permanſere ſalui vni paſtori, de ſuo 100. aureorum capitale: non poſſunt inueniri, nec reſtitui paſtori: quia pecuarius, eos omnes retinuit ſibi: pro 100. aureis ſibi deperditis: & ſic, hac via illud cõſequitur; vt ſibi a paſtore ſoluantur, de eius capitale, aut toto capitale. Et id euenit maxime ex eo q̃ perierunt oẽs illi 200. arietes: qui ſi vixiſſent, & fructificaſſent; vt fructificarant æque ac 300. viui; illi ijdẽ 200. arietes, 340. aureos habuiſſent, & dediſſent: & pecuarius, recepiſſet primum omnes 200. pretiũ primũ illorũ: deinde lucrũ: & paſtor etiã recuperaſſet totũ ſuũ capitale: & præterea, quicquã etiã fuiſſet lucratus: nec totũ ſuum capitale perdidiſſet in hoc caſu; nec in alijs (quos pag. 45. aſſignauimus) deperderet: quod deperdit: aut in alijs: quos quiſq. ſibi quã multos poteſt effingere. Cauſa igitur præcipua, & maxima, quãobrẽ paſtor deperdit totũ ſuũ capitale; eſt quia perierunt arietes: & quãuis 300. viui

fructificarunt; quia tamen Pecuarius, de suo, 500. aureorum, capitale perdidit, ex iusta etiam societatis institutione, 83. aureos, 6. solidos, & 8. nummos; & pro his deperditis; proq. eorum solutione, & reparatione, & restauratione, retinet sibi, illos etiã 83. aureos, 6. solidos, & 8. nummos vni pastori saluos: quasi illos non dedisset in societatem: sed tantum pastori mutuasset. Hinc fit; vt pastor illos deperdat: immo soluat, & reddat pecuario. Quo vno, omnino societas destruitur, & perficitur mutuum. At, nec solum, quando, hoc euenit ex morte arietum; erit vsura: sed, vel si nulli pereant arietes; etiam poterit in partitionibus, exerceri, & compleri opere vsura: vt, si, viuis permanentibus omnibus 500. arietibus, aut propter in illis infirmitatem, aut propter abundantiam viluerunt, & minus æstimentur: ex quo euenit; vt, 600. tantum aurei inueniantur in arietibus; & pecuarius referat 50. & pastor de suis 100. aureis possit recuperare tantum 50. quoniam, reliquos 50. desumit eos pecuarius, & detinet eos; ne vacuos, & lucro incomitatos repetat suos 500. &, eos desumit, propter lucrum cessans; quod desiderium, & absentia lucri, euenit ex illa aut infirmitate, aut arietum nimia abundantia; aut alia causa. Pecuarius vero, extra societatem, perdidisset vere omnes illos 100. aureos; quos redditurus esset

pastori

pastori conducto: & nunc facit illos sibi securos ne pereāt; & præterea lucratur 50. quia, de ipso capitali pastoris, eos furatur. Quoniam, vt sæpe, ac sæpius est iam repetitum: quando tantum 600. aurei, aut pauciores reperiuntur; totum, quod, præter 500 reperitur, est tantum pastoris capitale: si, 500. arietes omnes viui reperiuntur. Ex his igitur omnibus, factum esse videtur; in omnibus casibus; qui moraliter, & communiter solent euenire, & maxime in frequentibus, frequentioribus, & frequentissimis, ex vtraque institutione, partitiones, maxime ex prima esse & iniustissimas, & vsurarias: atque ita, iniustissimas etiam, & vsurarias esse institutiones, ex quarum præscripto, hæ fiunt partitiones.

DEMONSTRAVIMVS igitur iam: quod demonstrandum suscepimus; Nullum contractum, ad præscriptum, cuiusuis superioris institutionis vel primæ, vel secundæ initum; esse veram societatem: sed potius, omnem contractum, ex vtriusque institutionis præscripto firmatum, esse iniquissimum, & vsurarium.

His iam demonstratis, quoniam multi, qui, vim sentium rationum apodicticarum, iam fatentur; hos contractus, non esse societates: quoniam in eis non seruatur æqualitas: vt incommoda superiora demō-

strant: & has partitiones, quas nos excussimus, & explorauimus: in casibus, quos nos ipsi elegimus, (ipsi dicunt pro nostra voluntate) iam etiam cognoscunt, & fatentur esse vsurarias: quoniam nostræ rationes, & demonstrationes, nullū tergiuersationi relinquūt locum: diffugia quærentes, dicunt non esse societates, in quibus, est necessaria æqualitas, secundū proportionem Geometricam: sed esse operarum locationes: in quibus, pastores, locare dicuntur suas operas: atque expectari posse casus: in quibus, partitiones nec erunt iniustæ, nec vsurariæ. Quærendum igitur nobis; an hi contractus, vt, nunc res geritur: possint esse, aut possint reduci, ad locationes operarum, vel conductiones.

Quæritur; an hæc socida, Medium lucrum sit operarum pastoris aut locatio, aut conductio.

OMNES, qui, arbitrantur, hunc contractum posse reduci ad locationem operarum, existimant; Pastorem socium, industriam, & operas tantum proprias personales, pastorales apponere: quæ nunquam magnæ sunt æstimationis: quarumq. pretium

tium semper est maius aut 25. aut 30. aureorum. Sed, in hoc principio, iam aberrant a veritate. Nec mirum. Qui enim habitant vrbes; quique sedent in cathedris; eorum quæ in agris, quæue geruntur in syluis, & quæ a Pecuarijs, & Pastoribus; ita fere omnes sunt ignari: atque rudes & literarum, & rerum vrbanarum, Pastores.

NOS vero, qui, & cum Pastoribus, & Pecuarios inter versamur; & literarum attigimus nonnihil; vrbanos, & Academicos Doctores, & cathedris præfectos, & sapientissimos his nostris, interiori ex eremo erumpentibus agrestibus, impexisque, sed vere acroamaticis, & apodicticis scriptis, iterato monemus: quod iam a principio.

PASTORES quidem conducti, & qui suas locãt operas Pecuarijs, Alij sunt & domestici, & familiares ipsis Pecuarijs: Qui, aliud nihil, quã, operas proprias personales pastoricias, quia nullam habent; nullam hi apponunt industriam: nullas hi expensas, ex proprijs, faciunt. His enim, Pecuarij hæri & annonam, & victui illorũ, & vniuerso gregi omnia elargiuntur necessaria. His præterea, ex conuentione a principio facta, aut extremo anno, aut præfinitis alijs terminis aureorũ aut 20. aut 30. aut 40. vigilãtissimis, mercedẽ persoluunt certam, & determinatã. Pecuarius itaque idem ipse expensas facit necessarias omnes.

Atque

Atque nostris in regionibus, & apud Valentinos, qui multum vtuntur hoc contractu: qui remoti iam sumus a Nauarricis, & Basculis, & Cotterellis; quorum, multi, apud Cæsarauguſtanos, Pastores. Omnis, & quicunque Pecuarius, vel, si domesticos habuerit Pastores, singulo in ariete 2. drachmas, & in 500. pascendis, 100. aureos expendit singulis annis: & ipse præterea omnem industriam, curas multas, & vigilias, totum inquam pondus diei, & æstus sustinet, & vt sustineat est necesse; si, ne, sui pereant arietes; desiderat. Hinc, omnes fere nostri Pecuarij eligunt potius, pastoribus non domesticis, sed extraneis, 2. drachmas, pro singulo, & pro 500. arietibus, 100. aureos certos, ac securos dare: quam domesticos habere pastores.

PASTORES cõducti, alij sunt nec domestici, nec familiares: sed extranei. His, Pecuarij, pro singulo ariete pascendo, 2. drachmas, & pro pascendis 500. aureos 100. determinatos iam a principio promittunt, & certos, ac securos reddunt. Hi Pastores, acceptis a Pecuarijs, centum his aureis, cum pro mercede operarum, tum pro expensis omnibus faciendis, ipsi, & sibi ipsis, & vniuerso gregi, de omnibus prouident necessarijs. Hi per se ipsos, aliquando industriam tantum, & nullas operas: aliquando industriam, & operas solum: aliquando industriam, operas,

ras, & expensas omnes, & alimenta cum sibi, tum alijs, præterea etiam gregi omnia necessaria: aliquãdo, ipsi, nullam industriam, nullas operas proprias personales præstant: quia pastores non sunt: sed per pastores alios a se conductos, hos quingentos pascunt arietes. Hi se habent quasi factores, & ministri. Hi, omnes expensas vere faciunt: atque gregi vniuerso, & pastoribus conductis, cum alimenta, tum cætera omnia necessaria, stipendium, & mercedem certam, & determinatam præbent, ac subministrant: ita ac si hi, tantum essent ministri, ipsius pecuarij, & conductis pastoribus Præfecti.

His positis, est obseruandum; hos 100. aureos, huic pastori conducto extraneo reddendos, & persoluendos fore a pecuario, ex conuentione aut omnes simul a primo principio: aut successiue, & per partes certis, & determinatis currentis anni temporibus, & terminis: aut omnes simul extremo anno. Si omnes simul, in anni principio; pecuarius idem ipse, ac vnus facit omnes expensas: & a principio ponit, in negotio omnes sexcentos aureos: &, si, anno exacto, nihil habet amplius, quàm sexcentos; & nihil lucratur; & omnes sexcentos, integrum annum habuit, hoc vno in negotio, vane occupatos, & sexcentorum omnium deperdit vsum: at si Quingentos tãtum reperit; centum aureorum deperdit non modo

vsum, sed etiã substantiam. Si successiue per annum, & per partes, & præstitutis terminis, persoluit illos 100. aureos pastori; quod est frequentius, expensæ omnes, etiã si per conductũ pastorem, tanquam ministrum, vere fiunt, ab ipso vno, eodemq. Pecuario: & ipse Pecuarius vnus, ponit omnes 600. & 100. expensos successiue, & per partes vsu consumit: quorũ si redeunt, & sine lucro, vsuras tantũ, vel negotiationis vsum; si vero nõ redeunt; vnus Pecuarius, omniũ sexcentorum, vsum, & centũ, substantiam etiam; nõ modo negotiationis vsum deperdit. Pastor hic conductus, nihil posuit suũ, nihil de re sua expẽdit: quin, expendendum totum, prius accipiat a Pecuario; ipse, ex proprijs, nullas expensas facit. Si vero hic Pastor, tantũ extremo anno, potest a Pecuario, collectos simul centum hos aureos, exigere, vel trecentos iam expensos tertio anno extremo; Pastor est; qui, ex proprijs apponit, expendit, vsuq. consumit hos omnes aut centum primo anno, aut trecentos tertio extremo: quos expendere necessum fuit illi: atque ita, eorum deperdit vsum: quorum, aliquem potuisset habere; si aliquo in negotio illos posuisset. At, nullus est Pastor conductus: qui, rem habeat tam amplam: ex qua possit expendere aureos aut 300. aut 100. quin eos omnes prius accipiat a Pecuario: nullus, qui, ex proprijs potest expendere aut

300.

300. aut 100. alij locabit suas operas. Vnde Pecuarius, qui per conductos pastores siue extraneos, siue domesticos, suos pascit arietes; ipse vnus facit omnes expensas, & in 500. arietibus primo anno 600. & tertio extremo, 800. iam aureos habet occupatos, hos vno in negotio.

HIS constitutis, potest quidem socida hæc, iniri aut cũ eo pastore: qui omnes expensas, ad omnia necessaria, & pastoribus conductis, & gregi debet facere, & in 500. arietibus 100. aureos, & in singulo, duas drachmas tenetur singulis annis expendere: aut cum eo, qui, tantum operas suas personales pastoricias locat, & offert: sed nullas expensas tenetur facere: sed a Pecuario accipit omnia alimenta, & reliqua aut gregi, aut sibi necessaria: ita vt, socida, circa mercedem tantum, aut stipendium præcisse instituatur. Si socida, cum hoc pastore contrahitur; qui, operas tantum personales conferre tenetur; promisso tantum Medio lucro, pro mercede, tantum operarum, certa, nullo concesso, vel assignato capitali, ante lucri diuisionem reddendo; hæc socida aliquando poterit esse iusta: non semper tamen: si operæ, & industria minimi æstimentur, & capitale Pecuarij fuerit magnum; poterit esse iusta: si magni vero æstimentur, erit iniusta: vt infra deinceps explicabimus.

Si autem, socida hæc, cum eo ineatur pastore; qui omnes expensas ex proprijs tenetur facere; pro medio tantum, eius lucri: quod ex negotio potest expectari; nullo concesso, nullo assignato capitali ante lucri diuisionẽ reddendo, semper erit iniusta, & frequentissime vsuraria: etiam si pro 500. arietibus custodiendis, 75. tantum aurei, & pro singulo, tres tantum solidi: (quod est pretiũ infimum) iuste debeantur. Hæc, plane in sequentibus demonstrabimus.

HIS contractibus, vt obseruat Nauar. *in Man. cap. 17. num. 152. & cum eo Lessius lib. 2. cap. 25. de contra. soc. dub. 2. num. 7.* vtuntur ditissimi homines, & potentissimi, cum famulis, aut factoribus suis; vt illos reddant, faciantq. diligentiores: qui, nec pecuniam habent: quam, in societate possint ponere: nedum, ex qua, aut expensas omnes, aut victui suo necessarias possint facere: sed, ex re ipsa quam tractant, & gerunt, desumunt omnia & negotiationi, & sibi ipsis, suoq. victui necessaria: ipsi vero industriam tantum non magni æstimatã, & operas solũ suas personales apponunt: & hæ tantum vere sunt locationes operarum: & nullo modo societates.

IN his tamen locationibus, inquiunt Lessius, & Nauar. Talis debet esse pars aliquota; vt, tanta sit illis spes accipiendi amplius: quam opera præcisse meretur; quantum est periculum accipiendi minus:

alias

alias merces non est iusta.

ETIAM SI, huius generis contractus, in locationibus maxime possint facilius,& cõmodius institui; possunt tamen & fieri, in omnibus societatibus & diuersæ, & eiusdem rationis:& ex vtraque parte, & pro vtroque socio, siue apponente pecuniam tãtum: siue apponente tantum operas, & industriam: siue apponente & operas,& industriam, & expensas omnes negotiationi necessarias:siue apponente tantum pecuniam omnem, expensis faciendis necessariam. Possunt quidem fieri hi contractus; vt sociorum, vnus tantum, ante lucri diuisionem, & ante omnia in omni euentu, quando reperitur, primum exigat integrum totum suum capitale: &, si, illo exacto,nihil reliquum reperitur; alter socius, totum suum capitale deperdat, & nihil referat: si vero exacto capitali suo, ab eo, qui, ex institutione illud, (ita vt diximus) potuit exigere; aliquid accipiendũ relinquitur; illud tantum,& illud totum sit lucrum; & tunc, alter socius, accipiat illius lucri aut mediũ, aut in decem partes æquales diuisi exempli gratia, referat vel 8.vel 6. vel 4. vel 3. vel 2. vel vnam tantum:prout ratio æqualitatis exegerit,sociorum sortibus spectatis, & capitalibus partialibus, ac seruata in omnibus Geometrica proportione: possunt quidem hi contractus institui, & celebrari in soci-

etatibus aut diuersæ, aut eiusdem rationis; solum quando, sors vnius socij, siue sit ponentis industriam tantum; siue ponentis tantum pecuniam multis, & magnis partibus, ab alterius socij sorte, & longe superatur.

POTEST enim fieri; vt, sociorum, vnus, mille in pecunia apponat aureos: atque hos omnes simul, & in primo principio: alter vero, apponat tantum operas suas proprias personales, & industriam: expēsas facturus omnes, & desumpturus ex ijsdē mille aureis; & etiam ad sui ipsius victum: quæ operæ, cū industria, æstimētur Quinquaginta tantum aureis, pro singulis annis. Si hæc societas, ea lege institueretur; vt vterque sociorum, posset repetere ante lucri diuisionem, totum suum capitale; deinde lucrum diuidatur spectatis capitalibus; debet hoc omnibus esse persuasum; si societas hæc ad quinquēnium fuerit contracta; extremo quinto anno, hunc socium ponentem, tantum operas personales, & industriā, 50. aureis, pro singulis annis ęstimatas, 250 aureos vere apposuisse; & 250. aureorum fuisse huius socij capitale, est certissimū. Si enim hic, has suas operas, & industriam, 50. aureis, pro singulis annis, æstimatas locasset; singulis extremis annis 50. & quinto extremo 250. a sui conductore exegisset, & recepisset: & secundo, & tertio, & quarto, & quinto anno,

to anno, in aliquo negotio si posuisset; quos accepit; aliquod, de illis posset referre lucrum. Hæc, sua luce, multo plus, quam sol meridianus lucent. In hoc igitur contractu, si die partitionis, quinto exacto anno, 1250. tantum aurei reperiuntur; nullum est lucrum: sed tantum amborum sociorum totale capitale saluum. Qui posuit mille; mille tantum; qui posuit 250. omnes hos 250. potest exigere: & huic, omnes hi 250. debentur restitui, idq. exigente iustitia. Hos enim conductus certos, & securos, a sui conductore accepisset. Si vero, præter 1250. qui omnes sunt capitale totale amborum sociorum, alij 750. reperiuntur; hi tantum sunt verum lucrum: huius lucri, qui posuit 1000. aureos. referet quattuor partes: quoniam in illo capitale 1250. aureorum quatuor partes habuit: referet 600. aureos: qui vero in sua industria, 2500. posuit, vnam tantum partem, 150. reportabit: quoniam in totali capitali, vnam, quintam tantum partem habuit. Qui posuit 1000. deinde 1600. tantum; qui vero, 250. contulit, 400. aureos, ex negotio reportaret. Hæc, ex communi, & vera societate. Si autem hi socij, committere se voluerint fortunæ, & sorti; vt ille tantum, qui, 1000. aureos posuit, possit primum, & ante omnia, & ante lucri diuisionem exigere suum capitale,

capitale, suos omnes 1000. aureos: alter vero ponens operas, nullum sit exacturus capitale; sed tantum medium illius, quod exactis omnibus 1000. reliquum fuerit. His enim, hoc totum, cum Caietano fuisset lucrū. Hinc repertis tātum 1250. omnes 250. qui omnes sunt capitale ponentis operas, iam sunt lucrum: & huius, medium; qui 1000. posuit, 125. referret: qui posuit operas 250. aureis æstimatas, reliquos tantum 125. reportaret: deperderet 125. & repertis 1000. tantum, omnes 250. deperderet: repertis vero 2000. omnes 1000. fuissent lucrum: medium exacturus, qui operas posuit; iam reportabit 500. iam reportabit amplius, quam operæ eius præcisse merentur, tantum; quantum potuit deperdere: quoniam potuit deperdere 250. & nunc lucratur alios 250. & ideo hic contractus poterit esse iustus: vel hæc locatio poterit esse iusta. Quoniam adeo, vel æquæ cōtingens videtur esse; 1000. aureos, quinque annorum spacio, aut 800. lucrari, quo in casu, ponens operas 400. reportaret: æque ac in vera societate; aut 400. tantum: quo in casu reportaret 200. & 50. de suo capitale deperderet; aut reperiri tantum 1000. in quo casu, deperderet omnes suos 250. aut reperiri 2000. quo in casu, ponens operas, 50. aureis æstimatas, alios 250. lucraretur. Mille siquidem aureos, singulis annis communiter

muniter 150.& fauſtis in euentibus 200. alios poſſe lucrari, videtur ſperandum: vt Nauar. *in ſuo Manu. cap.17. num.257.* inſinuat. Quod ſi operæ,& induſtria,pro ſingulis annis, 100.aureis æſtimentur; hæc locatio, iam non poterit eſſe iuſta; ſi has ponenti operas, nullum die partitionis reddendum eſt capitale: ſed Medium tantum lucrū. Quoniam,hic,qui, operas ponit, 100. aureis æſtimatas, quinto extremo anno, 500.aureos iam poſuit: & exponitur periculo perdendi hos omnes 500.aureos: & perdendi medium illorum, perdendi inquam 250.frequenter; vt quando,quinto extremo anno 1500.tantum reperiuntur: quo in caſu,omnes 500.eſſent lucrum; & qui 1000. poſuit 250.exigeret: qui operas,& induſtriam, reliquos tantum 250.& totum dimidium ſuum capitale deperderet; & illud lucraretur qui aureos mille poſuit. Præterea, qui poneret operas, 100.aureis æſtimatas; fauſtis tantū in caſibus,poſſet recuperare totum ſuum capitale; omnes ſuos 500. Eſt enim neceſſe, vt quinto extremo anno bis mille aurei reperiantur: & tunc, qui mille aureos poſuit, 500. & ſingulis annis centum lucraretur: qui vero poſuit operas;nec nummum potuiſſet lucrari. Tandem, qui, operas 100. aureis æſtimatas ponit, nunquam poteſt lucrari alios 500. aureos, vt 500. ſuos poteſt deperdere. Eſt enim neceſſe; vt quinto ex-

tremo anno ter mille aurei reperiantur; quo, suos 500. possit qui operas ponit reportare, & præterea lucrari alios 500. Nam etiam si ter mille aurei reperiantur: qui mille apposuit, exigit primum suos mille: reliqui bis mille, omnes dicuntur lucrum commune: cuius, vnum medium exigit, qui pecuniam; alterum qui operas ponit: atq. ita, mille aureos reportaret ex negotio; qui operas posuit 500. æstimatas: & ad præscriptum doctrinæ Nauar. & Lessi. locatio operarum fieret iusta. At impossibile videtur esse; vt intra quinque annorum spaciũ, mille tantum aurei, duo millia possint lucrari, & quadringentos aureos singulis annis: satis feliciter euenisse videtur; si mille aurei, ducentos, singulis annis, lucrentur. Esset igitur hæc locatio iniquissima, cum eo, qui operas ponit, 100. aureis æstimatas, pro singulis annis: quia, qui operas ponit; non potest sperare lucri 500. quos potest deperdere. Quanto autem iniquior esset: quam Caietanus decernit iustissimam: cum operæ & industriæ, & pecunia æquiualent; si ponenti operas mille aureis æstimatas, cum eo, qui mille tantũ aureos in pecunia apponit nullum conceditur, nullum redditur capitale: sed tantum medium lucrum. Si ponens operas 500. æstimatas, non potest lucrari, quantum potest deperdere: qui operas ponit, 5000. aureis æstimatis;

multo

multo minus poterit 1000.aureos expectare. Doctri na igitur Caiet. nullo modo potest esse vera: quãdo operæ & industria, & pecunia æquiualent: sed solũ, quando pecunia, multis partibus, viginti partibus superat, pretium, & æstimationem operarum, & industriæ: vt, quando vnus apponit mille aureos, alter vero operas & industriam, 50. tantum aureis æstimatas, pro singulis annis. Nec tunc, capitale suum deperdit his socius, quia illius capitale sunt operæ, & industria: quorum materia est res successiua, & in motu consistens: quoniam (vt diximus) capitale huius 250. aurei sunt: sed ratio germana, natiua, & quidditatiua, & adæquata, & causa quamobrem, est illa, quam diximus: quia huius capitale, ad mille aureos est vigesima, & altera pars, in singulis annis, & de mille aureis, aliorum mille aureorum lucrum poterit expectari: &, qui apponit quinque annis 250. quinto extremo, potest 500. ex negotio reportare.

NON aliter, alij duo, poterunt instituere contractum aut societatis, aut sortium: quorum, vnus apponat tantum operas, industriam, & omnes expensas ex proprijs: quæ omnia, exempli gratia, bis mille aureis, pro singulis auris æstimentur: quo posito, hic, quinto extremo anno, decem millia aureorum capitale iam habebit positum:

alter vero socius, apposuerit primo die, in pecunia numerata, aureos tantum mille: & nihil amplius deinceps. Si societatem hi contraxerint; si exacto quinto anno, & die partitionis, 11000. tantum reperiuntur: nullum ibi est lucrum; sed tantum capitale: quod ambo socij posuerunt. Vnusquisque, tantum quod posuit, potest exigere: hic mille tantum aureos: ille suos omnes 10000. si exactis 11000. alij 5500. reperiuntur, hi tantum, & hi omnes, erunt verum lucrum: Huius decem partes, 5000. omnes erunt eius, qui posuit operas; 500. tantum erunt eius, qui posuit 1000. aureos. Si vero, quoniam hic ponit 1000. tantum, ille autem 10000. qui 1000. tantū ponit, elegerit potius; se sorti committere, & fortunæ: & eam conditionem subire voluerit; vt, qui 10000. posuit in operibus, industria, & expensis, primū, & ante omnia exigat omnes suos 10000. ipse accepturus, tantum medium eius; quod exactis 10000. reliquum fuerit: quod totum dicetur lucrū, accepturus inquam medium lucrum. Si vero, nihil reliquū fuerit præterea, & exactis illis 10000. nihil sit relaturus; poterit hic contractus esse iustus; si hoc inito, qui mille ponit aureos, communiter potest sperare saluos, suos 1000. quos posuit, & præterea lucrū, quod communiter, negotiatores in huiusmodi mercimonijs de 1000. aureis soliti sunt expectare:

&, si, vt,

&,si, vt, reflante fortuna, saluis omnibus 10000. alterius socij: qui, 1000. tantum posuit; deperdit hos omnes: afflante vero, & arridente, possit eadem aut frequenria, aut insolentia, vel contingentia reportare saltem 2000. & 2500. & aliquando in prospera maxime fortuna, 3000. Hic contractus sortium, poterit esse iustus, in hac quantitate, si negotiatoribus, & mercatoribus prudentibus ita videbitur: si vero, non in hac quantitate, poterit tamen (hoc est certissimum) iustus esse in alia. Nostri enim instituti nō est id excutere, examinare, & explorare. Illud tantum omnibus sit persuasum; hos contractus, seruata æqualitate secundum proportionem, posse ad præscriptum exactissimæ iustitiæ reduci, & instituí. Ex quo manifestissimum apparet; quantum, Caietanus in his cæcutierit: vel acutissimus in alijs: qui existimauerit, tantum posse perire capitale eius, qui operas ponit, capitale pecuniæ, permanente saluo: quoniam operæ non sunt permanentes. Nunc nos ostēdimus; posse etiam saluo, & primum exacto capitale eius, qui ponit tantum operas magni æstimatas: totū capitale alterius, qui pecuniam, qui mille aureos, qui res permanentes posuit; omnino perijsse.

HÆC eadem etiam ostentant, meridiano in sole Caietano oculos caligasse: quando dixit; si sociorū, vnus posuit pecuniam, alter vero operas tantum, &

industriam æquiualentes; qui posuit pecuniam, v.g. mille aureos ante omnia exigat, omnes suos mille aureos: si his exactis, nihil aliud repertum fuerit; qui posuit operas mille aureis æstimatas, perdat omnes suas industriam, & operas: quia sunt res successiuæ non permanentes: sed in motu consistentes: & vni tantum substat periculo perdendi vsum operarum, & industriæ in vanum laborando: qui vero, pecuniam apposuit, substat duplici periculo; perdendi scilicet & vsum negationis, & substantiam mille aureorum. Quis non videt; quantum fuerit hallucinatus in his oculatissimus, & circumspectissimus in alijs Caietanus? Quippe cum, vt ostendimus, in sententiæ eiusdem Caietani improbatione pag. 136. qui pecuniam posuit, quinto exacto anno mille tantum aureos posuit: qui vero, operas æquiualentes, singulis annis mille, & quinto extremo anno, quinquies mille aureos (vt demonstrauimus) vere posuit. Præterea mille illius, qui eos in pecunia posuit, non fuerunt vsu consumpti: hi vero omnes quinquies mille, necessario consumendos esse vsu, vt illi mille possint aliquid lucrari, ille potuit deperdere vsum mille aureorum, & substantiã raro: quia & posterior: nihil enim potest de mille suis deperdere; quoad capitale, 5000. aureorũ, eius, qui operas apposuit æquiualentes, omnino exhaustum fuerit,

fuerit, & deperditũ, aut consumptum, hic vero deperdit, & primus, & vsum, & substantiam non tantũ mille: sed quinque millia aureorum: quos omnes, cõductus, pro suis operibus, & industria mille aureis, æstimatis, pro singulis annis, actu certos, & securos, singulis extremis annis saltem, a sui conductore recepisset. Quis, animo æquo, ferre poterit tantam inæqualitatem? tam grauem, tam duram, tam diram sententiam Caietani? Quod, si, quis, defensurus Caietanum, voluerit dicere, tantum intelligendum, posuisse Caietanum, æquiualentes fore operas omnium quinque annorum, mille aureis in pecunia positis: nec si ita intelligendus sit Caietanus; potest, ab inæqualitate, vindicari cõtractus: quoniam, qui posuisset has operas, quinto exacto anno, 1000. saltem aureos, etiam si successiue, & per partes, 200. scilicet singulis annis, apposuisset: & exactis primũ ab illo, qui pecuniã posuit mille suis, ante lucri diuisionẽ, qui posuit operas, pro singulis annis, 200. aureis æstimatas, accepturus tantũ mediũ lucrũ, vt præfinit Caietanus, huic sorti derelictus, nunquã potest recuperare totum suum capitale, mille aureos, pretium suarum operarum: quoniam, vt, hic possit recuperare hos suos mille aureos; est necesse, vt, in negotio, ter mille aurei reperiantur, quinto extremo anno, & die partitionis; est necessum, vt lucrũ

repe-

reperiatur duorum millia aureorum: horum enim, mille reportabit, qui pecuniam apposuit; & semel mille, alios mille, & singulis annis, ducentos lucratus fuisset: qui vero posuit operas, & industriã, & in illis, mille aureos; hos tantũ, & vix, ac nec vix recipiet: quinque annorũ spacio, suis mille, nihil potuit lucrari. At, nec hoc est possibile, mille aureos posse recipere, nedum sperare. Est enim, (vt videtur) omnino impossibile, mille tantum aureis, singulis annis, quadringentos, & quinque annorum spacio, bis mille, posse quemquam lucrari. Multo impossibilibus præterea erit; alios mille posse lucrari; & bis mille referre, qui operas posuit, mille aureis æstimatas: quod necessum est: vt, Lessi. docet, & Nauar. ex sortium præscripto, & rationis: vt, qui exponit se periculo perdendi mille suos, possit sperare, aliorũ mille, lucrũ. Hic vero, exponit se periculo, quasi certissimo, perpendi sui capitalis magnam partem, & 200. aureos: vt, quando, in negotio reperiuntur tantum 2600. quod est frequens: & perdendi 400. vt, quum, reperiuntur tantum 2200. quod est frequentius: & perdendi 500. vt quum reperiuntur tantum 2000. quod est omnium frequentissimum: quoniam satis est mille aureis, quinque annorum spacio, mille alios, & singulis annis 200. & singulis centum, aureos 20. posse mercatorem lucrari. Et hic

casus,

casus, faustus est etiam ei: qui pecuniam, qui mille aureos apposuit. His enim, 500. adhuc lucratur, centum lucratur singulis annis: ei vero, qui posuit operas, 200. aureis, pro singulis annis, æstimatas; est infaustissimus. Nam posuit mille aureos, & conductus, mille aureos retulisset certos, & securos, singulis extremis annis 200. & in sequentibus secundo, tertio, quarto, & quinto, iam potuisset negotiari, & lucrari ducentis, quadringentis, & sexcentis, & octingentis, & eorū, aliquem habere negotiationis vsum. Nunc autem 500. tantum potest accipere; reliquos enim omnes 500. iam exigit eos; qui pecuniam posuit. Si, in his tanta adhuc manet inæqualitas; quanto maior consequetur; si ita accipiatur, vt intelligendus videtur Caietanus, quando dicit; SVPPOSITO quod operæ, industria, & pecunia æquiualeant; hūc, qui ponit operas, pro singulis annis, mille aureis æstimatas, quinque millia aureorum apposuisse necessum est: & hos nunquam, nedum medium illorum, nedum mille aureos posse reportare: si, qui pecuniam posuit, primum, & ante omnia exigit, vt præscribit Caietanus, suum capitale, suos mille aureos: qui vero operas posuit; Medium tantum illius, quod, exacto illo capitale, reliquum fuerit; quod dicitur medium lucrum. Manifestum igitur factum est iam, hunc contractum; vt, sociorum,

vnus tantum, ante omnia, possit exigere totum suum capitale: alter vero, tantum medium illius, quod, illo capitale exacto, reliquum fuerit: quod, his est lucrum; nullo modo, & nunquam posse esse iustum: quando non multis, & magnis partibus, capitale pecuniæ superat pretium operarum, & industriæ. Quoniam, etiam si, pretium operarum, pro singulis annis, sit 100. aureorum tantum: qui has operas apponit, quinto extremo, iam apposuit quingentos: &, vt, possit, hos, (quos a Conductore certos accepisset) quingentos reportare, necessum est; vt, in negotio bis mille aurei reperiantur: præterea, vt, qui potest deperdere hos 500. possit 500. alios lucrari; (quod vt Nauar. & Lessi. docent, & ratio præscribit necessarium est) iam est omnino necessum, vt in negotio, quinto exacto anno, ter mille aurei reperiantur. At, hoc, quam difficile: quam raro potest expectari; millia aureorum, singulis annis, quadringentos posse lucrari. Est sane, illud satis, vt operæ, pro singulis annis, quinquaginta tantum aureis æstimentur: quo, qui, mille aureos apposuit, possit ante omnia exigere omnes suos 1000. qui vero, operas quinquaginta aureis æstimatas apposuit, referat tantum medium lucrum. Hic contractus, in hac perparua quantitate, & minima operarum mercede; poterit

rit esse iustus; at vero, si operæ, & industria centum aureis, pro singulis annis æstimentur, & quingentis, quinto extremo anno; iam non potest esse iustus, cum eo, qui mille tantum in pecunia apponit: poterit vero esse iustus, cum eo, qui apponit bis mille. Et, si, quod dicimus æqualitati est propinquius; quam, quod, docuit Caietanus; diiudicent illud, qui exercent mercaturam: nos exempla tantum proponimus ad illustrandam doctrinam. Exemplorum autem (vt in Aristotele licet videre) non est veritas semper necessaria: sed sat est, si doctrina, vera potest in multis alijs exemplis, & communiter reperiri.

EXPLICATIS iam his, secundo etiam repetendum videtur illud, quod, primis in 8. obseruationibus pag. 9. 10. & 11. præposuimus. Ex illis quidem, Pastor hic socius, non solum apponit operas suas personales, & pastoricias: quæ quidem ipsæ per se, ac præcisse ad 500. arietes custodiendos, si iuste, necessario debent æstimari aut 30. aut 40. aureis: sed has primum, & hos 40. aureos ante omnia, quæ accepisset a Pecuario apponit: præterea omnia alia & puero, & sibi ad victum, & gregi, sal, iumentũ, canes custodes, & horum alimenta, omnia denique necessaria, damna etiam, quæ greges in fructibus agrorum, in herbis etiam, & pœnas soliti, sunt facere,

est soluturus, & omnia hæc collaturus. Tandem, totum arietum periculũ, cum sua culpa lata, in se suscipit; omnemq. curam, & industriam necessariam, & communi vsu pastorũ adhibendam, promittit: quæ omnia, cum operibus non magni, si, 100. tantum aureis, æstimantur. His quidem rebus omnibus, necessarij sunt centum aurei singulis annis: & pro singulo ariete duæ drachmæ. Hos quidem omnes 100. aureos, & pro singulo ariete, duas drachmas expendere, est communiter necessum ipsis Pecuarijs, apud nos, & his nostris in regionibus, & multo plures in Diœcesibus Valentinis: in quibus hic contractus est frequentissimus: & quamuis sint qui dicant; tres tãtum solidos, pro singulo, & 75. aureos, pro 500. pascendis esse necessarios; hi sibi ipsis sunt contrarij: nam hi, quando, 500. tantum aureos, in arietibus reperiunt; iniustitiam sentientes, mediam lanam superstitutum arietum, reddunt socio Pastori. Sed tandem, etiam si hoc demus; non possunt hi, superiora incommoda effugere. Præterea, poterit Pastor deperdere omnes illos 75. aureos, & frequentissime 10. raro tamen, in casibus tantum iam faustis, potest aliquid lucrari: sed 75. nedum 50. potest communiter; nec moraliter vnquam lucrari; vt, qui experiri voluerit; poterit illud explorare. At tamen, nec desunt; qui assueuerent, ad 500. arietes custodiendos,

diendos, 150. aureos apponendos necessario. Pecuarij saltem nostri, omnes veritatem experti, potius eligunt; duas drachmas certas dare Pastori cõducto, & extraneo; quam domi habere Pastores cõductos, reddituri illis, & gregi, omnia eorum victui necessaria, & tandem Pastori præfecto, & puero mercedem operarum aut 35. aut 40. aureorum securam, & certam: illud quidem eligunt potius, & semper: quando tales possunt inuenire Pastores: & illis semper dant, (vt supra diximus) cum in principio, tum deinde succesiue, & per partes, illos 100. aureos: vt de illis, pastor ille conductus, possit expensas omnes necessarias facere. Ex his, non inepte colligi posse videtur; si Pastori huic conducto, dantur certi centum aurei, pro expensis faciendis; Pastori socio, qui omnes expensas ex proprijs facit; nihil accipiens a Pecuario, deberi non tantum centum, sed etiam plures.

Positis his omnibus, ex necessarijs iam efficiemus; hunc contractum vulgo Medium lucrum, nullo modo esse operarum Pastoris locationem: & nullo modo, posse Pecuarium, ante omnia, exigere omnes quingentos aureos; & sit decimum septimum Theoremma.

Theoremma XVII.

CONTRACTVS, vulgo Medium lucrum, ad vel primæ, vel secundæ institutionis præscriptum, initus, nullo modo est operarum Pastoris Locatio: sed Mutuum potius verum, & vsurarium.

Hoc Theoremma demonstrare, non magni erit nunc negotij. Primum enim, non est operarum locatio pro certa, & determinata mercede: vt, est illa, ex qua, Pecuarius reddit Pastori conducto certos, & securos centum aureos. Sed, si, est locatio; est pro mercede incerta, & indeterminata, ex sorte, & fortuna expectanda. Ex hoc quidem contractu, vt, hi volunt; qui diffugia tantum quærunt; ambo socij committunt se, ac derelinquunt vni sorti, ac fortunæ, & huius varietatibus, vicibus, & casibus. At, illud sit tibi certissimum; quod, in societate non potuit esse iustum; minus multo, posse iustum in sortibus reperiri. In sortium enim contractibus, vberiores multo commoditates, maxime ex prospera fortuna, videtur expectandæ, quam in societate: quando multo maiori, & certiori se exponit periculo, qui se totum cõmit-

tit

tit sorti. Et in omni contractu, etiam sortium, spectanda, & seruanda maxime æqualitas: quod iam, primo illo in principio pag. 117. insinuauimus: æqualitas siquidem alia est propria mutui, alia sortium, alia societatis. Æqualitatem illam, quæ in societate desideratur, iam demonstrauimus; in hoc contractu vulgo Medium lucrum, non inueniri: ex quo effecimus, hunc contractum, nullo modo posse ad societatem reduci. De æqualitate ea, quæ in sortibus est necessaria; vt iustæ illæ sint; quæ, præmeditatione aliqua, inuenire potuimus; in medium nunc proferamus.

Æqualitas, quæ in sortibus desideratur.

SORTIVM illud in primis videtur esse maxime proprium; vt vtraque fortuna, prospera æque, atque aduersa, ex æquo, vtrique contrahentiũ contingens, facilis, ac possibilis sit futura aut in principio, aut in medio, aut in fine.

Est vtique (vt videtur) in sortium contractibus necesse; vt, qui, paratus expectat, & sortes proponit, & reddere, aut restituere promittit; si sors ita tulerit; ex re propria, deq. sua ipsius substantia, venientibus, tandem reddat, ac soluat totum illud: quod, in sortium contractu promisit: vt, si,

vt, si, cuicumque conferenti drachmam, centum reddere promisit, (quod, Barchinonenses, annis singulis, soliti sunt facere, in suorum Magistratuum sortitionibus) si fortuna, venientibus arriserit; iam tenetur; singulis, pro vna accepta, centũ drachmas reddere: etiam si, de propria re sua. Secus, sortes erunt iniquissimæ: si, qui, expectat, aut parat, & offert sortes; nullo se exponit periculo, nihil suum offert, nihil potest deperdere suum: a venientibus accipit primum, & ante omnia, illud totum: quod per faustissimas tantum sortes, potest ad illos redire: & multo etiam plura a venientibus accipit: totum quod accepit, aut potest ipse sperare nunquam, aut per quam raro, nihil tandem suum, nihil, quod non prius acceperit, nec illud totum vnquam fere redditurus. Hæ inquam non sunt sortes: sed impudentissima furta, & latrocinia. Ratio enim æquitatis, illud videtur præscribere; vt, quemadmodum acceptis a veniente centum drachmis, nullam tenetur illi restituere, nec mille, & his pluribus acceptis; si venienti semper reflauerit fortuna: non aliter, videtur æquissimum; vt, si, venienti prima vice affluerit, vna accepta, centum statim, pro illa vna reddat, & pro centum mille. Quis, in his non videat, ex præscripto summæ iustitiæ, æqualitatem exactissimam?

Est

Est porro sortium illud: vt, quemadmodum, qui venit, in aduersa fortuna mittens & centū, & mille drachmas, si ita contigerit, nunquam aut recipiet, aut poterit recipere vel vnā: sic etiam possit sperare, singulis vicibus arridentis fortunæ, multo plura accipere: quam ipse, singula vice, sorti committit: vt, si drachmam tantum apponit; pro illa vna, singulis vicibus, possit sperare referre centum; & mille collatis drachmis, mille possit expectare aureos; quoniam illi se exponit periculo; vt, vel datis mille drachmis, reflante fortuna, nec vnam possit accipere: SORS inquam singula prosperæ fortunæ, multo maioris solet esse vtilitatis, & commoditatis: quam damni, aduersæ fortunæ, etiam singula. Qui enim venit, singulis vicibus, & e singulis drachmis, centū potest expectare drachmas; ipse vero, centum drachmas potest mittere aut omnes simul, aut singulam per se: & non tenetur, si noluerit mittere: sed potest, aut quinquaginta, aut decem, aut vnam tantum, & quas ipse voluerit; quoad contingat sors, quam sperat, aut desiderat.

TANDEM, in sortium contractibus, est necessarium etiam illud; vt prospera, & aduersa fortuna, pro vtroq; contrahentium æque sit decursura: æque vtrique futura sit contingens: non certa vni prospera, & alteri aduersa aut quasi necessaria, aut quasi

certissima: nec certior vni, minus certa alteri vel prospera, vel aduersa: preterea est necessum; vt prospera & aduersa, æquo, & pari (sic loquamur) pede, ac gradu, pro vnoquoque contrahentium possit semper decurrere: vt euentus, quicunque sint futuri, aut possint expectari, vel timeri, vel sperari cadē aut frequentia, aut insolentia: vt, si communiter possunt perire; communiter etiam possint sperari, & lucrari 15. si vterque frequentius potest deperdere; frequentius etiam possit sperare 25. si frequētissime 35. potest deperdere; frequentissime quoque possit lucrari 35. si raro possit deperdere 50. etiam 50. possit lucrari, vel si raro: si tandem, aliquando, etsi per quam raro, deperdere centum; possit etiam aliquando lucrari alios centum, etiam si perquam raro: æque etiam contingens sit; aut deperdere, aut lucrari centum.

HÆC saltem videntur omnino necessaria; vt, aliquis contractus possit reduci ad sortes æquas. At, in his socidis, vel societatibus, in quibus, sociorum vnus semper primus, & ante omnia in quocunque euentu exgit totum suum capitale: vel tantū, quando, ipsum saluum reperitur: & alter socius, nullum suum capitale potest repetere, & nihil amplius potest petere quam aut medium lucrum, suppositio quod pecunia, operæ, & industria æquinaleant: aut

si non æquiualeant, partem ex conuentione assignatam, & determinatam: & quando, præter pecuniam, quam vnus apposuit, nihil aliud reperitur; qui operas, & industriam posuit, & expensas fecit ex propris, nihil possit referre: in his inquam, nullam inuenire possum æqualitatem: ex qua, hi contractus, reduci possint ad vel societates, vel sortes, vel alios iustos, etiam si innominatos contractus. Sed exemplis hæc illustremus, vt fieri possint omnibus clarissima.

Sit, pro exẽplo, contractus ille supra propositus; ex quo, duorum sociorum; qui, ad quinque annos societatem instituunt, & ineunt, vnus apponat in pecunia aureos mille, alter vero singulis annis det, & conferat centum tantum aureos, singulis annis expendendos, & singulis annis reddendos, alicui tertio, qui deseruit minister cõductus, & locauit suas industriã, & operas, his duobus socijs, ad negotiandum, de his mille aureis: & sit hac lege, vt, qui, pecuniã apposuit negotiationi dicatam, mille inquam aureos, hos, in omni euentu, quandocunque salui reperiuntur aut cũ lucro, aut sine lucro, sit omnes ante omnia relaturus: alter vero, qui, singulis annis, ministro conducto subministrauit centum, pro operibus, & industria, & eiusdem etiam victu, nihil sit exacturus; quando, mille tantum

aurei reperiuntur: &, quando, exactis illis mille, aliquid præterea reliquum fuerit, quod solum & quod totum his est lucrum: huius lucri sit exacturus eam tantum partem, quæ his centum respondet: vt docere videtur doctissimus Caietanus. Hunc contractum affirmo esse iniquissimum: nec ad sortes posse vllo modo reduci. Ex superioribus hæc plane demonstrabo.

PRIMVM, quoniam, hic, qui, singulis annis, ministro locanti suas operas, & industriam, reddit, & persoluit centum aureos; quinto extremo anno, iam in negotio, vel societate, habet vere positos, quingentos aureos. Hoc idem est; si idem socius sit, qui, suas proprias apposuit, vel locauit industriam, & operas æstimatas 100. aureis, pro singulis annis, Hęc enim, iam ex superioribus sunt longe, lateque, & aperte contra Caietanum demonstrata. His igitur iam præpositis, si hæc simplex esset, & vera societas; Repertis in negotio, quinto anno, 1500. tantum aureis, nullum esset lucrum: quoniam tantum reperiuntur capitalia partialia salua: tantum enim reperiuntur mille aurei: quos posuit ille: qui pecuniam contulit: & alij quingenti; quos vere posuit, alter socius, qui aut soluit conducto, aut ipse ponit operas & industriam quingentis aureis æstimatas.

REPERTIS quinto anno extremo 2250. aureis,

reis, ex vera ſocietate, & ſimplici, vterque ſocius poteſt æque exigere ante omnia, ſuum capitale totum, & integrum; quoniam, vtriuſque totum integrum, & ſaluum reperitur. Qui poſuit pecuniam, exigit omnes ſuos mille: qui operas perſoluit; repetit etiam omnes ſuos quingentos. Omnibus 1500. iam repetitis, reliqui manent tantum 750. Hi tantum, & hi omnes ſunt verum, totale, & cõmune lucrum, vere, & æque proueniens, ex totali illo, & communi capitali, amborum ſociorum: quod fuit 1500. aureorum: His conſtitutis, & cum veritate certiſſima, ſeruata proportione, huius lucri, 750. aureorum, in quindecim æquis portionibus diuiſi, ſingulis centum, capitalis totalis, quinquaginta vere reſpondent. Qui decem centos poſuit, qui inquam poſuit mille: quingentos reportabit, & lucrabitur: qui poſuit quinque centos; referet, & lucrabitur ducentos & quinquaginta reliquos. Niſi, quis velit opponere illud. Hunc, non poſſe æqualitate, & iuſtitia ſeruata, ſingulis centum, lucrari quinquaginta, æque ac illum: qui poſuit mille: quoniam, qui poſuit quingentos; hos non appoſuit omnes a principio, nec quinque annos, habuit illos occupatos; vt, ille alter, ſuos mille: ſed per partes, & ſucceſſiue illos appoſuit. Hanc inæqualitatem iam ſentio: ſed, quomodo, reduci poſ-

sit ad æqualitatem, mercatorum est, non nostrum d demonstrare, infra, huic obiectioni satisfaciemus, 21. Theor. extremo. Hoc solum relinquatur nunc exploratum; in hoc casu, qui mille posuit, ante omnia, ante lucri diuisionem potuisse exigere suos tantum mille: deinde, qui persoluit operas, etiam suos quingentos: reliquos septingentos & quinquaginta tantum, esse verum lucrum, omnium mille & quingentorum aureorum: de huius lucri, æqua partitione, nihil nunc dicemus. Hæc sint posita, & certissima, ex simplici, & veriſsima societate: præterea & illud sit positum; qui posuit mille, his, singulis annis, centum fuisse lucratũ: & ex negotio, 1500. tantũ reportasse: qui vero, in operibus, & industria posuit 500. his, fuisse lucratum, singulis annis quinquaginta: & tandem ex negotio 750. retulisse. Accedẽte vero hoc alio contractu, ex quo, iuxta doctrinam Caietani; solus, qui posuit pecuniam, ante omnia, potest exigire omnes suos mille aureos, illis exactis, reliqui manent, tantum 1250. Caietano, hi omnes sunt lucrum, & suppositio, (vt ille loquitur) quod nunc, operæ huius socij æstimatæ fuerunt pro singulis annis, centum tantum aureis: qui centum, quinto extremo anno iam sunt quingenti, & sunt tertia tantum pars, totalis illius, & communis amborum sociorum capitalis, quod fuit

1500.

1500.aureorum. Hic qui,induſtriam,& operas poſuit,totalis illius lucri,in tres æquas partes diuiſi ex Caietani præfinitione, vnam tantãm partem, tertiã tantum ſcilicet, poterit referre. Vnde,qui mille aureos poſuit, & qui in vera ſocietate, vt ſupra 1500. tantum potuit reportare: nunc iam refert 1833.aureos,6.ſolidos,& 8.nummos: qui vero,miniſtro cõducto,pro operibus locatis 500.perſoluit:& in vera ſocietate,ex negotio,750.retuliſſet;nũc,416.aureos,13.ſolidos, & 4.nummos tantũ, poteſt referre. Nunc,qui mille poſuit,per hunc aliũ contractũ ſortium, iã deſumit de capitali,&de re,eius qui operas poſuit,333.aur.6.ſolid.& 8.num. Maxima igitur,in hoc contractu ſortium,inæqualitas,iniquitas,& iniuſtitia: ſi ponẽti operas,nullũ redditur capitale:ſed lucri,ea tantũ pars,quę eſtimationi,&pretio operarũ reſpondet:quod docetCaiet.Verũ,etiam ſi,huic, qui has operas poſuit, 500. aureis eſtimatas, pro omnibus quinque annis,illius lucri, 1250.aureorum, mediũ demus;nõ poterit adhuc,reportare oẽs illos ſuos 750.quos, ex vera ſocietate ſupra reportauit: ſed 625.tãtũ poterit referre. Si ergo ille,qui operas poſuit nõ ęquiualentes ; ſed multo minoris eſtimationis,accepto dimidio lucro,nõ poteſt ex negotio reportare,totũ ſuũ capitale, & pręterea totũ lucrũ: quod illi capitali reſpõdet;multo minus,qui operas

apponeret

apponeret æquiualentes, & æstimatas mille aureis, pro omnibus quinque annis,poterit aliquid lucrari. Immo vt, sæpe supra repetiuimus, nunquam poterit recuperare totū suū capitale:omnes suos 1000. aureos:sed necessum erit;hunc,qui has operas mille aureis æstimatas ponit, deperdere frequentissime totum suum medium capitale. Quoniam mille aureis,intra quinque annorum spaciū,tantum mille negotiatorem lucrari, solutis expensis, singulis annis,ducentos tantum lucrari, est frequentissimum. At, etiam si,in negotio, quinto extremo anno, bis mille reperiantur;quoniā;omnes mille sunt lucrum, qui, in suis operibus, & industria mille posuit; aut ministro,locanti,pro mille aureis,suas operas, mille persoluit, accepto tantum medio lucro, capitalis, quod fuit,1000.aureorum, 500. tantum recuperabit:totum suum medium capitale deperdet.Falsissima igitur tandem doctrina sapientissimi,& acutissimi viri Caietani:& fugiendum nobis ab illa longissime, in socidis maxime; propter rationes, quibus supra,in obseruat. num.22. 23. 24. 25. socidas a societatibus separauimus. Quoniam,in socidis,pecunia, semper manet alligata, eisdem numero mercibus:haud vero in societatibus.Sed prçter illas,quas ibi assignauimus differentias, alia nunc nobis occurrit,illis eo loco addenda:quæ nec parua est, nec

in

in postremis habenda. In societatibus siquidem, non solum mille aurei primum appositi; sed lucrum etiam eorum, aut merces lucro emptæ, & plures factæ, iam statim in principio, possunt aliud lucrum parere: atque ita, si singulis annis lucrum iam est 200. tertio anno, non mille tantum; sed 1600. sunt de quibus mercator negotiatur: & 1600. aurei sunt de quibus, & ita magnum potest lucrum expectari. In socida vero, contra, quingenti aurei primum dati, in quingentis arietibus, semper fiunt pauciores, non aliter atque arietes ipsi: & lucrum superstitum arietum, ex melioramento arietum natum, non potest aliud extra lucrum mittere, aut parere. Hinc, si in societatibus, in quibus, mercator mille aureis acceptis, libere, quinque annos, potest illis pro arbitrio suo negotiari; apponens operas, & industriam, 100 aureis, pro singulis annis æstimatas, & cum socio, qui mille in pecunia aureos apposuit; accepto tantum medio lucro, non potest adhuc aliquid lucrari, nedum totum suum capitale recuperare: sed frequentissime medium eius deperdere: multo minus in socidis: in quibus omnia contraria: multo minus in hac: in qua versamur: in qua Pecuarius apponit quingentos tantum aureos, & nihil amplius: & Pastor centum expendit, & apponit singulis annis; & tertio iam apposuit trecentos. Ad institutum

vero, a quo digressi sumus; redeamus: & videamus; ex quo hæc tanta inæqualitas, quam in societatibus etiam aperuimus, & demonstrauimus, vt accepto tantum medio lucro, a ponente operas, & minimam quantitatem, cum eo, qui magnam, adhuc oriatur: & quare, sortes hæ sint adeo iniquæ, ac iniustæ; & quare, hi contractus, ad locationes, pro medio lucro venturo, & expectando, non possint reduci.

IN sortibus enim (vt diximus) iustis, vtraque fortuna, prospera & aduersa, ex æquo, vtrique contrahentium contingens, possibilis, ac facilis sit futura: possitque aut sperari, aut timeri. At, in his, vel societatibus diuersę rationis; (vt loquitur Caietanus) vel, operarum locationibus, vt alij volunt, pro aut medio lucro, quando operæ, & industria æquiualēt: aut pro lucri aliquota, quando, non: sed minoris æstimantur; non est ita: quoniam, ponenti pecuniam, prospera est multo facilior, multum possibilis, plurimū contingens, frequentissima potius, quasi certissima, quasique necessaria: vt supra incomm. 10. & pag. 6. docuimus. Nam qui apponit pecuniam, accipit semper medium capitale, eius: qui apponit operas: vt, si ponens operas, aut illas persoluens ministro, & qui æquiualentes ponit cum eo, qui mille posuit in pecunia, mille etiã aureos apponit: & qui pecuniam apposuit: quasi certissimos, & necessa-

rios

rios expectat quingentos: medium capitale eius, qui operas apponit, mille aureis æstimatas: qui enim apponit operas, ex conuentione, & lege contractus, non potest non ponere suas operas; non potest non apponere hos mille aureos: moraliter, necessario, illos apponit: & quamuis, quinto extremo anno, in negotio, nihil aliud, nihil amplius reperiatur præter mille illos; quam hi mille, ponentis operas; iam qui mille apposuit in pecunia, hoc vno, certam habet prosperam fortunam, certum habet lucrū, certo & necessario moraliter, lucratur hos 500. aur. aut 250. si operæ, 500. æstimātur: aut bis mille & quingentos; suppositō, quod ponit Caietanus, quod operæ & pecunia æquiualeant: & operæ, pro singulis annis, mille aureis æstimentur: quo posito, apponēs has operas, quinto extremo anno, iā apposuit quinque mille aureos. sic etiam, in hoc nostro exemplo, Pecuarius vt supra, primo anno certos habet, præter suos 500. alios 50. desumendos de capitali centū aureorū Pastoris: secundo anno certos habet 100. tertio certos habet 150. vel nullo proueniēte lucro. Hinc aduersa fortuna, nullū fere potest habere accessū, ad capitale eius, qui apposuit pecuniā. Necesse enim est, prius totū exhauriri capitale, ponētis operas, aut 500. aut 1000. aut 5000. aureorū, aut 100. aut 300. in nostro exēplo; quā, aduersa fortuna, ptingere

possit vel ad nummum, mille aureorum, eius; qui pecuniam posuit. Difficilius quidem multo est, duo millia, quam mille tantum perire: & qui pecuniam ponit; illam vallat, & reddit tutã, oppositio primum aduersæ fortunæ, toto capitale eius, qui ponit operas, mille aureis, pro singulis annis, a Caietano nunc æstimatas: his obiectis primum, aduersæ fortunæ; ad mille aureos, eius qui posuit pecuniam; naufragium moraliter nunquam potest pertingere. PONENTI OPERAS contra, per easdem rationes, aduersa fortuna, est fere necessaria, estque certissima: maxime in socidis: & in primis, in his: quæ versantur circa arietes: quoniam, arietum, moraliter necessario perit vnus, & si viui, (vt pag. 55. diximus) singuli quattuor tantum drachmas lucrantur; Pastor, de suo capitali; iam deperdit septem drachmas: & si pereunt triginta tres arietes, quod est frequentissimum, vel si superstites singuli, quinque drachmas lucrati fuerint (quod raro) & si pereunt 63. quod plurimum contingit; etiam si viui singuli, sex drachmas lucrati fuerint; (quod fere nunquam) de suo capitali, quicquam deperdit: denique, Pastor, faustissimis etiam in casibus, (vt ab incommodo 1. vsque 7: obseruauimus) de suo capitali, etiam deperdit quicquam. Et hoc idem fore in societatibus, necessum est, vt, ponenti operas, aduersa fortuna sit

cer

certissima. Ratio est,quoniam hic, totum suum capitale & lucrum,& commune facit,&medium eius, iam dat ponenti pecuniam: & qui de re sua statim dat medium,difficillime quidem,dato alteri,medio suo capitali; potest aliunde illud, aut aliud tantum recuperare, & deinde quicquam præterea lucrari: qui de mille suis aureis, quingentos dat statim, & primum,ponenti mille in pecunia: nullo modo potest tam certum,tam facile habere lucrum,tam certam habere prosperam fortunam,atque ille:qui eos iam primum accipit, & primum accipit alienos quingentos; vel potius mille, quam, de suis mille, possit deperdere vel teruntium:accipit quidem totum capitale socij ponentis operas; vt suum totum integrum conseruet capitale:ne de illo possit quicquam deperdere; quin prius totum, socij ponentis operas, capitale exhaustum fuerit.

PRÆTEREA, sunt iniquissimæ illæ sortes: (vt diximus)in quibus,vnus contrahentiũ,primum ipse certo,& secure accipit a veniente, totum illud quod in omnium maxime prospera fortuna, ad illum potest redire:& etiam aliquid amplius, quam, quod,ille potest sperare; & nihil suum, nihil quod non prius acceperit,nec illud totum,quod accepit, sit vnquam redditurus. Si enim, qui pecuniam ponit,primum accipit,a ponente operas, mille aureis

æstimatas, aureos quingentos:& in lucri diuisione, quingentos illos primum desumit de capitali ponentis operas:qui potest fieri, vt hos quingentos, & præterea lucrum omnibus mille debitum reddat aliquando?exemplo illustremus; si forte sapientissime,vt commouemur scribentes ; te legentem possimus commouere:sint duo contrahentes, vnus ponat in pecunia mille, alter persoluens ministro locanti suas operas, persoluat mille, aut ponat ipse has operas; amborum commune capitale sunt bis mille;si in negotio, quinto exacto anno, tria millia reperiantur ex vera societate:mille tantum sunt lucrum : quisque reportaret 1500. ex his vero sortibus,qui posuit pecuniam,exigit primum,suos mille ante omnia:his exactis, reliqui manent bis mille: hi omnes reputantur lucrum commune : sed est in hoc fallacia impudentissima; quoniã horum, omnes mille,sũt capitale vnius ponẽtis operas:at,hos diuidit ex doctrina Caietani, qui pecuniam posuit : & horum medium, 500.primum accipit, de capitali, ponentis has operas : &, si nihil aliud esset præter hos mille;ponenti operas,quingentos tantum redderet:& reliquos furaretur iam 500.at vero, quoniam, alij mille præterea reperiuntur ; illos etiam, æquis portionibus,diuidit:& qui posuit pecuniam; accipit alios 500.&reliquos tantum 500.dat ponẽti

operas

operas. Sic fit vt ipse, mille aureis, mille alios lucretur; & 200. singulis annis: & qui operas posuit redũ nũmum potuerit lucrari: qui, ex vera societate, 500. fuisset lucratus. Ponens pecuniã, nihil suum vnquam dat ponenti operas; immo totũ lucrum, quod vere respondet, & quod vere debetur mille aureis operarum, & industriæ; omnes inquam 500. aureos retinet sibi; eo quod, primũ, capitalis ponentis operas, totum medium, 500. aureos, desumit. Quis tantam inæqualitatem, tam apertã iniquitatem, tam iniquã sortem æquo animo poterit ferre? visceribus quis est tam ferreis: qui hos, defendat cõtractus, vel Caietano authore? Manifestum enim est; multo facilius, frequẽtius multo, ac certi⁹, in negotio, exacto quinto anno, reperiri tãtũ bis mille aureos: quo in casu, q pecuniã posuit; 500. iã lucratur: qui vero operas posuit eosdẽ deperdit 500. hoc multo securi⁹; quã reperiri ter mille: in quo euẽtu, qui posuit pecuniam, mille aureis, alios mille lucratur & 200. singul. annis: qui autẽ, operas mille aureis ęstimatas posuit; suũ tãtũ capitale recuperat: lucrari vero nec potuit nummũ: qui cõductus, singul. extremis annis, saltẽ, pro operibus suis, 200. aur. accepisset: & de illorũ, 800. in negotio positis, 5. extremo anno, magnũ potuisset referre lucrũ: & quis nõ videat; facili⁹ multo, in negotio reperiri posse, ter tãtũ mille, quã 5000. reperiri? quod

quod est necessum ; quo, is, qui ponit operas mille aureis æstimatas, vt potest deperdere omnes suos mille aureos; possit mille alios lucrari:(quod, ius stri ctissimum exigit) quis tandem, non plane agnoscat; frequentius, & facilius posse reperiri, mille tantum? quo in casu, qui operas ponit, omnes mille suos deperdit; aut saltem reperiri bis mille tantum : quo in casu deperdit medium capitale, deperdit quingentos: quam reperiri, quattuor millia? quo in casu, qui ponit operas, lucratur tantum 500. qui vero pecuniam, 1500. aut quam reperiri 5000. quo in euentu, qui pecuniam posuit, lucratur duo millia; qui vero operas, mille etiam appositis, & expensis, in operibus, & industria, millia tantum lucratur? Quis præterea non videat? ex his contractibus societatū, aut sortium, quos decreuit Caietanus, nunquam contrahentes posse fieri æquales: nunquam, ponentem operas, posse referre partem aliquam, lucri respondentis, sorti, eius qui posuit pecuniam : id est nunquam posse desumere quicquam, aut capitalis, aut lucri: quod pertineat ad ponentem pecuniam: qui ponit pecuniam, nihil vnquam suum, aut capitalis, aut lucri sui partem dat ponenti operas æstimatas 1000. aureis: quemadmodum, ipse, qui ponit pecuniam, primū, in aduersis, casibus, desumit ipsum totum capitale; aut totum medium ponenti operas;

vt,

vt, quando aut mille tantum, aut bis mille reperiũtur: tunc enim desumit aut 1000. aut 500. & faustis in casibus desumit totum lucrum: quod, vere respondet, & vere debetur mille aureis, quos expẽdit, & posuit ponens operas: vt, quando ter mille aurei reperiuntur. Hoc quidem iam videtur impossibile; vt, ponens operas, mille aureis, pro quinque annis æstimatas, aut ducẽtis pro singulis annis, possit pertingere, ad partem capitalis, ne dum lucri debiti, ponenti pecuniam, nec ad lucrandum, quantum ille, seruata proportione, & capitalibus spectatis: in omnibus enim, quibuscumque casibus faustissimis, ponens pecuniam lucrabitur mille aureos, amplius quam, qui, in operibus suis, & industria, aut soluendo earum pretio, mille etiam vere posuit.

Reperimus etiam his exemplis, & experimentis in societatibus idem fore necessario: quod fieri in socidis 5. incommodo pag. 39. notauimus; ponentem scilicet pecuniã, ponentem mille aureos, prius lucrari sibi, quingentos aureos, mille aureis, soluentis pretium operarum, aut ponentis operas: quam, hic, ijsdem suis mille aureis, possit incipere sibi quicquam, vel nummum lucrari. Quis dicat; in his æqualem, & eandem esse fortunam, contrahentium vtrique? Ita in societatibus: multo plus in socidis. Tutius multo est, in arietibus reperiri 510. in quo

euentu Pecuarius iam lucratur 5.quam 710.quo solum in casu,Pastor lucratur tantum 5.Reperiri 550. quo vno,Pecuar.lucr.25.quam reperiri 750.quo in casu tantũ,Pastor lucratur,tãtum 25. qui casus tãtæ vbertatis nunquã exspectandus. Reperiri 700. quo in euentu,Pecuarius vnus, suis 500.lucratur 100.& Pastor nec lucratur nũmum:quam reperiri 900.primo anno extremo, in arietibus communiter viuis: quod est necessum omnino;vt Passor possit, primũ recuperare oẽs suos 100.prẽterea alios 100.lucrari: quo in casu,Pecuar.200.lucraretur.Reperiri 700.est contingẽs aliquando:etsi non plurimum: 900.vero reperiri,in arietibus 450. primo extremo anno cõmuniter viuis, & singulos arietes,intra annum, 10. drachmas lucrari;arietes,secundi anni,20.drachmis posse æstimari;moraliter saltem, est omnino impossibile:nullo modo,potest esse contingens, tam prospera fortuna.Aduersa vero multo frequẽtior.Quis non fateatur;facilius multo posse euenire; vt inueniantur nec 700.nec 650.nec 600.nec 550.in quibus omnibus casibus, deperdit quicquam, de suo capitali vnus Pastor:quam nec reperiri omnes, aut tantum 500. reperiri: aut de illis, quicquam periisse? in quo vno casu, incipit quicquam deperdere Pecuarius.

DIXIMVS prætera, in sortium contractibus,

bus, communiter in euentibus prosperæ fortunæ, multo plura posse expectari: quam ex iisdem euentibus in contractibus vere & simplicis societatis: eo quod, qui ponit operas mille aureis æstimatas, ea lege, vt tantum medium lucrum possit exigere, & nullum capitale: & quando, nihil præter pecuniam mille aureorum, nihil accepturus; exponit se magno periculo, perdendi & 500. & 1000. quod periculum non potest esse tantum, nec tam frequens, nec tanti damni in societatibus: ex quibus, socij, in vtraque vel aduersa, vel prospera fortuna sunt æquales: aut ambo æque proportione seruata lucrantur: aut ambo æque deperdunt, In sortibus autem contra: est enim necesse, prius perire omnes 1000. aureos ponentis operas: quam, vel nummus pereat, de mille aureis, ponentis pecuniam. Quoniam, qui ponit has operas, multo pauciora recipit semper, quam reportaret ex simplici societate. Nam in his sortibus, qui ponit operas, aut quando nullum, aut quando aliquod reperitur lucrum; semper dat totum medium suum capitale, alteri socio, ponenti pecuniam. & in casibus maxime aduersis, integrum ipsum totun capitale dat: vt, Pastor, semper primo anno 50. secundo 100. tertio 150. dat Pecuario: & in casibus maxime aduersis primo anno 100. secūdo 200. & 300. tertio.

TANDEM, in sortium contractibus iustis, vt obseruauimus est etiam necessarium illud; vt, prospera, & aduersa fortuna, pro vtroque contrahentium, æquo, ac pari aut pede, aut gradu procedat, eadem cum frequentia, tum insolentia: vt, si communiter possint perire, communiter etiam possint expectari 15. si vterque sociorum, frequentius potest deperdere, frequentius etiam possit lucrari 35. & si frequentissime potest deperdere; frequentissime etiam possit lucrari 25. At vero, non ita, in his societatibus diuersæ rationis, Caietani; aut in his, vt alij volunt locationibus, pro incerta mercede expectanda, ex fortunæ euentu. Nam, socius, qui apponit operas mille aureis æstimatas, potest deperdere mille aureos: vt quando tantum mille eius, qui posuit pecuniam reperiuntur: quod est facile contingens: at 5000. aureos reperiri; quod est necesse; vt mille possit lucrari; nunquam potest sperari; est quidem id nunquam contigens: Ponens operas, communiter potest deperdere 500. vt quando bis mille tantum reperiuntur: non tamen ita communiter potest lucrari alios 500. est enim necesse; vt, in negotio 4000. reperiãtur: quod non est adeo frequens, aut tam facile contingens; ac, 2000. reperiri. Et in socidis, in nostro exemplo, communiter Pastor deperdere 35. vt quando in arietibus 630. aureis reperiun-

periuntur:sed nunquam, 35.potest lucrari: est enim necesse; vt in arietibus communiter viuis, primo extremo anno, 770. aurei reperiantur: at hoc nec est,nec itacõmuniter potest expectari;vt,630.tãtum reperiri; quo in casu Pastor deperdit 35. nec est ita frequens,nec tam facile contingens, nedum moraliter est possibile,770. aureos primo anno in arietibus reperiri.Præterea,Pastor, frequenter deperdit 25.vt quando 650. tantum reperiuntur:at, fere nũquam,potest lucrari 25. Quoniam,vt,hos possit lucrari,est necesse;vt 750.aurei inueniantur:at,tantus prouentus,perquam rarus:non saltem eque aut frequens,aut contingens est inueniri 750. ac 650. tantum inueniri. Quis, hæc manifesta per se esse; non videat?Ex his etiam,factum est necessarium; etiamsi, tres tantum solidi deberentur, pro custodia singuli arietis,& 75.aurei, pro pascendis 500. (quod semper negamus)posse Pastorem,nec multum raro, deperdere suos omnes 75.aureos,& nunquam posse alios 75.lucrari.Tandem,vt pag 65.experimento demonstrauimus; tertio extremo anno, potest Pastor,perdidisse omnes suos 300.aureos; vt,si, 500. tantum reperiantur in arietibus viuis: nunquam vero,potest alios 300.lucrari:esset enim necesse;vt, in arietibus 400.tertio extremo anno, communiter viuis, 1700. aurei reperirentur: quod omnino est

Maxime obseru.

naturaliter etiam, impossibile.

Sunt pleraque alia; quæ in incommodis, supra explicauimus, quæ, e medio tollunt omnem æqualitatem, necessariam maxime etiam in sortibus; vt iustæ illæ sint: ea omnia, in perorationibus, breuissima cõprehensione complexa iam habes: præterea, in epiphonemate illo, 15. theoremmatis. Si plura nunc; aut eadem illa iterum; videbimur iam sapientissime, aut nauseã tibi parere, aut tuæ scientiæ diffidere; aut derogare integritati: essetq; in infinitum iam abire. Sed cum sperem, hactenus apodixim nostram recte, & cumulate iam adhibitam esse; & exacte demonstrasse, pluribus saltem; hunc contractum nullo modo, colore nullo, posse reduci ad operarum locationem: ostendisse præterea; in hoc contractu, etiamsi ad locationem, pro mercede fortuita velint illum referre; nullam posse Pastorem vicem sperare fortunæ, aut sortem, cuius magno bono, possit resarciri, dãnum illud acceptum iam, in eo casu: in quo supra pag. 173. quingentis tantum aureis repertis, Pecuarius desumpsit, & deglutiuit totum integrum Pastoris capitale, centum inquam aureos; huius disputationis exitum iam quærere, & finem, efficereque, ex superioribus necessario; partitiones illas superiores ex primæ, vel secundæ institutionis præscripto peractas, quando reperiuntur tantum

tum aut 500. aut 540. aut 600. aut 630. aurei, & in omnibus saltem casibus, in quibus, vel VNO mortuo ariete, Pecuarius, ante omnia exigit omnes quingentos aureos; omnes inquam illas partitiones esse vsurarias: quoniam, ex illis, Pastor, de suo capitali, & lucro, deperdit & soluit, & reddit Pecuario: quos ille semel iam perdidit & 35. & 50. & 75. & 100. aureos. Est siquidem omnino necessarium; vt, quando, in aliquo casu, aut vno contractu manẽte solo, intercederet vsura; alius adhibeatur apponaturq; cõtract⁹, vel sperari possit casus: ex quo illa tollatur: vt si mutuans alteri triticum, illum vult, ex mutuo deuinctum, venire ad suum pistrinum, nullo huius obligationis soluto pretio, vsuariũ quidẽ perficeret mutuum: pretio vero soluto; ab vsura iã vindicaretur contractus. Non secus in his nostris: si, quando, ex hac, quam iam volunt operarum esse locationem, pro incerta mercede, & ex prospera fortuna, Pastori expectanda, hic in aduersa, de suo capitali reddit, & persoluit certos, & securos, Pecuario, illos aut 100. aut 800. aut 35. aut 25. quos deperdit; ex prospera posset sperare, lucri totidem alios; potuissent, hunc contractum, ab vsura vindicare: sed, cum nullam possit Pastor vicem, aut sortem sperare; ex qua recuperare, aut reportare valeat lucrum vel

Obseru.

100. vel

100. vel 80. vel 50. sed nedum 35. aureorum; nec tãdem 25. Potest enim tandem (vt epiphonemate etiã cõcludamus) Pastor aliquando primo anno, aut singulis annis, deperdere & reddere Pecuario, pro totidem illis deperditis, totum suum capitale, omnes suos 100. aureos: sed nunquam lucrari 100. potest deperdere, & soluere non multum raro 70. sed nũquam lucrari 70. potest non raro deperdere, & reddere Pecuario 50. sed nunquam lucrari 50. potest frequenter deperdere, & persoluere Pecuario 35. sed nunquam lucrari 35. potest frequentius deperdere, & reddere Pecuario 25. sed per quam raro, aut fere nunquam potest lucrari 25. Potest frequentissime deperdere, & reddere Pecuario 15. & fere sẽper 10. lucrari vero non potest aut 15. aut 10. aut quicquam nisi in euentis omnium iam faustissimis. Quando vtiq; plures septigentis, aut 720. aut 730. aurei in arietibus communiter viuis reperiuntur: tunc tantum Pastor potest aut 10. aut 15. lucrari.

Epiphonema maxime Obseru.

HÆC in socidis, quasi certo, & digito (vt vulgo dicitur) possunt ostentari: socidæ enim circa rem determinatam, certam, & eandem numero permanentem toto societatis tempore, (vt sunt animalia) versantur. Hinc, superiores socidas ab vsures, nũquam poteris liberare. In societatibus vero, quæ versantur circa merces multas, & varias; non manifeste

feſte adeo poſſunt eadem oſtendi: ſed, ſunt quidem hæc eadem, etiam in ſocietatibus. Quoniam, ponēs operas, mille aureis æſtimatas, poteſt aliquando deperdere, & reddere, ponenti pecuniam, omnes ſuos 1000. aureos: quos omnes, ponens pecuniam, extra ſocietatē perdidiſſet: ſaltem, reddit ponēti pecuniā, oēs 500. pro 500. qui vere in ſocietate etiam perierunt illi: at ponens operas, intra quinque annorum ſpacium, nunquam poteſt lucrari 1000. in huius generis ſocietatibus. Poteſt etiam ponens has operas deperdere 500. ſed fere nunquā poteſt lucrari 500. eſt enim neceſſe; vt, 4000. reperiantur in negotio, & 3000. ſint lucrū: quo 500. poſſit lucrari. Poteſt præterea ponēs has operas non raro deperdere 300. ſed per quā raro lucrari 300. Poteſt tandē frequentiſſime deperdere 100. ſed fauſtiſſimis tantum in caſibus poteſt lucrari 100. Quæ igitur conuentio, horum contractuum, cum ſortibus, quæ æqualem, eandem, paremque deſiderant vtramque fortunam æque frequentem, eque raram, æque tandem contingentem? quæ conuentio cum aut ſocidis, aut ſocietatibus, aut contractibus aliis iuſtis, etiamſi innominatis? Nullo ergo colore, ad operarum locationem, poteſt reduci hic cōtract°: ſed adhuc vſque, omnes, illum ſocietatibus ſubijciunt: & Caietanus *in ſumma verb. ſoc. & Sylu. verb. ſoc. tit.* 1. *tit.* 2. *& Sotus lib. 6. de*

Iust.q.6. & oēs DD. ad societates hos cōtractus referūt: D. etiā Anton. vt supra. quādo, leges seruāt, iustæ societatis: sed his neglectis; oēs assueuerant; mutuū esse vsurariū: quādo, ponens pecuniā, illam, aut partē eius, vult exigere securā, nullo assecurationis soluto pretio: & lucrū, nihilominus expetit, ex ea. Est igitur hic cōtract⁹, qua ab omnibus, ad hanc vsq; diē lege instituitur iniqu⁹, & vsurarius; vt a primo principio diximus, in socidis maxime: in quibus capitale sūt ipsa singula animalia: nō autē numerata pecunia.

DEFINITIS iam his, ac determinatis, & demōstratis exploratum sit omnibus; nullas esse societates diuersæ rationis: quas fingit Caietanus: In quibus, sociorum, vnus apponit pecuniā, aut animalia, aut rem aliam permanentem: alter vero operas tātum, & industriam, rem quidem successiuam, & in motu consistentem: illum duplici substare periculo & perdendi vsum negotiationis pecuniæ; & subsītiam perdendi: hunc, tantum vni substare periculo; perdendi scilicet vsum tantum operarum. Hæc enim omnia, commenta sunt potius, & sophismata ambientis multam sapientiam, & Metaphysicam: sed, vt, demōstrauimus multis, ad quę nos sua authoritate coegit Caiet. ponens operas, & exproprijs faciens, quouis modo expensas, rem etiam permanētem vere ponit & pecuniam: & non solum, duplici

illi

illi ſubſtat periculo perdendi cum vſuras: tum ſubſtantiam: ſed re vera, & actu neceſſario etiam, ipſemet, ſubſtantiam pecuniæ expenſæ vſu conſumit: &, quin illam prius vſu conſumpſerit; nec in ſocidis, animalia poſſunt effici meliora, nedum viua conſeruari, nec fructum, aut lucrum dare: nec in ſocietatibus, pecunia negotiationi dicata, poteſt quicquam lucrari, nec conſeruari. Et, ſi, doctrina Caiet. vera & tuta fuiſſet; ſi ponens operas, nihil poſſet exigere; quando præter pecuniam appoſitam, nihil reperitur; qui operas apponit, & expenſas facit ex proprijs, hic eſt qui, & primus, & maxime duplici illi ſubſtaret sēper magno periculo: ut Paſt. ſi enim 100. aurei expenſi, & vſu conſumpti, in 500. arietibus paſcendis, non redeunt in illis, ex eorumdem ipſorum melioramēto, vt pręfiniuimus, in, ad tertiū casū Theorēmate, oēs illos 100. deperdit vn⁹ Paſtor: hos perire, aut nō redire, facilius eſt; quā arietes mori, & 500. aur. in illis, aut 10. drachmas in ſingulis viuis, aut partē illarū, perire: frequētius eſt, & facilius cōtingēs meliores non fieri arietes: quam emori. Idem in ſocietatibus, quas pręſcribit Caiet. diuerſę rationis: facilius eſt nō perire, ſed cōſeruari 1000. aur. ponētis pecuniā: quam redire 1000. illos: quos, perſoluēs mercedē operarū, aut ponēs operas, expendit, & vſu cōſumit: facili⁹ eſt, hos perire iā ſemel vſu cōsūptos?

& non redire: præsertim, cum iam necesse sit ex vi contractus; vt mille operarũ, prius omnes pereant: quam mille aureorum pecuniæ depereat, cadatue teruntium: hos inquam frequentius, & facilius est non redire, sed perire: quam illos existentes in mercibus, quæ sunt permanentes. Sed, quis non videat; veriora hęc esse: quam, quæ, ex solo suo sensu, rerum naturis neglectis inducit, fingitque ingenio luxurians suo Caietanus? Omnes igitur societates sint iam eiusdem rationis: sed aut æqualis, aut inæqualis quantitatis.

SED, difficultates etiam summas, quibus se implicant alij; possumus nos negotio nullo effugere. Quærentes enim multi, qui fieri possit: vt sociorum unus, nullo assecurationis interueniẽte contractu, (sic enim est intelligendum) queat seruata æqualitate, & æquitate, tutum habere: aut ante omnia suũ exigere capitale, & nullum dare ponenti operas: sed tantum aut medium lucrum, aut aliquotam illius partem: &, vt, tutum id valeant efficere; multa comminiscuntur: nullum non mouent lapidem; vt hoc consequantur: & sua exercent, contorquent potius ingenia, & nimia obscuritate, difficillima reddunt sua scripta: dicunt considerandum esse periculum, in societate positæ pecuniæ, & alia afferũt, & disputationem contexunt longissimam. At vero,

duo

duo illa tantum sunt spectanda in societatibus: an sortes sint æquales, an inæquales: siue sint in pecunia, siue in operibus appositæ. Si æquales, nulla in re est difficultas: omnia & damna, & commoda erunt æqualia. si inæquales; tunc spectanda inæqualitas, quot, & quantis partibus ab vna superetur alia: & tunc, primũ prudentis viri iudicio pendendum, & metiendum, in illo mercimonij genere, quantum communiter, & plurimum, possit & timeri damni, & sperari lucri, ex sortibus illis simul sumptis: & quantum cuique possit respondere: & inita simplici societate, quantum, communiter soleat spectatis capitalibus, cuique obuenire & commodi, & damni. His expensis, ita hæc alia societas instituẽda; vt exacto capitali, ab vno ante omnia; si reliquum, totum futurũ est lucrum; hoc sic diuidatur; vt, qui capitale non exigit; accepta parte lucri constituta, & determinata communiter, plurimum etiam, in casibus frequentioribus saltem, frequentibus, & frequentissimis, possit referre totum suum capitale, & præterea lucrari, quantũ in simplici societate, fuisset lucratus: & propter periculum: cui se exponit, aliquid, amplius: in casibus vero insolitis aut raris, aut perraris; in aduersis, possit deperdere & magnã, & maximam partem sui capitalis, & ipsum totum capitale, alterius capitale manente saluo: quod non

fuisset in simplici societate : Faustis vero, faustissimisque in casibus, etiam possit sperare lucri multo maiores partes: quam ex simpli potuisset referre societate, in similibus euentibus felicissimis, & casibus: ita, vt, spectatis capitalibus, & sortibus, pro singulis centum, lucretur non solum, quantum spectata proportione alter lucratur, aut ipse lucratus fuisset in simplici societate: sed multo plura: quemadmodum, in aduersis, ipse deperdit non solum plura, quam alter: sed ipse vnus, deperdit primum, totum suum capitale: antequam alter incipiat, vel nũmum deperdere de suo: & hæc, ex præscripto videntur esse exactissimæ, ex summa iustitia, æqualitatis: imo potius, illud ratio ipsa iustitiæ videtur exigere; vt, hic faustissimis e casibus, possit sperare, non modo, quantum potest deperdere: vt docent Less. & Nauar. sed multo plura, quemadmodum qui pecuniam ponit, multo plura expectat, quam posset percipere extra societatem de maiori capitali: vel de æquali in simplicissima societate. Possunt itaque huic assignari non solum pauciores, sed plures etiam partes lucri : quam exacturo, ante lucri diuisionem suum capitale: sed illustremus hæc aliquo exemplo; si adæquatum aliquod, aut non multum distans, inuenire poterimus. Ponat sociorũm vnus mille aureos, exacturus illos ante omnia: alter ponat

du-

ducentos: in simplici societate: ille qui ponit mille, accepto in totali capitali aliquo damno, deperdit quinque partes, alter vnam partē tantum: non secus lucri, ille refert quinque partes: hic vnā etiam tantum. Repertis mille & octingentis, ille lucratur quingentos, hic centum: ille, ex negotio reportabit mille & quingentos, hic trecentos: & hic euentus est nec omnino aduersus, nec omnino faustus: singula centū, quinquaginta lucrantur. Exacturo autem illo, ante omnia omnes suos mille: & altero solam partem lucri, exacturo; possumus constituere; vt hic, qui in simplici societate, etiā repetebat suum capitale, & lucri vnam partem tantum; nūc vero tres lucri referat partes: & quoniam nunc omnes octingenti sunt lucrum, qui posuit mille, referat quinque partes: 500. scilicet: alter vero tres partes, & reportabit trecentos eosdem. Et quoniam, hic repertis tantum mille aureis, deperdit omnes suos ducentos: sic etiam repertis bis mille & sexcentis: reportabit sexcentos: qui in simplici societate, referens vnam tantum partem lucri, quadringētos & triginta tātum, seruata Geometrica proportione potuisset reportare: & ipse, singulis centum, in hoc faustissimo casu, lucratur ducentos: qui vero mille posuit in pecunia, singulis suis centum, lucratur tantū centum: hoc tamen potest esse iustū; quia,

quando

quando 1200. tantum reperiuntur, centum desumit de capitali eius qui posuit ducẽtos in sua industria; & quando 1000. tantum reperiuntur; omnes ducentos desumit. Sed miror ego quidem, qua adacti necessitate Auctores, in hos se anfractus ingerunt: quando, solius simplicis societatis contractus sit necessarius, & tutissimus, ac iustissimus: atque in eo, nulla vel minima reperiatur difficultas: sed omnia apertissima, & facillima: vt, si operæ, quinto extremo anno 250. aureis fuerint æstimatæ: qui operas posuit hoc exigat capitale: si 500. si 1000. eodem modo: & lucri partem his respondentem, & debitam. His enim seruatis, nulla vnquam reperiri poterit in societatibus, in earumque partitionibus inæqualitas: sed æquitas summa, & iustitia. Absoluamus igitur iam aliquando nostrum opus, & quæ ex dictis necessario sequuntur, addamus Theoremmata, quæ adhuc desiderantur.

Theoremma XVIII.

OMNIS contractus societatis circa animalia, in quo Pastori, qui ex proprijs facit omnes expẽsas, non redditur capitale ante lucri diuisionem æque ac Pecuario; & quando lucrũ reperitur: ea lucri pars, quæ seruata proportione, illi capitali respon-

det

ne,illi capitali reſpondet:eſt ſemper iniquiſſimus:& in caſibus communioribus,frequentioribus, & frequentiſſimis,& in aduerſis,eſt ſemper in partitionibus vſurarius. Nullus vel ſingularis eſt contractus huius generis,in quo,nec Paſtori datur capitale;nec animalium mortuorum,deducitur pretium, de primo capitali Pecuarij;qui non ſit iniquus, & vſurarius:etiamſi aliquis, perquam raro, poſſit expectare caſus:inquo Paſtor poteſt quicquam lucrari:eſt hoc theoremma idem fere cum ſuperioribus etſi magis explicatum:& ſupra demonſtratum.Nunquam quidem, medio tantum lucro accepto, poteſt referre Paſtor,totum quod ſibi debetur: & capitale; quod apponit: & lucrum:quod,de eo reportaret:ſi alio in negotio,illud idem poſuiſſet.Nullum poterunt nobis dare,in hoc genere,contractum:in quo, accepto medio lucro tantum,ſingulorum etiam quæ viua reperiuntur die partitionis, poſſit Paſtor communiter,plurimum,frequenter,frequentius,& frequẽtiſſime recuperare totum quod expendit : minus multo,ſi pretium eorum,qui perierunt, non deducitur de Pecuarij capitale:vt experimentis quamultis demonſtrauimus : etiãſi(quod ſemper negamus) pro cuſtodia ſinguli arietis, tres ſolidi, & pro 500. paſcẽdis 75.tantũ aurei debeãtur. Nec vllũ poterũt nobis dare cõtractum ſingulare,eorum ſaltẽ, qui ad

hanc vsque diem instituti reperiuntur: quod nō sub hac generali ratione cōtineatur. Et, si, quam, aliqui, nobis opponunt rationem, DD. spectassent, aut spectarent; non tantos libros, nullos haberemus, de his societatum contractibus: de nullo, alicuius generis, contractu, aliquid possent certum determinare, nihil definire, nullam artem, nullam communem doctrinam, nec alijs in moralibus rebus possent tradere. Dicunt siquidem nonnulli; etiamsi omnes singulares contractus, sub hac ratione communi, quā improbamus, cōtenti, sint iniusti, & vsurarij; nos tamē, non posse omnes complecti, & comprehendere: aut scire, qua scilicet lege ineant hunc contractum interse Petrus, & Ioannes: qua item conditione Iacobus, & Bartholomæus: nec scire posse: nec cōplecti cuiusque contractus circunstantias singulares: quæ contractū possunt reddere iustū; etiā iniustum alias: hanc ob causam, dicunt; nullā de hoc contractu certam sententiam posse pronuntiari: nullam artē, nullā cōmunem doctrinā posse firmā constitui. Id iudicēt, qui, de scientijs tradendis, & artibus constituendis, ex Aristotele, aut alijs, artem norunt. ac probe, exacteue tenent facultatē. Nos de illis disputamus contractibus: quos improbādos nobis propositum: & quos permultis videmus ratos: si aliqui possunt inueniri; in quibus, & capitale redditur Pastori, & animalium,

maliũ, quę perierunt pretiũ deducitur de Pecuarij capitali: quod nos requirimus: hi enim iã erunt iusti. Sed huiusmodi, nullum poterit quis, ad hanc vsque diem institutum inuenire. Sed omnes, suas socidas instituunt ad præscriptũ aut primæ illius, aut secũdę aut iniquioris institutionis: de quarũ vnoquoq; singulari affirmamus illud: quod 1. incom. notauimus: Pecuariũ in singulo animali, plura lucrari insocietate pretio tantũ posito animalis, quã extra societatẽ, & in æquali casu positis & pretio, & expẽsis: vel in omnibus animalibus simul sumptis: quo, nihil aliud magis singulare, potest inueniri: nec pluribus particularibus circũstantijs loci, temporis, &c. determinatum.

POTERIT tamen hic cõtractus, iustus reperiri, si cũ eo ineatur Pastore: qui ex proprijs nullas expẽsas facit: sed operas tantũ personales pastoricias & proprias apponit, aut cum eo socio, qui harum pretium tantum, Pastori conducto soluit: & hæ industria, & operæ non æstimantur magni: sed multis partibus a pretio animalium superantur: & potest Pastor, accepto lucri medio, reportare cõmuniter, & plurimum totũ illud: quod industria, & operę preciſſe merẽtur: & quicquã amplius, quã quod simplici in societate accepissẽt: & hoc, propter periculũ, cui se exponit, perdẽdi totã, suarum operarum mercedem aduersis in casib. erit inquã nihilominus iustus hic cõtractus.

si e casibus faustissimis, aut dupla maiorem: aut duplam saltem mercedem possit sperare. Si autem operæ, & industria magni æstimantur, etiamsi 50. tãtum aureis, & animalia 500. tantum; vix, ac nec vix, iustus poterit reperiri hic contractus: si superiora expendantur; quoniam & mille aureos, vt alter socius apponat; necessum videtur; si vltra annum hæc socida contrahatur: maxime si ad quintum annum: tunc enim 250. apposuisset: qui, 50. tantum apponeret: & 500. qui 100. tantum apponeret singulis annis. Poterunt etiam minus esse iniusti hi contractus; si ad annum tantum, vel ad duos instituantur: tunc enim minus iam est ponentis operas capitale.

QVOD de socidis, idẽ de societatibus etiã affirmamus. Quãuis enim supra, quando a socida societatem multis sperauimus; ausi adhuc non fuimus; id determinare, & declarare. Nunc vero, permultis edocti experimentis, illud iam, absque vlla hæsitatione sequenti theoremmate asseueramus.

Theoremma XIX.

OMNIS societas, in qua, socio ponenti operas, & industriam; & maxime si ex proprijs facit expensas; nullum datur capitale: sed tantum aut pars, aut media lucri; erit communiter, & plurimum aut mutuum vsurarium: aut societas tantum Leonina.

ALI-

ALIQVANDO tamen, poterit inueniri iusta hæc societas: quando, ponens operas, & industriam; has tantum apponit: nullas tamen ex proprijs expensas facit: operæ, & industria parui æstimantur: & alter socius magnam apponit pecuniam: vt, quum hic mille apponit aureos; ille vero, operas, & industriam tantum, pro singulis annis 50. aureis æstimatas: aut vnus bis mille, alter operas, tantum centum aureis æstimatas: & in alijs quantitatibus, eodem modo seruata proportione: Hæ poterunt esse iustæ aut societates, aut si mauis operarum locationes. Quoniam, in his, ponens operas, accepto tantum medio lucro, etiam si possit aliquando deperdere vel totum suum capitale, vel suarum operarum aut pretium, aut mercedem, aduersis maxime in casibus; communiter autem, aut plurimum potest sperare, & referre solitam suarum operarum (vt si illas locasset) mercedem: & quicquam amplius, propter periculum cui se exponit: & quia, si illam mercedem, singulis extremis annis acceptam in sequentibus secundo, tertio, quarto, & quinto iam potuisset in societate, aut alio in negotio ponere, & de illa negotiari, lucrum multum etiam referre: faustis vero in casibus & duplam, & in faustissimis dupla maiorem potest reportare. Hæc omnia ex superioribus veniunt iam explorata, & rationi videntur maxime cō-

sentanea. His constitutis, superioribus addamus iam 20. theoremma; quod iustis deseruiat partitionibus.

Theoremma XX.

QVI posuit pecuniam, poterit primus exigere, & ante omnia totum suum capitale, vt diximus in socidis: deinde, qui operas posuit, & industriam, qui expensas ex proprijs fecit totum etiam suum; si integrum reperitur; si non reperitur totum; illud damnum sit commune, & diuidatur seruata proportione, spectatis capitalibus. His capitalibus non primum exactis, nullum est lucrum. Totum deinde, & tantum illud, quod, duobus, aut omnibus partialibus capitalibus, aut expensis deductis, exactis integre, & repetitis reperitur, illud est verum lucrum, vere & æque proueniens ex capitalibus partialibus, & expensis. De hoc lucro diuidendo theoremma vigesimum & alterum subijciamus.

Theoremma XXI.

LVCRVM deinde, exactis iam capitalibus partialibus, & expensis, est diuidendū, spectatis capitalibus, & seruata proportione Geometrica secundum iustitiæ æqualitatem: & sociorū cuique, lucri

cri reddendum totũ illud;quod illius sorti,& capitali vere respondet,& vere debetur. Damnum etiam, quod in communi capitali reperitur, ijsdem spectatis,& eodem modo, &,vt, in superioribus partitionibus nos fecimus,est diuidendum.

DVO hæc posteriora theorem̃ata seruanda sunt in omnibus non modo socidis: sed societatibus eitiam cuiuscumque generis sint simpliciſſimis tamen; & in quibus nullus interuenit assecurationis contractus. In socidis quidem, vt theoremma 12. docuimus illud tantum, & illud totum; quod in animalibus tantum viuis, repetitis primum capitalibus partialibus positis a Pecuario, & Pastore in illis ipsis numero ijsdem reliquum fuerit, illud est lucrum. Potest quidem in his vllo absque errore, & facillime reperiri,& certo sciri,in singulo animali viuo, & in omnibus viuis simul sumptis quantum sociorum quisque posuerit, & quantum sit lucrum: damnũ etiam:si animalia minoris aliquando æstimentur: quod viluerint, aut deteriora fuerint facta eadẽ,quæ viua reperiuntur. Nam,de damno accepto, in capitali pecuniæ primo, quod animalia aliqua perierint,nulla faciãda partitio. Quoniã,mortuis in animalibus, sociorum quisque deperdit illud totum,& illud tantum, quod ipse in ijsdem illis mortuis posuerat. Ita, quandiu hi contractus formam seruant

socidæ;

socidæ: & quandiu intra fines socidæ se se continent. Quod si in veram societatem transierint; quomodo supra obseruauimus; idem iam de illis, ac de societatibus pronuntiandum. Si Pecuarius, Pastori mercatori dederit aut 500. arietes in carne, 500. aureis æstimatos, aut in pecunia aureos 500. ad libere negotiandum circa arietes, & Pastor 500. emerit, & horum ipsorũ eorundem numero, nulla Pastoris aut leui, aut lata culpa statim in principio perierint aut 50. aut 100. aut 200. aut plures; an tunc verum sit; Pecuario mansisse saluos omnes 500. & a Pastore societatem posse dissolui; sed persequendam ad vsque quintum annum; & quinto exacto, Pecuarium posse repetere omnes 500. tanquam si saluum permãsisset totum suum capitale, quasiq. non perijssent, vel 200 illi arietes, & quasi capitalis pars nulla vnquam perijsset: hic adhuc hæremus; nec reperimus; quid nobis decernendum. Sylueſtro *soc.* 1. *num.* 14. videtur, mercatorem posse discedere a societate; quando mediũ capitale, aut pars maxima pecuniæ, casu aliquo, & in principio maxime perierit; & nobis nunc illud est persuasum; Pecuarij capitale, iam non esse 500. aureorum: non aliter ac si, alijs in societatibus, circa merces alias, si acceptis a mercatore 1000. aureis, eorum, per vim latrones, 500. aut pauciores abstulerint; non poterit, qui illos dedit cogere mercatorem,

rem, ad perſequendam ſocietatem : nec ea continuata, totum illud mille aureorum capitale poterit repetere:ſed tantum quingentorum:aut debuit pro ablatis:quingẽtos alios,& ſecundo addere. Noſtrarum partium non eſt in his, hac de re determinare. Sed potius deſideramus,iam paucis,noſtram abſoluere diſputationem:& Theoremmata duo proxime ſuperiora firmiſſima eſſe, & ſeruanda in omnibus cum ſocidis,tum ſocietatibus; exactis omnibus partialibus capitalibus,expenſis etiam primum; quod reliquum fuerit, illud tantum, & illud totum vere eſſe lucrum;& hoc ſeruata proportione,æquis proportionibus ſocijs eſſe diuidendum intrepide pronuntiamus.

QVOD ſi,illam nobis ſemper quis obtruderit,& obiecerit inæqualitatem;Ponentem ſcilicet operas æſtimatas, aut mille aureos expẽſis faciendis neceſſarios conferentem,non totos quinque annos, habuiſſe in negotio occupatos, omnes ſuos mille aureos:æque ac alter ille, qui a primo principio ſuos mille in pecunia,ſimul omnes poſuit.Huic, (ſatisfacientes etiam illi dubio,& inæqualitati 10.theor.& pag.130.obiectæ)reſpondemus; hanc inæqualitatẽ, quæ grauare videtur ponentem pecuniam, compẽſari, & reſarciri ſatis cumulate, & nimium, illa alia inæqualitate egre ferenda:quæ grauat nimium ma-

xime ponentem operas, & in socidis Pastorem:qui, (vt ibi, etiamsi inuiti diximus) cum nulla potest notari culpa, non reperti lucri; nullam partem potest recuperare sui capitalis: quando nullum reperitur lucrum:quãdo,in animalibus viuis,nihil amplius reperitur:quam,quod, in iisdem illis vnus posuit Pecuarius:quod,totum vnius docuimus esse Pecuarij: victi rationibus præpositis ibi.Hoc,quidem, vt qui operas posuit, & expensas omnes ex proprijs fecit; nullã sui capitalis partem possit exigere:quin prius, qui pecuniam posuit,totum suum exegerit capitale: etiamsi affirmet Lessius,locis quibus supra:& leuius sit quam quod imponit Caietanus;grauissimum tamen,nec ferendum iudicamus:& leniendum saltem, hac alia; non tanta inæqualitate: vt illo accepto damno,illudq; subiens periculum qui ponit operas, & facit expensas, etiamsi non a principio, nec totum simul,sed per partes,& successiue capitale suum,aut mille aur. aut aliquod aliud posuerit; lucri tamen possit exigere seruata proportione, tot partes: quot, qui suos mille, omnes simul posuit in primo principio:& quinque integros annos, omnes suos mille habuit occupatos:inæqualitatem sic, inæqualitate temperamus;an cumulate, & æque addubitamus.Et theorcmmata addimus:quæ ad nostram absoluendam socidam adhuc deliderari sentimus.

Theoremma XXII.

IN SOCIDIS, quę circa arietes versantur, quando ad vel secundum, vel annum tertium protrahuntur; in lana diuidenda, idem dicimus seruandũ: quod in diuisione lucri: diuidenda lana, & commoda quæcunque alia, vt arietes mortui, & stercora, ac lutamina spectatis capitalibus, & proportione seruata. Si Pecuarius quingentos aureos, quingentis in arietibus, & Pastor in pascendis ijsdem, centum aureos posuit. Hic omnium aut lanę, aut aliorum commodorum vnam tantum, & quinque ille referet partes.

Theoremma XXIII.

POTEST Pecuarius, Pastori etiam socio, æque ac conducto onus illud imponere; vt, de iactura animalium, quæ perierint rationem teneatur reddere; quam conductus reddidisset: quo dijudicari possit; an culpa ipsius perierint. Alioqui eorum quæ desiderabuntur, nulla reddita ratione, pretium teneatur soluere.

Theoremma XXIV.

NECESSVM esse videtur; vt in socidarum institutione tempus vnicuique certum, & determinatum præfiniatur: ne aliquis fraudi relinquatur locus. Soliti enim sunt Pecuarij tempus partitionis aut protrahere suis technis, aut anteuertere: prout illis expedire videtur: & Pastores aliquando compellere, ne alijs arietes possint vendere. Tunc Pastores, iudices poterunt appellare.

Theoremma XXV.

HIS socidarum contractibus, possunt etiam addi assecurationis aut totius capitalis, aut partis illius, aut lucri incerti pro certo, omnes contractus: ad vitandam vsuram: reddito tamen, & vere soluto omnis assecurationis iusto pretio.

PRÆSTITIMVS iam, (si de nostra infirmitate id sperare licet) quod promisimus; Contractum, huius socidæ, vulgo Medium lucrum, qua lege ab omnibus instituitur esse & iniquissimum, & vsurarium demonstrauimus: Præterea cum æquissimæ socidæ, tum societatis iustissimæ formam absolutissimam præscripsimus. Tandem, iam aliquando, contrarijs argumentis respondeamus.

Respon-

Respondet ad argumenta contraria.

EX superioribus iam, aut manent conuulsa, aut negotio nullo, vtriusque superioris institutionis fundamenta omnia conuellemus. Quæ enim authores earum, & patroni præmittunt quasi firmissima; ipsa, sua ipsorum corruunt instabilitate, & falsitate, negationeque sola, omnia diluuntur. Negamus siquidem, Esse societatem: seruari in ea æqualitatem, iustitiam, æquitatem: socios æque se exponere periculo: mortuis, deperditisque ducentis arietibus, & aureis, etiamsi in trecentis viuis, aurei reperiantur Quiugenti; capitale tantum Pecuarij, quod fuit Quingentorum aureorum, reperiri, & vni Pecuario saluum: nullum, in trecentis arietibus viuis, in casu præcipuo, in hac quæstione, lucrum reperiri: Pecuarium, aliquando dare aut Medium lucrum, aut aliquam partem lucri, suorum Quingentorum aureorum, Pastori socio. Hæc, perquambreui oratione, superioribus contrarijs argumentis respõsa damus, supra iam omnium reddita ratione. Si quicquam adhuc in his desiderabitur; repetat quisque sibi ex superioribus: in quibus, pro vna eruenda, adhuc vsque ignota, & recondita veritate, omnibus in primis optanda, nimium multi, pro rei vero cum difficultate,

cultate, tum grauitate, tandem necessitate, nacti forte fortuna optimum, optatissimumque finem, nedum multi fuimus.

ABSOLVTIS iam omnibus, quæ nobis visa fuerunt nostri fuisse instituti, D. Thomæ in primis, eiusque discipulorum ducatum, & praxim deinde ipsam, fidissimam in omnibus constituendis doctrinis, & artibus magistram; sequuti, vnam hanc, quam supra præscripsimus hoc in genere socidam, hanc vnam cum ab omni vsura liberam, tum veram, tum iustam posse inueniri, & vnam hanc amplectendam iudicamus, declaramus, pronuntiamus. In qua vna, socij IN OMNI FORTVNA SEMPER, ET NECESSARIO ERVNT ÆQVALES, capitalibus semper spectatis, & Geometrica seruata proportione: quam vnam, incommoda nulla, vel minima consequentur vnquam.

DVÆ vero superiores socidæ, & quæcunquæ aliæ earum aut propinquæ, aut affines circa arietes, circa boues, circa mulas, & circa alia quæcunque maiora, & iuniora animalia quę pascenda, nutrienda, & melioranda (cum vulgo loquamur) Pastoribus dantur omnes execrandę, eijciendę in primis de tẽplo, interdicendæ præsertim omnes sacris initiatis, & accedentibus ad altare, maximæ animarum curę prefectis. Hi siquidem sunt, (procul inuidia) qui frequentiores,

quẽtiores, qui ante alios, apud nos, apud etiam Valentinos his ſtudent, his ſocidis incubant: quod eas ratas habeant, & iuſtiſsimas. Quę tamen nullam ſeruant, nullam habent ęqualitatem, vel ſpeciem, vel formam ſocietatis: quę nullo modo incommoda, quę notauimus quam multa, & alia quę nos latent adhuc multo plura, poſſunt effugere: quæque aut ſunt iam iniquiſsimæ, & vſurarię: vt, demonſtrauimus: aut viam ſaltem ſtruunt, muniuntque latiſsimam, & aditum aperiunt omni ex parte patentiſsimum permultis, permagniſque & frequentiſsimis cum iniuſtitijs, tum vſuris: de omnibus Chriſtianorum finibus, longiſsime exterminandis. Omnia tamen noſtra cum Eccleſię Sanctę Romanę correctioni, tum ſapientiſsimorum, (quorum ſuffragationem deſideramus, & ſperamus permultis gratiſsimam) cenſurę ſubijcimus: & his, qui, ſocidis illis ſtudent, actionem intendimus: qua nobis licet contentione: ipſi, hos contractus ſi viderint poſſe purgari; cauſam iam dicant, non tantum lingua: ſed vt nos publicis etiam ſcriptis: vt, acri contẽtione, lux ipſa, omnibus manifeſtetur iam clariſsima prędoptandę omnibus, & his in apodicticis nobis primum propoſitę veritatis. Atelon hinc rude, & incohatum hoc opus nunc emittimus: dum, quę, noſtris opponentur, alacri animo expectamus.

FINIS.

CÆSARAVGVSTÆ,

Apud Ioannem de Larumbe.

M. DC. XIII.

QVAMBREVISSIMA TOTIVS ACCVSATIONIS COMPREHENSIO.

DETRVS & Ioannes, ita coeunt ad quinque annos societatem: vt Petrus mille aureos aut in pecunia numerata, aut in mercibus ponat, totos simul a primo principio: Ioannes apponat tantũ operã necessariã, ad rẽgerẽdã de mille aureis, mille aureis æstimatã: ita, vt tantum mille aurei Petri sint capitale: & totum quod deductis his mille, aut deducto, hoc solo capitale, supererit, sit Lucrũ. Præterea, vt, in omni euentu, si reperiatur saluum; solus Petrus repetat totum suum capitale: si tantum pars reperiatur salua, Petrus repetat illam & solam, & totam: Ioannes, nullam partem teneatur reddere Petro, vel si perierint, aut pars, aut toti mille aurei: Ioannes nihil referat, si tantum mille aurei, aut pauciores reperiantur in societate: si deductis mille a Petro, & deducto a Petro capitale, nihil relinquatur; Ioannes nihil referat: & solũ possit referre de negotio, Mediũ eius: quod deductis ab vno Petro totis mille supererit: quod, vt diximus est lucrum. Ioannes ante lucri diuisionẽm nullum possit deducere capitale.

De hac est quæsitum, & nunc diligentius exquiritur, an rata debeat haberi Conuentio?

SYLVESTER in Summa, *soc. 1. num. 20. Caiet. in Summa verb. soci.* affirmant ratam habendam. Quia Ioannes, qui ponit operas, nullam ponit pecuniam, nullam ponit rem permanentem, rem consistentem: sed tantum operas in motu consistentes: quæque permanentes esse non possunt: & ideo, repertis tãtum saluis mille aureis: solum reperiuntur mille aurei, quos: aut illud capitale, quod posuit Petrus: nihil reperitur: quod posuerit Ioannes, & ita totum illud capitale, toti illi mille aurei, debent reddire ad vnum Petrum: qui illos, aut illud posuit: & est illorum, aut illius dominus. Quia, quicquid, quod positum in societate manet saluum: manet saluum vni se conferenti: qui manet dominus eius. Ideoque, de eo nihil deberi Ioanni, aut operas tantum apponenti.

LVDOVICVS Molina, *tom. 2. disput. 415. conclu. 1. Leonardus Lessius, de iusti. & iure. lib. 2. cap. 25. de contract. soc. dub. 2 nu. 8.* negant ratam habendam: immo declarant iniquissimam esse, & LEONINAM, & cum onere restituendi dimidium capitalis: sed paucis absoluunt disputationem, & rem, quantum ad salutem animarum opus est, non explicant satis. Est enim hæc societas frequentissima

Obseruandum maxime.

NOVISSIME, Michael Sebastian Presbyter, Rector ecclesiæ loci de Galue, Turolen. diœcesis, pro vna Summi Dei gloria, & Archangeli Michaelis: & custodia, & salute animarũ: in huius societatis accusationem omnia sua, seque ipsum totum voto Deo consecrauit, tradit, & ponit: quo ad illam profligauerit: feceritque ab omni ditione Christiana extorrem.

DE-

Vulgo Medium lucrum. 2

DEMONSTRAT in sua accusatione, in hac vna societate introducta a Sylvestro,&Caietano,quattuor hæc simul reperiri. Primum, maximam inæqualitatem. Item, ex maxima inæqualitate, maximam quoque iniustitiam. Præterea,in omnibus casibus, veri damni, opere,& actu compleri vsuram. Tandem, esse LEONINAM, & crudeliorem illa : quam veteres Iurisconsulti Leoninam declararunt.

EX HIS actor quinque elicit, construit, & conficit: aut demonstrationes: aut quasi demonstrationes: acerrima saltem argumenta: quæ nullum tergiversationi locum relinquunt.

Reprehensio apodictica,& a priori.

Demonst.

OMNIS *Societas : in qua reperitur inæqualitas est nulla.* 1

SED *Societas proposita in quæstione, est talis,vt in illa reperiatur maxima inæqualitas.*

ERGO, *Societas proposita in quæstione est nulla.*

OMNIS *Societas, in qua, alter alteri quicquam furatur est iniusta.* 2

SED *Societas proposita est talis, vt in ea, fere semper, Petrus furetur Ioanni QVINGENTOS aureos.*

ERGO, *Societas proposita, est iniusta.*

3. OMNIS *Societas, in qua, quod perit non perit vni apponenti, sed accipienti, est mutuum vsurarium.*

SED, *Societas proposita est talis; vt in ea Petro, de quantitate pecuniæ, quam ipse ponit nihil possit perire, in casibus veri damni, qui communiter soliti sunt contingere: nedum in casibus damni: qui infaustissimi timeri possunt communiter: sed totum, quod in his, vel infaustissimis perit, perit vni Ioanni.*

ERGO, *Societas proposita est mutuum vsurarium.*

4. OMNIS *Societas, ex qua, in casibus lucri, qui communiter soliti sunt exspectari, alter solus refert totum lucrum: & idem, in casibus, qui damni communiter possunt timeri, damni nullam sentit partem: alter contra, in ijsdem casibus damni, solus sentit totum damnum: & in ijsdem casibus lucri: nullam lucri sentit partem, est vere LEONINA. ff. Pro socio. l. Si non fuerint. §. Aristo refert.*

SED *Societas proposita est talis: vt, ex ea, In omnibus casibus lucri, qui communiter exspectari possunt, solus Petrus, referat totum lucrum: idem, in casibus damni, ne dum infaustissimis: qui communiter timeri possunt, damni, nullam sentit partem: Ioannes contra, in casibus ijsdem damni, SOLVS sentit totum damnum: idem, in casibus lucri, qui communiter possunt exspectari, in eorum etiam faustissimis, nullam sentit partem lucri.*

ERGO, *Societas proposita est vere LEONINA.*

OMNIS

OMNIS *Societas, ex qua, alter, in casibus lucri, qui communiter soliti sunt euenire, solus absorbet totum lucrum: nec id solum: sed præterea, furatur & quid multum, de capitali alterius: In casibus damni contra, non solū, nullam sentit partem damni: sed potius lucratur, & multum. Alter contra, in casibus damni, qui communiter possunt contingere, SOLVS sentit totum illud verum damnum: sed nec solum illud: verum adhuc sentit aliud grauissimum damnum: adhuc deperdit de eodem capitali sibi saluo, fere totum: idem vero, in casibus lucri, qui possunt communiter sperari, non modo, nullam sentit partem lucri: immo potius deperdit, & quid multum; OMNIS inquam talis societas, crudelior multo est illa Leonina: quam veteres Iurisconsulti, declararunt esse Leoninam. ff. Pro socio. l. Si non fuerint. §. Aristo.* 5

SED, *Societas proposita est talis: vt, Petrus, qui ponit pecuniam; ex ea, solus absorbet totum lucrum verum: & adhuc præter verum lucrum, lucratur, quicquam multum: quod Ioanni furatur, de eodem capitali: & idem, damni, nullam sentit partem: sed potius, in casibus veri damni, adhuc lucratur. Ioannes, qui ponit operam, contra, Solus sentit non modo totum verum damnum: sed præter verum damnum, deperdit quid multum, de eadem parte capitalis sibi vere salua: & nullum sentit lucrum: sed potius in casibus veri lucri:*

qui

qui communiter possunt exspectari, deperdit quid multum, de eodem suo capitali, pretioue operarum.

ERGO *Societas proposita, crudelior multo est illa: quam veteres Iurisconsulti, declarant esse* LEONINAM.

NIHIL vereor has, demonstrationes appellare. OMNES enim, harum ratiocinationum, maiores propositiones, sunt communissimæ existimationes: sunt propositiones per se notæ: quibus intellectus, vel tantum auditis statim assentitur: quas omnes & DD. & homines amplectuntur. Ideoque sunt Dignitates, Axiomata, prima principia, & elementa, demonstrationum huius doctrinæ: sunt media, & argumenta vernacula, adæquata, maxime propia, & immediata, ad demonstrandas subiectas conclusiones. Quamobrem, accipiendæ omnes primæ propositiones, absque vlla alia probatione. Nec quidem licet alicui de illis dubitare.

PROPOSITIONES minores, quas Logici nonnulli assumptiones vocant, de his quod dubites sapientissime, mihi non mirum: nec quod requiras a nobis, & exspectes probationem. Sed percupio te monitum: ex Logica, quæ instrumentum est instrumentorũ, & modus sciendi scientijs omnibus: quædam esse in scientijs prima: & communissima principia: quæ, quibus possint demóstrari, priora se, nulla habent: & sunt ideo indemonstrabilia: esse præterea alia: quæ tantum a signo, & posteriori demonstrari possunt: alia: quæ sola inductione, & collectione multorum exemplorum, possunt comprobari vera: & quæ ad aliquam actionem, actumue referuntur, permultis actibus, actionibus, operationibusue, & experimentis ostenduntur vera: vt multa in Medicina, nec non in Arithmetica. Huius quidem generis sunt, OMNES secũdæ propositiones, superiorum argumentorum. Omnes quidem,

quidem, vt in alijs quibuſcunque accuſationibus, facto continentur. Quamobrem, in harum confirmationem nec argumenta exſpectes, nedum teſtimonia, præter ſuperiora Molinæ, & Leſſij, & quæ adferunt ipſi. Eſt enim fere paradoxa, doctrina, quam ſequimur: ſed neceſſaria, ſed veriſſima. Ad exempla ideo ſapientiſſime, & experimenta, & operationes, & illarum inductionem multam te vocamus: ad facti ipſius, tuis propijs oculis inſpectionem. Permultis ſiquidem experimentis, oculis cernendas proponimus in libro ſuperiorum argumentorum, minores propoſitiones: vel quas dicunt aſſumptiones.

INÆQVALITATEM, ob oculos ponimus in omnib⁹, & ſingulis experimentis, & in quolibet eorum: illa Adnotatione cum dicimus. In eodem numero caſu, &c. pag. 69.81.93.103.121.146.282. 1

INIVSTITIAM, & Furtum ſpectanda proponimus, & notata notis Arithmeticis. Semper Petrus furatur Ioanni QVINGENTOS aureos, pag. 72.88.99.110.114 115.128.136.157.163.316. 2

VSVRAM exponimus in propatulo pag. 62.75.107. 111.164.168. a pag. 158. ad finem vſque accuſationis 317. 3

SOCIETATEM LEONINAM, & crudeliorem Leonina demõſtramus multis etiam in locis a pag. 66. vſque ad pag. 164. 317. 4

SOLVS Ioannes in omnibus caſibus, qui damni ſunt frequentes, frequentiores, & frequentiſſimi, plurimum, & communiter contingentes, Solus inquam Ioannes, ſentit totum damnum verum: ſed nec ſolum totum verum damnum: ſed vltra totum verum damnum, ſentit aliud: deperdit, de eadem parte capitalis ſibi vere ſalua, maximam partem: quam Petrus lucratur: id manifeſte probatur pag. 69.104.108.110.114.115.116.

IOAN-

IOANNES, in omnibus casibus, qui lucri exspectari soliti sunt frequentes, frequentiores, frequentissimi, plurimum, & communiter euenientes nullam sentit partem lucri. Immo potius in ijsdem deperdit & multum: pag. 80. 122. 132. 149.

SOLVS Petrus, in omnibus casibus, qui, lucri possunt exspectari frequentes, frequentiores, frequentissimi, plurimum, & communiter euenenientes, solus inquam Petrus deglutit totum verum lucrum: nec solum totum verum lucrum: verum etiam adhuc, non contentus toto vero lucro, de eodem capitali Ioannis, multum quid FVRATVR, vt plura lucretur: fere semper QVINGENTOS aureos, pag. 80. 88. 121. 131. 135. 140.

PETRVS idem, in omnibus casibus, qui damni communiter timeri possunt frequentes, frequentissimi, plurimum, & communiter contingentes, non solum damni, nullam partem sentit; immo potius lucratur, & quid multum. FVRATVR potius de eodem capitali saluo Ioannis, QVINGENTOS aureos. pag. 93. 104. 107. 110. 114. 115.

PETRVS, non potest incipere deperdere quicquam: quin prius Ioannes mille aureos, pretium suæ operæ, totos perdiderit.

IOANNES, non potest incipere quicquam lucrari; quin Petrus, prius, mille aureos lucratus iam sit. Petrus, semper lucratur, tantum: quantum Ioannes recuperat aut sui capitalis, aut pretij suæ operæ. Petrus semper lucratur mille aureos plus, & amplius, quam Ioannes. Si Ioannes lucratur quinquaginta aureos; Petrus lucratur quinquaginta & mille: Si Ioannes lucratur ducentos; Petrus lucratur ducentos & mille: Si Ioannes lucratur quingentos; Petrus lucratur quingentos & mille. Si Ioannes lucratur semel mille; Petrus bis mille lucratur: atque

ita

ita etiamsi abeas in infinitum; numquam lucro erunt æquales: sed semper Petrus lucrabitur mille aureos, amplius quam Ioannes.

NEQVE damno possunt vnquã fieri æquales, quin omniũ rerum accidat totale naufragium: quod per-rarũ, sed vt diximus; quo Petrus incipiat quicquã deperdere: est necesse Ioannes iam totos mille aureos perdiderit.

PETRO, lucrum est facillimum, & frequentissimum: damnum cõtra difficillimum, & per-rarũ. Quod Petrus lucretur; satis est vt reperiantur mille aurei, & drachma: satis est vt Ioannes: apposuerit drachmam. Quo Petrus lucretur 500. satis est, vt Ioannes, qui soluit pretium operarum, mille aureos persoluerit, & bis mille aurei in negotio reperiantur: quod est frequentissimum: Quo Petrus sentiat damnum, est necessum; vt toti mille aurei, quos adiecit Ioannes iam perierint: est necessum; vt, nedum mille aurei in societate reperiantur: quod per-rarũ: quod difficillimum.

IOANNI contra, DAMNVM est obuium, est facillimum, est frequẽtissimũm: lucrum difficillimum, & per-rarum. Quoniam, quamuis reperiantur in societate fere ter mille aurei: quamuis inquam reperiantur bis mille nongenti nonaginta nouem aurei, decem & octo solidi: quorum 999. aurei. 18. solidi sunt verum lucrum; Ioannes iam deperdit, iam sentit quicquam damni: tam obuium illi damnum est. At facillimum quidem tantum mille aureis positis in negotio, finito, eo, quinto extremo anno, nedum ter mille aureos reperiri: immo, de tantum semel mille aureis positis in negotio, intra tantum quinque annorum spacium, bis mille, qui lucro sunt, prouenire est fere omnino impossibile. Vnum enim milliare, singulis annis, quadringẽtos aureos lucrari impossibile iam est. LVCRVM ex eadem ratione, Ioanni est difficillimũ

& fere impossibile. Quoniam Ioannes, nihil potest lucrari, quamuis in societate ter mille aurei reperiantur: solũ tunc recuperat, suum capitale, aut pretiũ suarum operarũ: nihil tamen lucratur. Quo possit Ioannes quicquam lucrari; non est satis; vt, reperiantur in societate ter mille aurei: & bis mille sunt lucro: sed est necesse vt, plures; quam ter mille reperiantur: & lucrum maius quam aureorum bis mille. At illud iam impossibile, lucrum, deductis expensis reperiri, bis mille aureorum, de tantũ semel mille, intra annos quinque: propter rationem dictam: impossibilius igitur multo reperiri plures. Impossibile ergo iam Ioannem posse quicquam lucrari.

EST etiam illud certissimum, posse dari in confirmationem assumptionum superiorum demonstrationum, non tantũ exempla, & experimenta; quæ nos adtulimus, & excussimus, sed pœne infinita. Nos extrema, & perpauca media proposuimus: vt, viam demõstraremus, & formam examinandi præscriberemus: poterit quisque addere quæ voluerit: potest addere infinita. Sunt præterea hæc exempla, & experimenta, non vt in arte Medicinæ: in quibus facilis est deceptio, & facile potest subesse falsum: sed sunt hæc in numeris, & Arithmetica scientia, altera ex Mathematicis: quarum demonstrationes, superant certitudine, omnes aliarũ scientiarum demõstrationes. Quare, superiora quinque argumenta, demonstrationes verissimas esse: & nos ex necessarijs effecisse propositam societatem a Sylvestro, & Caietano introductam maximam inuoluere, & habere inæqualitatem: esse iniquissimam: esse mutuum vsurarium: esse Leoninam, esse crudeliorem: illa quam Veteres Iurisconsulti declarant Leoninam: & ideo non posse coiri, est verissimum.

QVONIAM Imperatores vtIustinianus, & Iura Ciuilia id etiam curarunt; vt, homines arcerent ab iniquis cõtracti-

tractibus: iniquos ab æquis separarunt: & exquisierunt de iustitia, & iniustitia societatū: & declararunt quæ iniustæ essent: & quæ Leoninæ: vt omnes homines se abstinerent ab illis. Quia secus nec potest exstare, nec diu cōseruari humana, & ciuilis societas: quibus cura animarū iniucta est, multo magis ex officio hoc ipsum incumbit. Et maxime, quum homines & permulti, & fere omnes, errore aliquo ex ignorantia lucuntur: vtuntur frequentissime, contractibus iniustissimis & iniquissimis: quorum nec agnoscunt, nec sentiunt iniustitiam. Ideo nos, qui post Maiorem, Conradum, Molinam, Lessium, huius societatis inductæ a Syluestro, & Caietano, inæqualitem, iniustitiam, furta, vsuram, rapinam, Leoninam, & Leonina maiorem, crudelitatem, longe lateque explicare, & in medium proferre potuimus spectandam omnibus, has acroamaticas, & apodicticas accusationes, in bonum commune, in publicum emittimus: nec desperamus fore, vt deferantur aliquando, ad Ecclesiarum Pontifices. Qui, Ecclesiasticis constitutionibus idem declarēt, quod Iura Imperatoria & Ciuilia declararunt prius: & censuris Ecclesiasticis coerceant homines ab iniquis contractibus, & Leoninis ita manifeste socidis, & societatibus. In superioribus, semper rem sumus persequuti, quasi tentantes solum: & argumentis ad incommodum, & a posteriori: sed, in hac quasi omnium breuissima summa, circulo iam completo, quinque adhibitis demonstrationibus a priori, nostram recte abhibuisse, & absoluisse accusationem, Sapientissimorum etiam ex iudicio, speramus. Et addimus, ad æqualitatem nullo modo posse reduci, has neque societas, neq. societates, ex institutione Sylu. & Caiet. quin, si lucrū dicēdum, totū, quod deducta sola pecunia de qua negotiatur, quæque dicitur damnum, & capitale supereſt, vt manifestum quoque est ex Vlpia. & Iustiniano; il-

no; illius lucri, ponenti operam, dentur, non tantum medium lucrum, quod præscribunt Sylvest. & Caietanus: sed duæ partes, etiam, quando opera non est tanti, quanti capitale: & plures duabus; quando est tanti: & multo plures; quando pluris est opera, quã damnum, quam pecunia, quam capitale. Vt aperte insinuauit Iustinianus *in Instit. §. De illa. §. Et adeo*, vt nos ibi manifeste demonstrauimus, in illorũ textuũ interpretatione. Verũ nec ita erunt societates: sed tantũ pactiones. De Pactionib. vero instituendis, vt iustitia seruetur, & ne sint Leoninæ, deinceps docebimus. Societas quidem a Pactione per multum distat.

(†)